IOACHIMI PERIONII BENEDICT. CORMOERIACENI DE OPTIMO GENERE *interpretandi Commentarij.*



PARISIIS
Apud Ioannem Lodoicum Tiletanum, ex
aduerſo collegii Remenſis.
M. D. XL.

CVM PRIVILEGIO
in quadriennium

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. Francisco Bohero, Episcopo Maclouien. Ioachimus Perionius Benedictinus Cormœriacenus S. P. D.

NON erat omnino clarissime Pōtifex, cur initio horum Commentariorum quos de optimo genere interpretādi & scripsi & inscripsi, hanc ad te epistolam adiungerem, nisi consilium meum librarij impediuissent. Nam cum eam epistolam quā decem libris præposui, quos ad Nicomachum filium Aristoteles de moribus scripsit, quóſq; ad te conuersos de Græcis à nobis misimus, satis esse ad utrunq; opus decreuissem, librarijque hos ipsos commentarios postea communi omnium utilitate ducti, separatim edidissent, sic mecum ipse cœpi cogitare, nisi hoc facerem, nec ad quem hunc librum scriberem constare, nec testimonium ullum hac ex parte meæ in te fidei perpetuæq; deditionis extare ijs omnibus posse ad quos hi soli Commentarij peruenirent. Non ꝙ tua te benefacta & merita in alios, hominū laude potius quàm tuæ unius conscientiæ testimonio metiri putem, sed quòd tanta me tibi debere sentiam, quanta si unquam non dicam obliuione ulla obruam, sed præ me ferre ac prædicare scriptis meis desinā, omni ope diuina & humana indignus iure sim habendus. Vale præstantissime Pontifex. Lutetiæ Parisiorum XII. Calend. Octobr. M. D. XL.

MVLTA sunt & uaria ut dicendi, sic interpretandi genera. Itaq; nemo est ferè qui sibi aliquid ad interpretandū proponat, quin ea ipsa facultate dicendi quantulacunq; est præditus, studiosè id diligentérq; persequatur. Ac in ueteribus quidē & principibus latini sermonis auctoribus par fuit utraq; facultas, ut non aliter interpretarentur, ac dicerent. Idq; in Ciceronis, Salustij, T. Liuij scriptis animaduerti licet. Si quis enim quæ ab illis conuersa sunt de græcis, interiectáq; libris eorum, quæ multa sunt, legat, ei haud sanè eorum in his dißimilis uidebitur oratio. Pleriq; autem in hoc genere adeò uastos se & dispares præbēt, ut si eorū interpretatio cum alijs scriptis cōferatur, omnia nō ab uno sed à multis scripta esse uideantur. Quod cū alijs sæpe usuuenisse scio, tum mihi quidē sæpius q̃ uel cuperē, uel artium dignitas postularet. Epistolæ enim eius quā toti operi præponunt, ornatum quidē illū & splendidum sermonem offendo, at sequentis operis dißimilem omninoq; abhorrentem à superiore. Cuius rei & si illa mihi cōmunis causa ratióq; probatur, aliud esse cogitationes aliorum quæ incertæ sunt & necessariæ explicare dicendo, aliud animi sui sensa quæ libera sunt, flectuntúrq; ut uolumus, exprimere: tamen aliæ sunt quædam & maiores & grauiores, & ut mihi quidē persuadeo, ueriores. Vna, q̃ homines ij, de quibus loquimur, id prætermittunt & negligunt, aut uidentur certè, quod huius artis principium est & caput, sententiam eius libri quem cōuertendum suscipiunt, primum per singulas clausulas animo concipere, deinde secum ipsi cogitare, quemadmodū si rem quam animo tenēt, à se, non ab alio inuentam, exprimere dicendo uellēt, copiosè id splendidéq; facerent. Neque enim id quidem dubiū est, quin si in eo elaborarent, aliorum sensa & ex suis iudicarent, & iudicata pro suis haberēt. quæ eorum certè industria & diligentia superiori causæ locū iam nullum relinqueret. Nunc cum singula uerba & superstitiosius expendunt, & persequuntur curiosius, eam quasi religionem suscipere coguntur, ut nisi uerbum pro uerbo reddant, nunquam se auctoris sententiam putent consecutos. quasi uero linguæ omnes formulis ijsdem dicendi prorsus utantur. Altera est, quòd & si in uno aliquo artium genere excellunt, tamen in alio id præstare student, quod copiosè & ornatè tractare non poßint. Multi enim sunt, qui quod in multis disciplinis rectè intelligunt, tamen disertè non poßint explicare dicendo. Id quod perspici potest, cum in alijs multis artibus, tum uel maximè in Philosophia, cuius omnes partes q̃ ieiune, quámque exiliter & indisertè conuersæ sint de Græcis, uidemus. Id fit propterea quòd cum in his disciplinis & artibus indiserti sapientes sint, disertum sermonem ab eo prætermittunt discere, qui unus apud nos Philosophiam tractauit latinis literis, eámq; latinè docuit, quémq; unum huius rei magistrum omnes deligere debent. Nam cū multa sint & uaria ut dixi interpretandi genera, unus Cicero est profectò, qui in optimo ut dicendi sic interpretādi genere floruit. Nec in una mo-

do aliqua arte disciplináque, sed in omnibus quas quidem tractauit, hanc laudē & gloriam est consecutus. ut si quis diligenter omnia eius scripta euoluerit, generaq; dicēdi omnia eius obseruarit ac notarit, is mihi demū unus disciplinas omnes Graecorum diserte interpretari posse uideatur. Sed nescio quo modo haec eius laus in Philosophia elucet maximè. Nam cum libri eius omnes quos de philosophia scripsit, Platonis, Aristotelis, caeterorúmq; Philosophorū refertisunt exemplis & sententijs, quarum alias tractat, alias ab ijs trāsfert: tum Platonis Protagoram & Timaeum, Xenophontisq; Oeconomicon conuertit. qui omnes libri si extarent ab eo translati, profectò regula certißima esset ad quam dirigi possent eorum orationes, qui in hoc genere uersari & excellere studerent. Nunc solus Timaeus aut eius libri particula potius est in manibus, ex quo tamen id quod nobis propositum est, optimum interpretādi genus disci compararíq; poterit. Atq; quo id omnes facilius cōsequi possent, putaui mihi & graeca Platonis & latina Ciceronis his commentarijs adiungenda esse, ita tamen, ut pagina latina graecae quasi ex altera parte responderet. Ob eámq; causam hunc ego librum de Optimo interpretandi genere inscripsi, in quo me Ciceronem fateor imitatum esse.. Vt enim ille librum unum de optimo genere aliàs Oratorum, aliàs dicendi inscripsit, quòd cùm Demosthenem & AEschinē optimos & praestātißimos oratores probauisset, eorū duas orationes aduersarias à se cōuersas, ex quibus optimū dicendi genus parari posset, proferret in lucē: sic ego cum Ciceronē in optimo genere interpretādi excelluisse intelligam, propter eius interpretationem, quam ut optimam omnibus propono ad imitandum, hunc librum qui eius exemplorum & praeceptorum huius artis plenus est de optimo interpretandi genere inscribo. Nam cum in duabus causis & rationibus, quas modo de uitioso genere interpretandi attuli, peccari à multis, & in eo magnum errorem esse animaduerterem, quo modo optime conuerti latina possent de graecis, existimaui mihi suscipiendum laborem utilem, ut spero, studiosis, mihi si minus necessarium, at certe iucundum. Itaq; cùm in Aristotelis libris decem, quos de moribus scripsit ad Nicomachum filium, conuertendis, unum mihi Ciceronem ad imitandum proposuissem, non inuitus feci, ut quae apud eum de hoc genere reperissem, traderem omnibus. Vtrum autem eū imitati simus, quoniam & id permagnum est, & turpe de se dicere, alijs existimare licebit, qui nostra legerint. Nam de optimo genere transferendi nō dubitabo profiteri, me praecepta multa huius artis apud eum late dispersa & dißipata unum in hunc librum contulisse, quibus legendis & tenēdis orationem, ut ille ait, latinā interpretantes efficiemus pleniorem. De quibus hic ante pauca praefari libet, quàm ad illa ueniamus. Propositū igitur sit omnibus, ea duo uitia, de quibus paulo ante dixi, omnino effugere. Iis enim uitatis, facile id optimum genus quod exquirimus, consequemur. Nā qui & rem. quam animo penitus cognorit ac conceperit, quēadmodum ipse à se inuentam & excogitatā tractaret

ac explicaret, uiderit, & in Ciceronis scriptis multum operæ studijq; posuerit: is omnia fere uitia effugerit. Si enim res spectabit, uerba autem nisi quatenus ad rationẽ sermonis nostri pertinebunt, negliget: certe uerbum ex uerbo sibi exprimendum nõ putabit. Et si in scriptis Ciceronis multum erit uersatus, statim quæ singula uerba, quibus pluribus exponenda erunt, intelliget. Atq; ut omnes iã initio & quasi uestibulo artis huius uerbum pro uerbo nõ esse reddendum intelligant, uerba Ciceronis subijciam, ex quibus nostra omnis manabit oratio. Scribit enim in lib. de finibus 3. his ferè uerbis, Nec tãtum exprimi uerbũ è uerbo necesse erit, ut indiserti interpretes solent, cũ sit uerbum quod idem declarat, magis minúsue inusitatũ. Equidem soleo etiam quod uno græci, si aliter non possum, id pluribus uerbis exponere. Quod idem multis locis alijs tradit, quos si res postulabit, imo uero quia postulabit, suis locis proferemus. Atq; hoc quidem præceptum Ciceronis adeò in corpore huius artis æquabiliter fusum est, ut eo sublato, nihil arti loci relinquatur: eo retẽto, cætera facile cõsequi possimus. Nã & ille indisertos interpretes eos uocat, qui cõtra faciant: & qui hoc sequi uelint, ij sese totos ad Ciceronem, quẽ unum optimum artis huius magistrum appellaui, conferent. Nec uero eos omnes qui sibi Ciceronem proponent ad imitandũ, in hoc numero habẽdos arbitror, sed eos tantum, qui id quod in hac arte plurimum ualet, græcos cum latinis eius libris coniũxerit. Neque enim qui græca separatim tractabit, itemq; latina separatim, simplicia aut coniuncta uerba utriusque linguæ quæ idem ualeant & declarent, facile intelliget. Nos quidem quoniam cum primum discere græca cœpimus, omnem nostram curam in hoc posuimus, ut quæ uerba singula, quibus pluribus, aut quæ singula singulis paria essent, cognosceremus. permultaq; uerba eius generis apud eum diligenter conquisita, idoneis locis exposuimus, ad quorum regulam cætera facile poterunt dirigi. Quare si cui hoc probabitur, is sic habeat, nihil ad hoc conficiendum aptius esse, nihil utilius, q̃ si græca & latina sint eiusdem generis. Neque enim si quis exẽpli causa philosophiam moralẽ græcis literis explicatã sibi ad legendũ proponet, orationes eo tempore aut rhetoricos libros aut epistolas euoluere debebit, sed eos libros tantũmodo, quibus illã philosophiæ partem persecutus est latinis literis. Similis est ratio cæterorum. Quod quidem nemo mediocriter eruditus negabit, cogitans, Ciceronem, quæ à Philosophis trãstulerit, ea in suos de philosophia libros, quæ à rhetoribus, in rhetoricos, quæ ab oratoribus in orationes potius q̃ in alios libros contulisse. Idq; eius legendis libris ita sum expertus, ut in omni genere graues insignésq; locos propè infinitos, in philosophicis philosophiæ, in rhetoricis artis dicẽdi, in orationibus eloquentiæ ab eo cõuersos ac obseruarim & notarim. Atq; ille id in una re à se factum profitetur. Scribit enim primo libro de legibus prima pagina, hoc modo, Quòd si planè sic uerterem Platonẽ aut Aristotelem ut uerterunt nostri poëtæ fabulas, male, credo, mererer de meis ciuibus, si ad eorũ

cognitionem diuina illa ingenia transferrem. Sed id neq; feci adhuc, nec mihi tamen interdictum puto. Locos quidē quosdam si uidebitur transferā, & maximè ab ijs quos modo nominaui, cū inciderit, ut id aptè fieri poßit, ut ab Homero Ennius, Afranius à Menandro solet. Nec id minus in Vergilij uersibus perspici licet, quos ille uel ab Homero, uel ab Hesiodo, uel ab Arato, uel à Theocrito transtulit. Num ille Theocriti uersus in AEneide, aut in Georgicis solet uertere? Aut Arati in Bucolicis, aut Hesiodi in AEneide? aut Homeri in Bucolicis? certe non. Sed Theocriti in Bucolicis, Hesiodi & Arati in Georgicis, in AEneide Homeri. Quanquam nihil prohibet eum interdum Arati aut Hesiodi carmen etiam in Bucolicis & AEneide transferre. Sunt enim apud eos uersus plerique qui ad multas res accommodari transferrique poßint. Quod idem facere nonnunquam solet Cicero. Multa enim se ex philosophia in orationes & epistolas multis locis contulisse confirmat. Quocirca non nego orationes & epistolas hac in parte esse utiles. Sed in præceptis artibúsque tradendis semper ex maiori parte ponderanda sunt omnia. Hoc igitur in hac parte propositum sit omnibus, Ciceronis libros eos quibus eædem res, quæ græcis, continebuntur, cum illis sedulò coniungere. Sic enim & simplicia uerba uniuscuiusque artis propria latináque tenebimus, & eadem inter se coniuncta & collocata disertè copioséq; tractabimus. Quem laborem qui fugiunt, ij multa sæpe uerba & simplicia & copulata ieiune & barbarè efferant necesse est. Nam cum multa sint uerba eiusmodi, quæ uerbum è uerbo exprimi possunt latinè, si alijs idem declarantibus ea non exponent, unóque illo semper utentur, quàm ieiuna & exilis eorum futura est oratio? Cumque multa sint quæ non poßint uerbum ex uerbo exprimi, quid habent dicere, quin ineptè ea & indisertè interpretentur? Domesticis utar exemplis, ut res intelligatur. τέλος his decem libris de moribus persæpe dicit Aristoteles, quod finis ferè in philosophia exponitur ab ijs qui adhuc hos libros ad nos transtulerunt. Ego quoniam à Cicerone nunc extremum, nunc ultimum, aliàs summum pro fine dici animaduerteram, totidem uerbis exponendum putaui. Quod idem feci cum multis alijs explicandis uerbis, tum illo γίγνεσθαι, quod tum fieri, tum effici, tum nasci, tum oriri, tum esse, tum existere, tum gigni, sum interpretatus. Pauca de ijs dixi quæ uerbum è uerbo latinè illa quidem exprimi possunt, sed exprimenda sunt nobis pluribus si similitudinem, quæ satietatis est mater, effugere uelimus. Nam si interpretatio ad id unum excogitata esset, ut fideliter sensa aliorum hominibus traderentur, id quidem satis esset. Nunc quoniam interpretatio, oratio est, oratio autem illustris esse debet, copiosáque & splendida, efficiendum nobis est, ut his suis luminibus ne careat aut spolietur potius interpretatio. Huius generis permulta his commentarijs explicauimus. Id quod etiam in ijs præstitimus, quæ uerbum ex uerbo exprimi nequeunt. Quale est illud τὸ εἶναι, quod alij ad uerbū esse dixerunt, nos statum dici à Cicerone demōstrauimus. Eadē est ratio illius δόσις, quod illi dationem trās-

tulerunt, nos largitionem, cũ in bono dicitur. In cõiunctis autem uerbis maior quæ=
dam cura adhibẽda est. Neq; enim id modo uidendũ est, ut singula sint latina, sed
etiã ut apta sint inter se, rectéq; cohæreãt. Neq; enim si παρέχειν præbere & præ=
stare latinè dicitur, & ἔρως amor, & σοφία sapientia, & ἀρετὴ uirtus: idcirco la
tina hæc sit oratio, Sapientiæ amorẽ uirtus præstat uel præbet, sed illud παρέχειν
exponendum est, uel affert, uel parit, uel, ut Cicero illud genus à Platone trãsfert,
excitat. Quod idem in uerbis quæ iuncta Cicero, alij cõposita uocant, uidẽdum est
diligenter, φίλαυτος enim à Cicerone aliàs charus sibi, aliàs sui diligens, aliàs qui
se diligit, nũcupatur: quarum interpretationũ illius nullã cæteri magis inscitia &
negligentia, q̃ de industria secuti sunt. Dixerunt autem eos homines amãtes sui &
amatores, quibus uerbis & si utitur Cicero, nunquam tamen cum sui genitiuo ea
solet cõiungere. Illud etiam intelligendũ est, multis locis uerbum singularis numeri
apud Græcos eodem numero nõ posse conuenire. Tale est illud λόγον in hac locu=
tione, ποιεῖσθαι λόγον. Neq; enim hanc locutionẽ, facere uerbum, latina ferre posit
oratio, sed uerba facere dicẽdum est, uel habere sermonem. Quod etiam in singulis
uerbis, & maximè neutris adiectiuorũ quæ uocãt obseruandũ est, ut τὸ πολὺ, nõ
cõmodè dicas latinè multum, nec ὀλίγον paucũ, nec μέγα magnum, nec μικρὸν
paruũ, sed plurali numero multa, pauca, magna parua. Innumerabila sunt eiusdẽ
generis, quæ hoc loco proferre possum, sed in aliud tempus differenda censeo, cum
idoneus locus de his disputandi hoc à nobis officium postulabit. Nunc enim ex his
paucis quæ cõmemoraui satis est intelligi, id quod nobis propositũ fuit, si dissertè qd
è græco interpretari uelimus, hæc duo tenẽda esse necessario: unũ, ut uerbũ ex uer
bo exprimẽdum nõ putemus: alterum, ut græca cũ latinis maximè Ciceronis eius=
dem generis ferè cõiungamus. Quæ duo qui negliget, is nõ solum indisertè, sed bar
barè etiam multa dicat necesse est. Atq; de his ipsis in nostris cõmentarijs multa &
sæpe dicemus, atq; adeò inculcabimus eadẽ sæpe quibus locis inciderit, ut id apte
fieri posit. Quod eo faciundũ censui potissimũ, ut philosophia quæ, ex Cicer. tẽpo
ribus nata est latinis literis, cuiq; ille quasi ciuitatẽ dedit, cũ Romæ quasi peregri
nari uideretur, his tẽporibus renascatur iisdẽ literis, in ciuitatémq; illã suã ex qua
expulsa eiectaq; est, tandẽ aliquando tanq̃ postliminio reuertatur. Et quanq̃ nõ su
mus ignari multos nõ solũ contra esse dicturos, sed etiã conatus nostros & studia
improbaturos, tamen quoniã id omnes qui aliquid scribũt uitare nullo modo pos=
sunt, nullius odio & inuidia unquã poterimus abduci, quin propositũ susceptúmq;
cõsilium quibuscunq; rationibus poterimus persequamur. Sed iam tẽpus est ad id
quod instituimus accedere. Genus enim optimũ interpretandi his commentarijs in=
stituimus tradere, quod ne perpetua oratione faceremus, instituti cuiusdam nostri
ratio impediuit. Nam cũ libros decẽ Aristotelis quos ad Nicomachũ filium de mo
ribus scripsit, transferrem, iisque transferendis unum mihi Ciceronem ad imitan
dum proponerẽ, putaui si librorum ordinẽ seruans, quid aut Cicero ab Aristotele

transtulisset, aut ego ab eo rectè aptéque dictum & expositum animaduertissem, quod ad institutum nostrum pertineret, id docerem ac traderem, non omnino laborem nostrum inutilem & ingratum futurum. In quo si quid nos paulo audacius improbabimus, eorum, quæ adbuc in philosophiæ sanctissimo corpore quasi næui hæserint, multáque renouabimus quæ uulgo inusitata sunt uocabula, id nobis concedendum erit, qui hæc ipsa nunc primùm tractare conamur. Sed Aristotelem ipsum primum, tum Platonem latinè loquentem interprete Cicerone audiamus.

A

Annotationes in Lib. Primum. Cap. I.



MNIS ARS, *omnis doctrina, omnis actio, omne studium & institutum ad bonum aliquod refertur, πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ.) Hunc mihi uidetur locũ uel conuertisse Cicero, uel cer-*
B *te adumbrasse, paucis uerbis mutatis. Scribit enim lib. 5. de Finibus bonorum & malorum his fere uerbis, Itaq; omnis honos, omnis admiratio, omne studium ad uirtutem & ad eas actiones quæ uirtuti sunt consentaneæ refertur &c. Qui sane locus me admonuit, primum ut τὸ ἐφίεσθαι conuerterem, refertur, & ipsum δοκεῖ omnino tollerem. De quibus duobus quid sentiam, dicam. Ac primum quidẽ, quoniam in conuertendis è Græca uel alia lingua in aliam scriptis, non est uerbũ semper ex uerbo exprimẽdum, id quod & ego Ciceronem fecisse multis locis ac præcepisse docebo, & omnes qui optimis artibus eruditi sunt, facile intelligunt: danda omnino opera est, ut si quid abhorreat à consuetudine & more eius sermonis in*
C *quem aliquid conuertetur ex alio, id omittamus omnino. Quod à se obseruatum ait Cicero, in cõuertẽdis orationibus aduersarijs AEschinis & Demosthenis. Scribit enim in lib. de optimo genere oratorũ his uerbis, Quorũ ego orationes, si ut spero, ita expressero, uirtutibus utẽs illorũ omnibus. i. sentẽtijs, & earũ figuris & rerũ ordine, uerba ꝑsequẽs eatenus ut ea nõ abhorreãt à more nostro &c. Habes igitur Ciceronis de uerbis conuertendis sententiam, ea persequenda esse dũtaxat quæ à more illorum in quorum linguam usumq; conuertentur, non abhorrebunt. Quis autem (ut ad propositum redeã) initio operis illud, uidetur, uel ipse dicat, uel ab alio dictum & scriptum libenter legat? præsertim si prima oratio sit eiusmodi, à qua consequentes omnes capiant confirmationis exordium. Ergo quod*
D *Græcus sermo patitur, id interim Latinus respuit. Quanquam Eustratio placet illud δοκεῖ dictum ab Aristotele, ꝙ δοκεῖν & ueritatẽ cõtineat & probabilitatem. Nam περὶ τοῦ ἐφίεσθαι, hoc unum dicam, me neminem putare mediocriter dũtaxat eruditum, qui hanc probet orationem, Grammatica expetit uel appetit bonum. De sermone hic agitur, non de sententia. Et quanquam sciam, τὸ ἀναφέρεσθαι proprie significare referri, tamen & oratio quam imitatus est Cicero, satis indicat uerbum quo de agitur, pro eo esse redditũ, & ego multis id locis à Cice-*

rone usurpatū, demōstrabo. Doctrina, μέθοδος) libētius ꝑ eo posuero rōnē. Nā E
& nomē ipsum significat (ὁδὸς enī uia dicitur & ratio) & Cicero hæc mihi duo uidet̄ cōiūxisse 4, de Finib. Aliud est enī poetarū more uerba fundere, aliud ea q̄ dicas rōne & arte distīguere. i. ut eqdē mihi ꝑsuadeo, μεθόδῳ καὶ τέχνῃ. Studiū & institutū, προαίρεσις.) Alij electio, huius uerbi significationē magis idoneo loco trademus. Actio, πρᾶξις.) Ita Cicero cū alijs libris semꝑ, tū in illis quos de Finib. bonorū & malorū scripsit. perpaucos locos ꝓferā, quo res sit euidētior. lib. 4. sic ait, Sit hoc ultimum bonorum quod nūc à me defenditur, apparet statim quæ sint officia, quæ actiones. Et paulo infra, Nō enim actionis aut officij ratio impellit ad ea quæ secundū naturā sunt appetēda, sed ab his & appetitio & actio cōmouetur. Et in 5, Actionum autē, inquit, genera sunt plura, ut obscurētur maiora minoribus. Sed in re aperta sum longior. Hoc autem fortè sit obscurius, si doceam F
actionis uocabulū pro officio accipi. Hoc declarat ille Ciceronis locus ex 4, de Finibus, Quid autem minus consentaneum, q̄ quod aiūt, cognito summo bono reuertise ad naturam, ut ab ea petant agendi principium. i. officij? Itaq; continuo adijcit, Non enim actionis aut officij ratio, &c. quæ supra dicta sunt. Quo loco id interim admonebo, illud aut, positū pro illo siue, quod solemus tū ponere cū pluribus uerbis idē declarātibus utimur. Quocirca Arist. 6. huius operis, actione spoliat belluas. Quod si quis reqrat, nū uerbo qđ pro actiōis alij dicūt, sit usus Cicero (id autē est actus) equidē nō memini me legisse, nisi bis, semel in 1. de Legibus libro. iterū in Inuectiua quā dixit in senatu ī Salust. Hæc sunt uerba ex 1. de legib. Nec solū in rectis, sed etiā in prauis actibus insignis est humani generis similitudo. Ex G
inuectiua hæc, Maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est unusquisq; nostrū, q̄ si de mea uita atq; actibus huic cōuitiatori respōdero &c. Quanq̄ in superiore oratione, prauis actionibus, in posteriore actis legendum esse censeo.

πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις.) Etsi his cōmentarijs non institui res, & sentētias Aristotelis expendere, & exponere, sed uerba solum & orationē, tamen nō alienum erit quid hæc uerba significēt exponere. τέχνη quidē nō hoc loco dicitur id qđ τέχνην appellat in sexto. Nā in sexto τέχνη ad artes eas quas mechanicas dicunt, quæ sunt in faciendo, pertinet. Hic autem τέχνη ἐστιν σύστημα ἐκ καταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων πρός τι H
τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. i. Ars est ex multis animi perceptionibus, usu & exercitatione conquisitis, & in unum exitum spectantibus coaceruatio. Quam sic describit Cicero in primo lib. de Oratore, Artē uero negabat ullā nisi quæ cognitis penitusq; perspectis, & in unum exitum spectantibus, & nunquam fallentibus rebus cōtineretur. Et in quarto Academic. quæst. Ars uero quę potest esse nisi quæ nō ex una, aut ex duabus, sed ex multis animi pceptiōib' cōstat? Est igitur κατάληψις pceptio animi. i. notitia & notio. μέθοδος δὲ ἐστιν ἕξις ὁδοποιητικὴ μετὰ λόγου. i. habitus animi, uiā ratione ad aliquid efficiendū muniens. πρᾶξις δὲ

A ἔστιν ἡ κατὰ προαίρεσιν ἀνθρώπου ἐνέργεια .i.hominis factum proposito & consilio congruens. προαίρεσις δὲ ἡ δυοῖν προκειμένοιν κρίσις ἀνθρώπου, τόδε προελέσθαι πρὸ τοῦδε, καθ' ὁρμὴν τὴν ἕξιν.i.hominis iudiciũ,quo propositis duabus rebus,hanc illi conuenienter appetitioni ac uoluntati suæ anteponit. Hæc sunt fere Eustratij.qui τέχνην quidẽ & πρᾶξιν ad effectũ refert,& μέθοδον ac προαίρεσιν ad ἕξιν.ut μέθοδος,sit habitus artis, προαίρεσις τῆς πράξεως. Nam quemadmodum ex μεθόδῳ sequitur τέχνη, id est,perceptionnum animi coaceruatio,sic προαίρεσιν.i.consilium siue propositũ πρᾶξις id est,actio comitatur. Neque enim quisquam suscipit aliquid faciendum,quin id, nisi impeditus sit,exequatur. Et quoniã Latini uerba non habent quibus illa duo exprimant. μέθοδον dico & τέχνην,utrũq; uno nomine appellant. Nam artẽ
B dicunt interdum,aliàs rationem,aliàs doctrinam.nisi forte ratio μέθοδος proprie dicitur. Cicero quidem in secundo de Oratore lib. rationem ait nos appellare posse si uolumus,Cum ad inueniendum in dicendo,hæc tria sint, acumen, deinde ratio quam licet si uolumus, appellemus artem,tertium diligentia &c. Doctrinam etiam dicit eodem lib.pro arte. Cum enim dicit ridicula non esse artis sed naturæ,his utitur locutionibus.Sed qui eius rei rationem quandam conati sunt artemq; tradere,sic insulsi extiterunt,ut nihil aliud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur. Quare mihi quidẽ uidetur nullo modo doctrina ista res posse tradi. Cur autẽ Aristot.artẽ prius noĩauerit,deinde rationẽ,propositum etiã ante actionẽ,si quis requirat,equidẽ huic respõdebo. Aristo.à notioribus nobis facere solere exordiũ.
C Id ad quod omnia referantur, οὗ πάντα ἐφίεται.) Ciceronis sunt uerba superiora ex 4.de finib. ut facile appareat id quod supra ostendimus, τὸ ἐφίεσθαι aliquãdo cõuertẽdũ referri. Alio loco sic conuertit, quò quicque referatur. Alio, Ad quod oĩa referũtur. Sũmũ bonũ, τἀγαθόν.) Ex hoc loco summa orta est cõtrouersia inter duos Græcis literis eruditos maiorũ nostrorũ memoria. Alter articulũ τὸ adiectum ἀγαθὸν contẽdebat indicare sumi pro summo bono:alter negabat.Equidẽ quod Bud. noster de illorũ dissensione dixerit, & memini & approbo. Hoc etiã addo,articulum τὸ hoc loco eã uim habere, ut ipsum ἀγαθὸν pro summo bono significet accipi.sicuti etiã 10.huius operis lib.sine cõtrouersia ulla ponitur. Hoc ex uerbis Cic.quibus hũc Arist.locũ expreßit,facilè intelligemus 4.
D de Finib. Nemo enim est,inquit,qui aliter dixerit,quin omnium naturarum simile esset id ad quod omnia referuntur,quod est ultimum rerum appetendarum.

Finiũ autẽ genera sunt plura,διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν.) Latina uerba sunt Cic. 5.de Finib.lib.nisi quòd pro finiũ usus est actionũ. Aut Cic. illa uerba hãc exprimũt orationẽ,aut certe uehemẽter me errare fateor. Nec uereor quidem uitiũ audaciæ,quod neceßario suscipiẽdum in hoc genere cẽseo,dũmodo latine aliquãdo philosophia loquatur. Actiones, ἐνέργειαι.) Alij operationes,quod uerbũ puto barbarũ.uerbo quidem operandi semel usus est Cic.idque in lib. de Fato.

Extiterunt) γίνεται. Idoneo loco dicam quibus modis hoc uerbum exprimi E
possit. Nullum est enim fere uerbum quo Aristoteles cæteriq; Græci crebrius utã-
tur. Quocirca si uno semper modo apud nos diceretur, non modo non lucem af-
ferret orationi & ornatum, sed offunderet etiam tenebras. Ostendam autem Cice
ronem in una pagina quinq; aut sex modis expressisse.

Nam & medicinæ ualetudo, ἰατρικῆς μὲν γὰρ ὑγίεια.) Cicero sic 5. de finib.
Medicina est ualetudinis. quod uidetur græcum exprimere eleganter. Ex quo lo-
co Ciceronis & illo qui est apud eũ 4. de Finib. Sed si duo honesta proposita sint,
alterum cum ualetudine, alterum cum morbo, non esse dubium ad utrum eorum
natura nos ipsa deductura sit: facile intelligi potest, ὑγίειαν conuerti debere ua-
letudinẽ. Plures proferrem, nisi uererer ne in re aperta essem longior. Alij tamen
conuertunt sanitatẽ, quàm inepte, facile intelligunt qui mediocriter in lectione Ci F
ceronis uersati sunt. Nam nomen sanitatis semper usurpat pro mentis quieto trã-
quilloq; statu, ut ipse definit. 4. Tusculana. quæst. Sanitas sic animi dicitur, cum
eius iudicia opinionesq; concordant.

Alicui facultati subiectæ sunt, εἰσὶν ὑπὸ μίαν τινὰ ἀρετήν.) Hoc uerbum
è uerbo exprimentes diceremus, quæ sunt sub una aliqua uirtute, quod latine dici
non potest. Cicero. 1. Academicarum quæst. Sensus autem omnes hebetes & tar-
dos arbitrabantur, nec percipere ullo modo res eas, quæ subiectæ sensibus uide-
rentur. Sic semper nisi quod aliquando, sic loquitur, res subiectæ sub sensum.

Magis expetendi sunt, αἱρετώτερα τέλη.) Alij expetibiliores. si uno uerbo
hoc dicat Cicero, dicit optabiliores. 4. de finib. Atq; hoc dicit raro, illud fere sem- G
per. nam τὸ αἱρετὸν dicit expetendum, δι' αὑτὸ αἱρετὸν, propter se expeten-
dum. 3. de finib. Omne autem quod honestum sit id esse propter se expetendũ, cõ-
mune nobis est cum multorum aliorum philosophorum sententijs. Ergo τὸ αἱρεῖ-
σθαι erit expetere. Interim à Cicerone dicitur, sequi, ut alibi docebimus.

CAP. II.

ATqui si, εἰ δὴ) Sic Cicero 4. de finib. Atqui si, ut conuenire debet inter
nos, est quædam appetitio naturalis, ea quæ secundum naturam sunt ap-
petens: eorum omnium est summa aliqua facienda. Neque enim illud δὴ
semper significat igitur. quod etiam in dictione τοίνυν contingit, quæ à Cicerone
atqui conuertitur in responsione. Hæc enim sunt uerba eius de senectute, quibus H
conuertit insignem illum locum Oeconomici Xenophontis, ταῦτα τοίνυν, ὦ Λύ-
σανδρε, ἐγὼ πάντα διεμέτρησα καὶ διέταξα. Atqui ego sum ista omnia di-
mensus, mei sunt ordines, mea descriptio. Argyropylus conuertit, Si igitur, nõ sa-
tis propriè mea quidem sententia. Quòd si, mihi uidetur tolerabilius, quanquã his
duabus particulis εἰ δὲ, sin minus, sin secus, etiam dici debeat. quibus μὴ addi-
tur interdum. Cicero hoc etiam dicit, sin autem. Idem exponit, εἰ μὲν δή. Atqui

A transferens locum Platonis ex Timæo in lib. de uniuersitate. Cicero sic, Atqui si pulcher est hic mūdus, si probus eius artifex, profectò speciem æternitatis imitari maluit: Sin secus, quod ne dictu quidem fas est, generatum exemplū est pro æterno, secutus. Plato pro illo, Atqui, dicit εἰ μὲν δή: pro illo, Sin secus, εἰ δέ. Verba eius hæc sunt, εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος, ὅτε δημιουργὸς ἀγαθός, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν. εἰ δέ, ὃ μηδ᾽ εἰπεῖν τινι θεμιτός, πρὸς τὸ γεγονός. Sed de his & alijs generis eiusdem alio loco plura dicemus.

Quod est ultimum rerum agendarum, τὸ τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν.) Cicero τὸ τέλος non solum finem dicit, sed ultimum, & extremum & summum etiā interpretatur: credo q̃ ieiune se locutum putasset, si semper eam rem, de qua toties dicendum erat, uno uerbo expreßisset. Quod mihi necessario faciundum esse censui. B Pluribus locis in libris de Finibus hoc uerbū interpretatur, sed unus erit pro omnibus, is qui scriptus est in 3, his uerbis, Sentis enim credo me iam diu quod τέλος græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summū. licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere. Interpretes alij semper dicunt finem. τὸ πρακτὸν rem gerendam dicit, & τὰ πρακτὰ res agendas, cū plerisq; alijs locis tū in 4 de Finib. lib. his uerbis, Sed uos ad naturam reuertimini quibus natura iure responderit, non esse uerum aliunde finem beate uiuendi, à se principia rei gerendæ peti. Esse enim unam rationem, qua & principia rerum agendarum, & ultima bonorum continerentur.

Quod & propter se expetamus, & propter ipsum cætera omnia, ὃ δι᾽ αὐτὸ βουλόμεθα, τὰ ἄλλα δὲ διὰ τοῦτο.) C Sic malui interpretari, quàm fecissem initio: ex Cicerone, qui uide utrum hunc locum expresserit in 11. de Finib. his uerbis, Nam hunc ipsum siue finem, siue extremum, siue ultimum id esse quo omnia quæ rectè fierent referrentur, neq; id ipsum usquam referretur. In 1. etiam de Finibus & hunc locum & superiorem uidetur attigisse. Quoniam autem id est uel summum bonorum, uel ultimum, uel extremum, quod Græci τέλος nominant, quod ipsum nullam ad aliam rem, ad id autem referuntur omnes: fatēdū est &c.

Progredietur enim in infinitum, πρόεισι γὰρ εἰς ἄπειρον.) Non inueni apud Ciceronem nisi semel, in infinitum, credo quòd semper uitaret nouitatem uocabulorū. D Eius hæc sunt uerba in libro de Fato, Licuit uel altius, Vtinam ne in Pelio nata ulla unq̃ esset arbor: etiā supra, utinā ne esset mons ullus Pelius. similiterq; superiora repetētē regredi in infinitū licet. Quo loco Cicero dicit regredi in infinitū: pro eo quod Dialectici dicūt, p̄cedere in infinitū retrocedēdo, ac forte pro eo quod dixi, p̄gredietur. regredietur melius dici qui locum Ciceronis diligenter consyderarit, cōfitebitur, nisi ἀνιέναι dici potest commodius. Alibi quidem aliter hāc Græcorūphrasin dicit. ut in 1. de Finib. Nec enim habet nostra mens quicquam ubi cōsistat tanq̃ in extremo. Idem, Exitus nullus reperietur.

A uerba Xenophontis supra præscripta & à Cicerone conuersa declarant.

Atque etiam uidemus, ὁρῶμεν δὲ καὶ) Hoc loco phrasin Ciceronianā uolo ostendere, quam pauci aut nulli imitantur aut retinent, quāq; ille est à Græcis ut alias plerasque mutuatus. Quoties enim ad aliquid cōfirmandum plura afferuntur, aut sententia mutatur, si apud Græcos δὲ καὶ coniuncta reperiuntur, Cic. atque etiam dicit, aut δὲ tollit omnino, & dicit & etiā, aut atque. Innumeros locos ad id probandum afferre possum, sed non est opus multis. 3. de officijs. Atque etiam in omni deliberatione, celandi & occultandi spes opinioq; remouenda est. ἐν πάσῃ δὲ καὶ βουλῇ. &c. & in 2. Atq; etiam illæ impensæ meliores sunt, muri, naualia, portus, &c. & in 1. Atque etiam in rebus prosperis & ad nostram uoluntatem fluētibus, superbiam magnopere, fastidium, arrogantiamq; fugiamus, εὐτυχοῦντες δὲ καὶ.

B Alio loco, Sunt etiam qui, &c. εἰσὶ δὲ καὶ.

Quæ in summo honore sunt & pretio, τὰς ἐντιμοτάτας) ἔντιμον quod est in honore & pretio, & cui honos est. Cic. in proœmio primæ Tusculanæ, In summo apud illos honore geometria fuit, ἐντιμοτάτη παρ' ἐκείνοις. Ibidem, Iacentq; ea semper quæ apud quosque improbantur. Aristoteles tertio huius operis libro idem fere dicit, καὶ διὰ τοῦτο ἀνδρειότατοι δοκοῦσιν εἶναι παρ' οἷς οἱ δειλοὶ ἄτιμοι, οἱ δὲ ἀνδρεῖοι, ἔντιμοι. ἄτιμοι sunt qui iacent, quibus nullus honos tribuitur, atque adeo qui improbantur. Cicero 2. lib. Tusc. quæstionum, Videmúsne eos apud quos eorum ludorum qui Gymnici nominantur, magnus honos

C sit, nullum ab ijs qui in id certamen descendant deuitari dolorem? παρ' οἷς ἔντιμοι οἱ ἀγῶνες. Eadem est ergo apud Græcos & Latinos in hoc genere constructio. Illud autem ἔντιμος à Cicerone dicitur honoratus, & ἄτιμος inglorius, ut alio loco docebo. Ego cum ipse reputarem & quærerē, quid ita Cicero illud ἔντιμον cum exponeret, quod est in honore & pretio, duo illa interdum cōiungeret, mihi uisus est id facere propterea quod τιμὴ apud Græcos non solum est honos apud nos, sed etiam & æstimatio, etiam gloria. & τιμᾶν æstimare. Arist. nono lib. huius operis cap. 1. quærens quanti res uenales æstimari debeant, utrum quanti is cuius res est æstimat, an uero quanti ij qui accipiunt, ita explicat, δεῖ δ' ἴσως οὐ τοσούτου τιμᾶν, ὅσου ἔχοντι φαίνεται ἄξιον, ἀλλ' ὅσου πρὶν ἔχειν ἐτίμα. Ex quo loco discimus & intelligimus τοσούτου, & ὅσου nostris respōdere tāti & tātidem, & quanti. Idem eodem cap. de philosophia loquēs, οὐ γὰρ, inquit, πρὸς χρήματα

D ματα ἡ ἀξία μετρεῖται. τιμή τ' ἰσόρροπος οὐκ ἂν γένοιτο. In quo loco τιμὴ etiam pretium dici potest.

Quod si hæc artes reliquas omnes quarū omne opus est in agendo, χρωμένης δὲ ταύτης ταῖς λοιπαῖς πρακτικαῖς τῶν δυνάμεων. Quoniam in nominibus Græcis in ικος exeuntibus conuertendis omnes qui adhuc philosophiā tractarunt fere turpiter lapsi sunt & errarūt, (nā quis ferat actiuas, cōtēplatiuas, & factiuas verbalia in ικος.

artes & mille alia nomina eiusdẽ generis) in animo est quãtũ cõsequi potero, quid de ijs legendo compererim, indicare. Cicero quidem in 4. Academicarum quæstio. facit hanc artium diuisionem. Cumq; artium, aliud eiusmodi genus sit, ut tantummodo animo rem cernat, aliud ut moliatur aliquid & faciat: quomodo aut Geometres ea cernere potest quæ aut nulla sunt &c. Et paulo post, quod idem in similibus quoque artibus contingit, quarum omne opus est in faciendo aut agendo ἐν ταῖς θεωρητικαῖς, καὶ πρακτικαῖς. θεωρητικὴ δὲ dicitur quæ rerũ cognitione & cõtemplatione cernitur atq; uersatur. ut πρακτικὴ quæ in rerũ actione cernitur. πρακτικοὶ autẽ ut ἀπὸ τῆς πρακτικῆς τέχνης appellantur, dicuntur ij qui in rerum actione uersantur, & qui ad Remp. se conferunt: & θεωρητικοὶ ij qui rerum cognitione doctrinaq; delectantur: & quorum studia uitaq; omnis in rerum cognitione uersatur. Cicero de amicit. De amicitia omnes ad unũ idem sentiunt, & ij qui ad Remp. se contulerunt, & ij qui rerum cognitione doctrinaq; delectantur, πρακτικοί τε καὶ θεωρητικοί. Et in 1. de Officijs, Atq; illi quorum studia, uitaq; omnis in rerũ cognitione uersata est, tamẽ ab augendis hominũ utilitatibus & cõmodis nõ recesserunt. πρακτικὸς dicitur interdum aptus & idoneus ad rem gerendam & accommodatus. & πρακτικώτερος aptior & paratior & instructior ad rem gerendam aut ad officium. Tot enim modis à Cicerone dicitur. In sexto huius operis Aristoteles in hanc significationem accipit. Non est opus exemplis hoc facere longius. Hoc etiam addam quod cognitione est dignißimum, multa nomina à philosophis adhuc in iuus usurpata coniunctaq; cũ genitiuis, à Cicerone fieri in ens. Aristoteles 6. cap. huius lib. τὰ δὲ ποιητικὰ τούτων. Cicero. 5. de Finibus extremo. eorum conficientia. Et tertio de Officijs, Quòd si is esset Panætius qui uirtutem propterea colendam diceret quòd ea efficiens utilitatis esset &c. ποιητικὴ ἢ πρακτικὴ τοῦ συμφέροντος. Idem Cicero primo de Finibus, Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia uoluptatum &c. ποιητικὰ τῆς ἡδονῆς. Alio loco dixit, uirtus est tuens rerum. Aristot. eodem lib. & cap. φυλακτικά. Ac ne me quis putet hæc rebus fingere uocabula, Ciceronẽ auctorem adhibeo, qui in 3. de Finibus, Alia autem, inquit, efficientia, quæ Græci ποιητικά. Atq; ut intelligamus quod uno uerbo non possit dici, id esse pluribus dicendum, idem auctor adhibendus est, qui eodem libro, Sequitur, inquit, illa diuisio, ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia, (sic enim appello quæ τελικὰ dicuntur) iã hoc ipsum instituamus, ut placuit, pluribus uerbis dicere quod uno non poterimus, ut res intelligatur. Quid ergo iã obstabit, quo minus hæc etiã inepta uocabula uitemus, frigefactiuus, calefactiuus, & mille generis eiusdẽ? quæ, dum Cicero negligitur, usurpata sunt pro latinis? Quanquam hæc ipsa dici non possunt nec conuerti ut superiora. omninoq; mihi uidentur melius pòsse dici, conuertiq; aptius, si frigefactiuum dicamus, quod uim habet frigoris: & calefactiuũ,

(Marginal section letters: E, F, G, H)

A quod caloris, & cætera generis eiusdem. Quidsi probem mecum in his facere Ciceronem? Eius uerba proferam quibus conuertit locum Platonis ex Timæo, Sed æstimant pleriq; non hæc adiuuantia causarum, sed has ipsas esse omnium causas, quæ uim habeant frigoris, & caloris, concretionis, & liquoris. Plato sic, δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων, οὐ ξυναίτια, ἀλλ' αἴτια εἶναι τῶν πάντων, ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα πηγνύντά τε καὶ διαχέοντα. Illa etiam insignis est interpretatio, δρομικὸς, qui ualet ad cursum uelocitate. ut Cic. 1. de Officijs, Vt enim in corporibus magnæ dißimilitudines sunt. alios uidemus uelocitate ad cursum, alios uiribus ad luctandum ualere &c. Vno tamen uocabulo dicit cursorem. 2. Tuscul. quæst. Nec uero unquam ne ingemiscit quidem uir fortis ac sapiens, nisi fortè ut se intendat ad firmitatem, ut in stadio cursores exclamant quàm maxime possunt. Idem in Topicis τὰ στερητικὰ appellat priuãtia, τὰ ἀποφατικὰ

B negantia. Sunt enim, inquit, alia contraria, quæ priuantia licet appellemus Latine, Græce appellantur στερητικά. Paulo post, Sunt etiã ualde contraria alia quæ appellãtur negantia. ea ἀποφατικὰ Græci, cõtraria aiẽtib⁹. Quæ hic dicit aiẽtia, Græce dicuntur φατικά. Repudiẽtur ergo ista barbara uocabula, priuatiuè opposita & contradictoriè, extermineturq; ex sanctißimo philosophiæ corpore, ut fœda, & profana, ac pro his quasi postliminio hæc in patriam suam redeant.

Si eadem utilitas est uniuscuiusque & uniuersorum, εἰ ταὐτόν ἐστιν ἑνὶ καὶ πόλει.) Hoc Cicero ita ut feci expreßit, in. 3. de officijs, Ergo unum debet eße omnibus ꝓpositũ, ut eadem sit utilitas uniuscuiusque, & uniuersorum. Nam si uelimus semper τὸ ἀγαθὸν bonum dicere, multis id locis perabsurde facere uideamur. nec Latini, sed Gallici potius sermonis uidebimur habuisse rationem. Atqui

C nunquam sic loquendum esse puto, bonum publicum est anteponendum bono particulari: sed ut Cicero lib. III. de Finib. Vt enim, inquit, leges omnium salutem singulorum saluti anteponunt, sic uir bonus & sapiens & legibus parens, & ciuilis officij non ignarus, utilitati omnium plusquam unius alicuius aut suæ consulet. Volo hic cum Latinis Græca conferre, quæ ad hunc locum pertinent. Quod Cicero dicit, Sibi cõsulere: Aristot. 8. lib. huius operis dicit ἐπιβλέπειν ἐφ' ἑαυτόν. quod uulgo dicimus respicere ad se. itaque interdum dicitur Latine Sui habere rationem. Quod Cicero supra dixit, utilitati suæ consulere: hoc Aristoteles 6. huius

D operis cap. 8. dicit, ζητεῖν τὸ αὑτῷ ἀγαθόν. Ex quo loco facile intelligi potest qđ supra diximus, nunquã in hoc genere ἀγαθὸν bonũ esse dicendũ. Et. 8. huius operis sic dicit, ἑαυτοῦ συμφέρον σκοπεῖν. Et σκοπεῖν τὰ ὠφέλημα αὑτῷ. Quod Cicere dicero solet, seruire commodis suis. Est etiam apud Aristote. tale quoddam genus. 8. huius operis libro. διώκειν τὸ ἑαυτῷ ἀγαθόν. cui nullum nostrum respondere arbitror. Nam quod est apud Thucydidem in primo, τὸ ἐφ' ἑαυτὸν μόνον προορᾶσθαι, Sibi solum consulere uel prospicere, dicendum puto

Cuius generis est illud quod est ibidem, προσκοπεῖν τὰ κοινὰ, id est consulere, uel prospicere Reipub. Nam quod ait ibidem, τὸ ἐφ᾽ ἑαυτὸν περιιδεῖν, dicitur studere & consulere rebus rationibúsque suis. Apud Aristotelem quinto huius operis est phrasis quæ Gallicæ nostræ linguæ respondet, nec latine exprimi ad uerbum potest, ἄλλῳ γὰρ τὰ συμφέροντα πράττει ἢ ἄρχοντι, ἢ κοινῷ. Loquitur de iustitia. Latinos hanc arbitror sua illa pulcherrima exprimere, Seruire, seu inseruire cōmodis alienis, aut certe cōsulere. Ciceronē quidem illud σκοπεῖν in hoc genere uertere seruire, ille locus declarat. epistola prima ad Q. fratrem, Est autem non modo eius, qui socijs & ciuibus, sed etiā eius qui seruis, qui mutis pecudibus præsit, eorum quibus præsit, cōmodis utilitatiq; seruire. Sic enim Aristoteles loquitur in octauo, ὁ μὲν γὰρ τύραννος τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον σκοπεῖ. ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸ τῶν ἀρχομένων. τῶν ergo ἀρχομένων Cicero diserte interpretatus est, eos quibus præsit. Plato in primo de Rep. libro, eodem dicendi genere utitur, ὁ τῷ ὄντι ἀληθινὸς ἄρχων, οὐ πέφυκε τὸ αὑτῷ συμφέρον σκοπεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ. Eodem libro primo præter quàm quod omnia superiora usurpat, illud etiam dicit, σκέπτεσθαι τὸ αὑτῷ συμφέρον. Hunc ego locum exemplis illustrandum non putaui, ne longior poneretur oratio.

At Remp. tamen & capessere & tueri, τὸ τὴν κοινῶν καὶ λαβεῖν καὶ σώζειν.) τὸ τὴν κοινῶν λαβεῖν, Capessere Remp. dixi, ut Cicero. 1. de Offic. Capessentibus autem Remp. nihil minus q̃ philosophis &c. Salust. in Catil. aptius ad hunc locum dixit, capessere Rēp. Expergiscimini & capescite Remp. nisi forte hæc duo sic coniuncta sunt, ut apud Ouidium, Non minor est uirtus q̃ quærere, parta tueri. Quanquam scio alijs uerbis expressam esse hanc sententiam apud Demosthenem in 2. Olynth. πολὺ γὰρ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν, ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκε. Multo enim facilius est quæ iam habeas tueri omnia, quàm quærere. hoc etiam addam, σώζειν τὰ κοινὰ, non solum dici tueri & conseruare Rēpub. sed etiam consulere saluti Reipub.

In solitudine uitā agenti, μόνῳ id est μονώτῃ) id est solitario. quia coniunxit καὶ ἑνὶ καὶ μόνῳ. ut hæc duo illis duobus sequentibus ἔθνει καὶ πόλεσι opposuisse uideatur.

Præclare se res habeat, ἀγαπητόν.) Ἀγαπάω cum dandi casu iungitur interdum & significat contentum esse, satis esse ac sufficere, nonnunquam bene agi, uel præclare ferē habere. Quam significationem puto ignotam fuisse omnibus qui adhuc Aristotelem sunt interpretati. Nā semper τὸ ἀγαπητὸν dicunt amabile, cū interim nonnullis id locis congruere non possit. Veluti capite insequenti huius libri, ἀγαπητὸν οὖν περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας παχυλῶς καὶ τύπῳ τἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι. Quis quæso, sensus erit, si dicas, amabile

A igitur est de talibus atque ex talibus dicentes grosso modo figuraq; uerum ipsum ostendere? & tamē sunt uerba Argyropyli interpretis, qui ita hoc uerbum interpretatur etiā extremo capite totius huius operis, ἀγαπητὸν δ' ἴσως ἐστὶν, εἰ πάντων τῶν ὑπαρχόντων, δι' ὧν ἐπιεικεῖς δοκοῦμεν γίνεσθαι, μεταλάβημεν τῆς ἀρετῆς, Amabile est autem fortasse si cum omnia essent quibus boni fieri uidemur, participes uirtutis efficiamur. Sunt hæc etiam illius uerba. Atque ut doceam his locis duobus τὸ ἀγαπητὸν non id significare, quod ille putauit (nā hoc loco, sic accipi potest, quoniam Eustratius ἀγαπητὸν dicit ἄξιον τοῦ ἀγάπης) proferā uerba Ciceronis ex libro de uniuersitate, quibus id perspici poterit, Itaq; cum de re stabili & immutabili disputatur, oratio talis sit, qualis sit illa quæ neq; redargui neque conuinci potest. Cum autem ingressa est mutata & efficta simulacra, bene agi putat, si similitudinem ueri consequatur. Quantum enim ad id quod
B ortum est, æternitas ualet, tantum ad fidem ueritas. Quocirca si forte de Deorum natura ortuq; mundi disserentes, minus id quod habemus animo consequimur, ut tota dilucide & plane oratio exornata sibi cōstet, & ex omni parte secū ipsa cōsentiat, haud sane erit mirum: contentiq; esse debetis, si probabilia dicentur. AEquū est enim meminisse, & me qui disseram hominem esse, & uos qui iudicatis: ut si probabilia dicentur, nil ultra requiratis. Volo nūc conferre Platonis uerba, quæ Cicero conuertit, τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς. μονίμους καὶ ἀμεταπτώτους, καθ' ὅσον τε ἀνελέγκτοις προσήκει λόγοις εἶναι καὶ ἀκινήτοις, τούτου δεῖ, μηδὲν ἐλλείπειν. τοὺς δὲ τοῦ πρὸς μὲν ἐκεῖνο ἀπεικασθέντος, ὄντος δὲ εἰκόνος, εἰκότας. ἀνάλογόν τε ἐκείνων ὄντας, ὅτι περ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πίστιν ἀλήθεια. ἐὰν οὖν
C ὦ Σώκρατες πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως, μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντῃ πάντως ἂν τοὺς αὐτοὺς αὐτοῖς ὁμολογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς. ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή. μεμνημένον ὡς ὁ λέγων, ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους, πρέπει μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν. Quo ex loco facile intelligi potest, illud quod Plato dixit ἀγαπᾶν, contentum esse dixisse Ciceronem. Atque idem paulo ante dixit, Bene agi putat, quod non est in græco, nisi forte ἀγαπητὸν
D deest. Corrigendi autem sunt alij libri; in quibus pro efficta, legitur effecta. Huic autem Platonis loco Aristotelis is quem tractamus, respondet locus, & duo alij quos hic malui conferre quàm suo loco, ut hic tandem absoluatur locus. Alter est in 4. capite huius primi libri, μεμνῆσθαι δὲ καὶ τῶν προειρημένων χρὴ, καὶ τὴν ἀκρίβειαν μὴ ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἐπιζητεῖν, ἀλλ' ἐν ἑκάστοις

κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον οἰκεῖον τῇ μεθό- E
δῳ. Illud μεμνῆσθαι δὲ καὶ τῶν προειρημένων χρή, par est ei scire, AEquum est enim meminisse. Itaque χρὴ & δεῖ non solum oportet & debet dici debent, sed etiam æquum est, & rectum est, ut alibi etiam docebo. ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον, tantum, quãtum. Posterior locus est cap. 2. libri secundi huius operis, ἐκεῖνο δὲ προδιομολογείσθω, ὅτι πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος, τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφείλει λέγεσθαι. Illud τύπῳ dixit suprà dilucide planéque: & 4. de Finib. simpliciter. & illud ἀκριβῶς subtilius, & accuratius, his uerbis, Atque ita re primo simpliciter collocata, reliqua subtilius persequentes, corporis bona facilem quandam rationẽ habere censebant, de animi bonis accurratius exquirebãt. Si uelimus exprimere illud, accuratius exquirere, id faciemus uno uerbo quo utitur sæpe F
Aristote. his lib. id est διακριβῶσαι, aut ἐξακριβῶσαι. Quæ uerba & nomina τἀκριβὲς, & aduerbium ἀκριβῶς & ἀκριβέστερον his libris mirum quàm inepte, ne dicam inscite interpretentur Argyropilus & alij, itemque omnes quorum aut scripta legi, aut audiui interpretationes. Omnes nihil aliud habent in ore, nisi exacte dicere, exactum, exactius: quæ uerba nescio quis primus inuenerit, certè barbariem inuexit in linguam Latinam. Postea omnes qui se ad studium Græcarum literarum contulerunt, triuerunt illud, ut nullum aliud in his exprimendis uerbis proferre poßint. Discamus ergo iam in Latinum Latinè & apte conuertere duce Cicerone, quæ apud Græcos & à Græcis dicuntur elegantißime. Illud ergo τύπῳ dicamus aliâs simpliciter (quod uerbũ puto in G
hoc genere proprium) aliâs dilucide, aliâs plane, aliâs populariter, quo Cicero usus est in hanc rem de Finib. Contrarium autem eius quod est ἀκριβῶς, nunc subtiliter, nunc accuratè, nunc comparatiuis exprimamus, quæ non plus apud nos ualent interdum quâm positiua, subtilius, & accuratius: quæ magis respõdẽt ἀκριβέστερον. Verba autẽ ἐξακριβοῦν καὶ διακριβοῦν dicamus & subtilius & accuratius persequi, exquirere, dißerere, disputare, pro rei de qua agetur natura. Nomina autem τἀκριβὲς & ἀκρίβεια, subtilitas. ut Cicero 2. de Officijs, Alia est illa cum ueritas ipsa limatur in disputatione subtilitas: alia cum ad opinionẽ communem omnis accommodatur oratio.

CAP. III.

QVANTVM res proposita feret, κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην.) H
Simile est genus, quod hoc ipso cap. ponitur, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται. i. quoad rei natura patiatur. Cic. sic dixit in lib. de uniuersitate, Nã cũ cõstituisset Deus bonis omnibus explere mũdũ, mali nihil admiscere quoad natura pateretur, &c. quem locum uertens Cicero ex Platone magis uidetur Aristotelis quàm Platonis expreßisse locutionẽ. Est enim apud Platonem κατὰ δύναμιν. Ex superiore autẽ loco duo quædam intelligi par est, primum ἐφ' ὅσον

A non solum dici quantum, ut ille idem supra exposuit, sed etiam quoad, & apud Latinos eatenus, quod respondet τὸ τοσοῦτον. interim abesse posse ab oratione. Nam hæc duo τὸ τοσοῦτον καὶ ἐφ' ὅσον interdum Cicero exprimit, & prius eatenus, posterius quoad dicit. ueluti. 1. de Legib. Nec uerò eos qui ei muneri præfuerũt, uniuersi iuris expertes fuisse existimo, sed hoc ciuile quod uocant eatenus exercuerunt, quoad populo præstare uoluerunt.

Pingui Minerua, παχυλῶς.) Sic Cicero in lib. de amicitia.

In quibus ciuilis scientia uersatur, περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται.) Melius forte ad rationem uerbi, quæ sunt ciuilis scientiæ proposita. Nam σκοπὸς, id est quod sibi quisque proponit, seu quod cuique est propositum. ut pro Sextio, Quid est igitur propositum his Reip. gubernatoribus, quod intueri, & quò cursum suũ
B dirigere debeant? Quem locum Cicero uidetur mutuatus esse ab Aristo. 1. cap. 6. huius operis. καθάπερ ἐστὶ τῶν ἄλλων ἐστί τις σκοπὸς πρὸς ὃν ἀποβλέπων ὁ τὸν λόγον ἔχων, ἐπιτείνει. ἀποβλέπειν ergo πρός τινα, elegãter dicitur intueri aliquem. Vno etiam nomine Cicero dicit propositum τὸν σκοπόν. 2. de officijs, Sed ad propositum reuertamur.

Eodẽq; modo, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐστί.) ut δὲ redũdet, de quo supra diximus.

Quæ quisq; nouit, de ijs uere iudicat, ἕκαστος δὲ κρίνει καλῶς ἃ γινώσκει.) Græci nullum uerbum habent quod nostro quisque par sit, nisi ἕκαστος. Itaque semper animaduerti Ciceronem tum quisque dicere solitum, cum est relatiuũ quis
C que quod in oratione, uel suus, uel sui cum cæteris casibus. Et apud nos quidem quisq; sequitur, apud Græcos præponitur, nisi cũ dicũt αὐτῷ. κρίνει καλῶς, præclare non cohæret, sed bene, si uim uerbi spectemus. Cicero autem nunquam bene iudicare dicit, sed uere, ut sunt alia quæ mos noster ferat, alia quæ Græcorum. Cicero. 3. de Finib. extremo, Nec uero potest quisquã de bonis & malis uere iudicare, nisi omni cognita ratione naturæ & uitæ, etiam Deorum. Noster etiam mos non fert nec patitur quod Aristo. dicit continenter, ἀγαθὸς κριτής. i. bonus iudex, sed uerus, aut uerax.

Qui omni doctrina eruditus est, ὁ περὶ πᾶν πεπαιδευμένος) Ostẽdã idoneo loco, Ciceronem nunquam illud περὶ cum accusandi casu exprimere circa,
D sed in. Itaq; illud ipsum possumus dicere uerbum pro uerbo reddentes, qui in omni re doctus est & eruditus, aut omni doctrina eruditus. 3. de natura Deorum, Isto modo etiam disertus & quidem mathematicus, omni denique doctrina eruditus, postremo Philosophus erit mũdus. Eustratius illud πεπαιδευμένος refert ad usum rerũ. Quod si cui magis probatur, ita hoc exponat, ut Cicero, qui usum rerum percalluerit.

Vacat enim omni uitæ actione. Hæc autẽ de actione omnis oratio est, ἄπειρος γὰρ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων, οἱ λόγοι δὲ ἐκ τούτων καὶ περὶ τούτων. Ἄπειρος

inexercitatus, imperitus, rudis, qui non est uersatus in re aliqua. ἔμπειρος exercitatus, peritus. Exemplum unum erit pro omnibus. Cice. 2. Tusculanarum quæst. Adduc pari animo inexercitatū militē, mulier uidebitur. Et paulo post, Quin etiā uidemus ex acie efferri sæpe saucios, & quidem rudem illū & inexercitatū quāuis leui ictu ploratus turpissimos edere. At uerò ille exercitatus & uetus &c. ἐμπειρία exercitatio, periculum pro experiētia, quo uerbo adeò inuitus Cicero utitur, ut semel solum apud eum legerim. Idem eodem lib. Tāta exercitatio, meditatio, consuetudo ualet, οὕτως ἐμπειρία, μελέτη, ἔθος ἰσχύει. Hoc autem loco dixi ἄπειρον εἶναι τῆς πράξεως, Vacare omni uitæ actione. quod ut facerē, me admonuit locus Ciceronis qui positus est in quarto quæstionum Tusculanarum, quique hunc exponere uidetur, Vacat enim omni libidine: hæc autem de libidine oratio est. E F

Iam uero, ἔτι δὲ.) Hoc uerbum est quo tam sæpe utitur Cicero, cum ad rem unam probandam multa argumenta colligit. Interdum solum ponit illud iam, & Aristo. ἔτι. pro quo interpretes quidam semper ponunt amplius, quod omnino barbarum est. Cicero. 3. de Finib. Iam membrorum .i. partium corporis, alia uidētur propter eorum usum à natura esse donata, ut manus, crura, pedes. Non est opus exemplis aliis, satis est enim rem intelligi. Arist. 6. cap. huius lib. ἔτι ἐπεὶ τἀγαθὸν ἰσαχῶς λέγεται τῷ ὄντι. &c. Iam cum bonum æque pateat ac natura. Cicero in orationibus sæpius utitur, Iam uero: nunquam uel raro, præterea. In philosophia contrà, ut in. 3. de natura deorum libro, cum multis argumētis conatur confirmare, nullum esse animal immortale, ter continenter præterea dicat. Aristo. nonnunquam utitur, πρὸς δὲ τούτοις, quod uerbū ex uerbo exprimentes, Ad hæc dicimus, ut δὲ redundet, quod multis fieri locis iam ostendimus. Quanquā πρὸς τούτοις, mihi uidetur rectius dici posse, præterea. G

Non est enim uitium in tempore, sed in moribus, οὐ γὰρ παρὰ τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν.) Videtur mihi hūc Cicero expressisse locū 2. de Finib. lib. Non est enim uitiū solum in oratione, sed etiā in moribus. Itē de Senectute, Sed omnium istiusmodi querelarū in moribus est culpa, non in ætate, ἡ ἔλλειψις. Ergo ἡ ἔλλειψις dicitur quod dicimus culpam. In hoc genere dicendi, Culpa non est in me, οὐ παρὰ μὲ ἡ ἔλλειψίς ἐστι, quid aliud significet, secūdo libro docebimus. Vide ergo quàm inscite alij hoc dixerint defectionē, & παρὰ τὸν χρόνον, ob tempus. Nam διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν, mirum est Ciceronem conuertisse in moribus, quod eram conuersurus, in uita quam degat ex libidine. Nam κατὰ πάθος ζῆν, dico uitā ex libidine degere, uiuere, & uitam agere, ut Cicero, ex uirtute uiuere, ex uirtute uitam agere, & uitam ex summo bono degere, & è natura uiuere. Quæ dicendi genera, quoniam hodie sunt desita usurpari, H

A *exemplis faciam non ſolum ut ipſa ſimpliciter, ſed etiam comparatè intelligantur. Cicero enim eſt unus, qui cum ſe ad Græcorum imitationem contuliſſet, nullum non eorum dicendi genus, nullam phraſim, nullum denique uerbum conatus ſit reddere. Hæc ſunt eius uerba. 4. de Finibus, Id eſt enim uel ex uirtute, uel naturæ congruenter uiuere. Et paulo poſt, Neceſſe eſt hoc ultimum eſſe, ex uirtute uitã agere. Item in eodem ante ſuperiora exempla, Sed hoc ſummum bonum quod certa ſignificatione intelligitur, eaque uita quæ ex ſummo bono degitur, quia coniuncta ei uirtus eſt, in ſapientem ſolum cadit. In tertio extremo dicit etiam, è natura uiuere. Cum autem ad tuendos conſeruãdoſque homines hominem natum eſſe uideamus, conſentaneum eſt huic naturæ, ut ſapiens uelit gerere & adminiſtrare Rempublicam, atq; ut è natura uiuat, uxorẽ adiũgere & uelle ex ea*
B *liberos procreare. Hoc idem multis locis dicit ſecundum uaturam uiuere. Quod autem ſupra dixit, Naturæ congruenter uiuere. Et quod tertio de Finibus conuenienter naturæ uiuere, ab Ariſtotele dicitur ὁμολόγως τῷ ζῆν, quoniam νοῦς, id eſt, mens ſua quiſque eſt maxime. Quod autem Cicero dicit, ex uirtute uiuere, uel uitam agere Ariſtoteles dicit, κατὰ τὴν ἀρετὴν ζῆν, ut in. 5. huius operis libro cap. 2. καθ' ἑκάστην γὰρ ἀρετὴν προστάττει ζῆν, καὶ καθ' ἑκάστην μοχθηρίαν κωλύει ὁ νόμος, id eſt, Nam & ex quaque uirtute uitam agere præſcribit lex, & ex quoque uitio uetat. Ad ſuperiorem enim Ciceronis regulam hæc omnia dicendi genera dirigi debent, ut κατὰ μοχθηρίαν*
C *ζῆν dicamus ex uitio uiuere. Videre ergo licet quàm inſcite Agyropylus has phraſes expreſſerit. Nam illud ſuperius dixit, uniuſcuiuſque uirtutis uiuere ratione. & poſterius, uniuſcuiuſque uitij uiuere modo. quas dicendi rationes quis aut audiuit unq̃ aut ferre poteſt? Multo certe aptius dixiſſet uiuere ſecundum uirtutem, uiuere ſecũdũ uitiũ, qđ & noſtræ linguæ finitimũ eſt (dicimus enim uiurẽ ſelon uertu) & Cicero nõ omnino reſpuit, quippe qui dixerit uiuere ſecundum naturam, quod dicit uiuere è natura, ut ſupra oſtendimus. Quod etiam dicit uiuere ex natura. 5. de Finibus, Ex quo intelligi debet, hominis id eſſe in bonis ultimum, ſecundum naturam uiuere. quod ita interpretemur, uiuere ex hominis natura undique perfecta & nihil requirente. Quod autem dicit Cicero, ex ſummo*
D *bono uitã degere, Ariſtoteles in decimo libro appellat, κατὰ τὸ κράτιστον ζῆν. χρὴ δὲ οὐ κατὰ τοὺς παραινοῦντας, ἀνθρώπινα φρονεῖν, ἄνθρωπον ὄντα, οὐδὲ θνητὰ τὸν θνητόν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἀπαθανατίζειν, καὶ ἅπαντα ποιεῖν πρὸς τὸ ζῆν κατὰ τὸ κράτιστον τῶν ἐν αὐτῷ. Quanquam forte propter illud quod addit τῶν ἐν αὐτῷ, commodius dici poteſt, Ex natura hominis uiuere, quoniã Ariſt. dicit paulopoſt de mẽte, δόξειε δ' ἂν ἕκαστος εἶναι τοῦτο, εἴπερ τὸ κύριον. Quod Cicero in quinto de Finibus*

ſic exponit, In homine autem ſumma omnis animi eſt, & in animo rationis. Et in E
ſomnio ſcipionis. Nec enim is es quem forma iſta declarat: ſed mens cuiuſque, is eſt quiſque, non ea figura, quæ digito demonſtrari poteſt. Quo ex genere illud eſt etiam eiuſdem lib. extremo tertio ζῶν κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ, & κατὰ λόγον. Itaque eodem hæc modo ſum interpretatus, Viuere ex præſcripto pædagogi, & ex ratione. ὥσπερ γὰρ τὸν παῖδα δεῖ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ ζῆν, οὕτω τὸ ἐπιθυμητικὸν κατὰ τὸν λόγον. Itaque in primo libro quo loco diſſerit de ſententia illa Solonis, neminem dũ uiuat beatum eſſe, uerbum quod ζῆν repugnat maxime iungit cum illo, κατὰ λόγον, ut dicat bis eodẽ cap. τελευτᾶν κατὰ λόγον. Quoniã igitur eodẽ modo dici hoc quo illud arbitror, ſic uertendum putaui, τελευτᾶν κατὰ λόγον, Mori ſeu obire mortem ex ratione. Sunt qui putent illud κατὰ λόγον ualere idem quod, ſimiliter & eodem modo, duntaxat in hoc extremo: an rectè his licebit exiſtimare qui hæc legerint. Ego illud ſuperius magis approbo. Alio loco expoſui κατὰ λόγον τεθνάναι, obire mortẽ conuenienter rationi: & alio κατὰ τὸν λόγον ζῆν, conuenienter rationi uiuere, Ciceronis auctoritatẽ ſecutus, qui in lib. 3. de Finibus dicit, Conuenienter rationi & ſententiæ ſuæ dicere. quod uulgo dicimus, loqui ſecundũ quod cogitamus. Ergo hoc ſit præceptum generale, eas orationes Græcorũ in quibus κατὰ iũgitur cum accuſandi caſu, uel per ex præpoſitionem exprimendas eſſe, uel cum aduerbio cõgruẽter & conuenienter iũcto cum dandi caſu. F

At uero, &c.) Cum res duæ inter ſe contrariæ conferuntur, explicata & expoſita priore, Cicero in poſteriore cõparãda illud, At uero, ſæpe ſolet dicere. Quod tam crebrum eſt apud eum, ut non ſit opus exemplis probare. G

Qui rationi ſuas appetitiones obedientes efficiunt, τοῖς κατὰ λόγον τὰς ὀρέξεις ποιουμένοις καὶ πράττουσι.) Verba ſunt Ciceronis. 2. de Officijs, Alterum eſt, cohibere motus animi perturbatos, quos Græci πάθη nominant, appetitioneſque, quas illi ὁρμὰς, obedientes efficere rationi. Hoc etiam dicitur, rationi appetitum obedientem præbere. 1. de Officijs, Curandum eſt, ut cogitatione ad res quàm optimas utamur, rationi appetitum obedientem præbeamus.

CAP. IIII.

CONSTITIT quidem fere inter omnes, ὀνόματι μὲν οὖν σχεδὸν ὑπὸ τῶν πλείστων ὁμολογεῖται. Cicero. 5. de Finibus, Conſtitit autem fere inter omnes, id in quo prudentia uerſaretur, & quod aſſequi uellet, aptum & accommodatum naturæ eſſe oportere. Itaque puto legendũ eſſe. ὡμολόγηται. Quanquam hic locus aliter explicari poteſt, ac forte melius, Ac uerbo quidem fere omnes conueniunt. H

Quid autem ſit beatitudo, non conſtat, deq; eo eſt inter ipſos omnis diſſenſio, περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας τί ἐστιν, ἀμφισβητοῦσι.) Cicero. 5. de Finibus, Quid

A autē sit quod ita moueat, itáque à natura in primo ortu appetatur, nō cōstat, deq; eo est inter philosophos, cū summū bonū exquiritur, omnis dissēsio. Ἀμφισβητεῖν dissentire, & discrepare. Sed multo elegantius dixit Cicero quod protulimus quàm si dixisset dissentiunt.

Et omnes quidem exquirere sententias, Ἁπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς δό ξας) μὲν οὖν, Et quidem, Ac quidem, Atque quidē, interposito aliquo uerbo. Et tū in secunda parte orationis ponitur δὲ, quod semper autē ualet, aut tollendū est. Ac ijs uerbis & Graeci & Latini utūtur in trāsitionibus. i. cū paucis quae prius dicta sunt repetitis, quid deinceps dicēdū sit docemus. Vnū locū proferā Platonis ex Timaeo, quē conuertit Cicero in libro de uniuersitate. Ac Ciceronis primū, Atque illum quidē quasi parētē huius uniuersitatis inuenire difficile: & cum iā inueneris, indicare in uulgus, nefas. Plato sic, τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ

B παντὸς, εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας λέγειν ἀδύνατον. Quo loco notare debemus splendidā illā & elegantem orationem, λέγειν εἰς πάντας, dicere seu indicare in uulgus. Illud autem ἀδύνατον eū dixisse nefas, miror. sed habuit rationē nostrae orationis, aut fidei & assensionis hominum. Nā plures deos Atheniēses faciebāt & Romani. Sed ad alios locos ueniēdū est. Idē Cic. primo de Offic. Ac de primo quidē fonte diximus. de tribus autē reliquis latissime patet ea ratio qua societas hominū inter ipsos & uitae quasi cōmunitas cōtinetur. In eodē extremo, Atque haec quidem hactenus. In ipsa autē cōmunitate &c. Aristo. locū cōuertit eū qui in 8. extremo est huius operis. περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. ἐν ἁπάσαις δὲ ταῖς ἀνομοειδέσι φιλίαις τὸ ἀνάλογον σώζει, Atq; haec quidem hactenus. In omnibus autē diuersi generis amicitijs &c. Nā Cic. solet

C illud εἰρήσθω omittere in simili genere dicendi, & περὶ praetermisso, casum eius in nominandi mutat. In eodē enim libro dicit, Sed haec hactenus. Aristo. interdum non ponit in hoc genere οὕτω sed ἐπὶ. ut cap. 6. huius lib. 1. καὶ περὶ μὲν τούτων, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. πάλιν δ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν. Atque haec quidē hactenus. In caeteris generibus. i. quibus hic haec hoc nō ponūtur, Latini Graecos imitantur omnino. Cicero eodem lib. Ac de bellicis quidē officijs satis dictum est. Meminerimus autē & aduersum infimos iustitiā esse seruandā. Interdum Cicero quidē praetermittit, ut eodē lib. Atque haec in moribus cōsyderantur.

D De beneuolentia autem, quā quisque habeat erga nos, &c. Ibidem, Itaque ab his rebus quae sunt in iure societatis humanae, quēadmodū ducatur honestum, ex quo ortum est officiū, satis fere diximus. Intelligendum est autē, cū proposita sint genera quatuor &c. Quod etiam obseruat interim Aristo. ut in extremo huius operis. ταῦτ' οὖν ἡμῖν εἰρήσθω περὶ σωφροσύνης. Atque haec de tēperantia. In 10. τῶν μὲν οὖν τοιούτων ἅλις. τὰ δὲ εἰρημένα περὶ τῆς ἡδονῆς ἐπέλθωμεν.

Ex his omnibus intelligi potest, quantam diligentiam adhibuerit Cicero, ut Græcorum phrases exprimeret.

Contenti autem erimus, si utamur ijs potissimum, quæ præstāt, quæque forti & uirili utātur ratione & sententia, ἱκανὸν δὲ τοῖς μάλιστα ἐπιπολαζούσαις, ἢ δοκούσαις ἔχειν τινὰ λόγους.) Sic conuerti ex Ciceronis. 3. lib. Tusculanarum quæst. Sententijs tamen utendum est eorum potissimum, qui maxime forti, &, ut ita dicam, uirili utuntur ratione & sententia. Quod si ita est, ἔχειν τινὰ λόγον, dicetur, quod dicimus habere apparentiam.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Et duris optata tulit solatia rebus.
Fortunatus & ille, alium qui recta monentem
Audit, & inuentis ponit uestigia lætus.
Qui rebus non consulit ipse cadentibus ultro,
Inducitque animum uoces contemnere ueras:
Ille quidem inuisus diuis, & inutilis orbi est,
Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει,
φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω,
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ'' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Hos uersus Vergilius in. 2. Georgicon magna ex parte conuertit. primus totus & pars tertij ex eo lib. huc translatus est. Eustratius est in eadem sententia. Scribit enim his fere uerbis, explicans primum uersum, ἀκουσάτω τοῦ ἡσιόδου ἐπῶν ἐν οἷς ἄριστον μὲν λέγει τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ βέλτιστα εἰδότα καὶ αἱρούμενον. οὗτος δέ ἐστιν, ὁ ἔχων ἤδη ἀρχάς. i. Audiat Hesiodi carmina, quibus sapientissimum ait eum, qui ipse quæ optima sunt & intelligit & sequitur. hic autem rerū iā causas tenet. Eadem carmina cōuertit Cicero in oratione Cluentiana, & T. Liuius in 2. lib. de bello Punico secundo. uterq; prosa oratione. T. Liuius sic, Sæpe ego audiui, milites, eum primum esse uirum, qui ipse consulit quid in re sit. Secundum eum, qui bene monenti obediat. Qui nec ipse cōsulere nec alteri parere scit, eū extremi ingenij esse. His T. Liuius expressit Hesiodi sententiā. apud eūdem sequitur oratio, in qua dicit, inducere in animum, quod Hesiodus dicit, βάλλεσθαι ἐν θυμῷ. Nobis quoniam prima animi ingenijque negata sors est, secundam ac mediā teneamus: & dum imperare discimus, parere prudenti in animum inducamus. Hoc non fui dicturus, nisi quendam audiuissem, hominem sane eruditū, qui ἐμβάλλειν εἰς νοῦν cum orationem Demosthenis magna cum laude & celebritate interpretaretur, inijcere in animum exponeret. Sed ad rem reuertamur. Ciceronis hæc est interpretatio, Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit

A ipsi ueniat in mentem: proxime accedere illum qui alterius bene inuentis obtemperat. In stultitia, contrà est. Minus enim stultus est is, cui nihil in mentem uenit, quàm ille, qui quod stulte alteri uenit in mentem comprobat. Cicero diserte dicit, uenire in mentem, quod Hesiodus νοεῖν.

CAP. V.

NOS autem ad eã partẽ sermonis, ex qua egressi sumus, reuertamur, ἡμεῖς δὲ λέγωμεν ὅθεν παρεξέβημεν.) Cicero. 2. de legibus, Sed si uidetur, considamus hic in umbra, atque ad eam partem sermonis, ex qua egressi sumus, reuertamur. παρεκβαίνειν, egredi, quod Cicero etiam dicit. 1. de Officijs aberrare. ut aberrare à proposito, παρεκβαίνειν ἀπὸ τοῦ προκειμένου, ἢ σκοποῦ, ἢ προαιρέσεως.

Non sine causa, οὐκ ἀλόγως.

Ex uitæ genere uidentur existimare, ἐκ τῶν βίων ὑπολαμβάνειν.) Cicero
B in Salustiũ, Desine unumquenque moribus tuis existimare. Quo ego loco deesse ex puto.

Ac multitudo pecudũ uitã illã quidẽ sequi uidetur, sed causa ei est, ὅτι μὲν οὖν οἱ πολλοὶ, παντελῶς ἀνδραποδώδεις φαίνονται, βοσκημάτων βίον προαιρούμενοι. τυγχάνουσι δὲ λόγου) τυγχάνειν λόγου, quod dicimus uulgo habere rationẽ aut excusari. Nam hoc loco significat πρόφασιν, id est prætextum, causam, excusationem. Hoc dicit Aristoteles, quòd leuiora sunt peccata uulgi, cum exemplo suo principes populum inficiunt. Cicero primo de Finibus, Præsertim cum nulla sit causa peccandi. προαιρεῖσθαι βίον, sequi uitam aliquam, deligere uitæ genus, sequi uitæ cursum. tot enim modis Cicero dicit hoc ipsum. 1. de Officijs, quo loco de deligendo genere uitæ disserit. Hoc loco possem illustre dicendi genus ostende-
C re quod Cicero est à Græcis mutuatus, sed alius mihi est ad id constitutus locus.

Qui principatu & potestate ualent, τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις.) Breuitas est Græci sermonis, οἱ ἐν ταῖς ἐξουσίαις, οἱ ἐν ἀξιώμασι.) quo genere utitur in 4. huius operis. Ac mihi quidem non uidentur hæc genera dicendi aliud significare, quàm illud quod ipse dicit in 8. οἱ τὰς ἀρχὰς καὶ δυναστείας κεκτημένοι. quod Cicero dicit in lib. de amicitia, qui principatu & potestate excellũt: alibi, ualet: aliâs præditi sunt. aliâs, consecuti sunt, & adepti.

Eisdem libidinibus, quibus Sardanapalus, constricti tenentur, ὁμοιοπαθεῖν Σαρδαναπάλῳ.) Cicero 3. de Legibus, Quis non frangeret eorum libidines, ni
D si illi ipsi qui eas frangere deberent, eisdem tenerentur? Hoc enim mihi uerbum ὁμοιοπαθεῖν hoc loco id uidetur significare. Nã si sic dicamus, idem accidere quod Sardanapalo, rem non significabimus, quoniam πάσχειν significat interdum esse in perturbatione. hinc πάθος motus animi nimius rationi cõtrarius, quam perturbationem licet dicere, cum Cicerone: nunquam passionem, si Latinè loqui uelimus.

Iiq; omnes, quorum uita omnis in actione rerum uersatur, οἱ πρακτικοί.) Su- E
pra docui hoc uerbũ sic à Cicerone conuerti solitum. Id quod ex eo intelligi potest, quod cum principio huius capitis tres uitæ degendæ rationes proposuerit, τὸν ἀπολαυστικὸν, πολιτικὸν καὶ θεωρητικὸν βίον. i. ociosum uitæ genus, ciuile & quod in actione uersatur, & in rerum cognitione & contemplatione: iam inde cœpit exponere qui homines quæ uitæ genera ingredi solerent. Itaque τὸν πολιτικὸν βίον nunc dicit τοὺς πρακτικοὺς sequi. Quanquam forte οἱ πρακτικοὶ dici possunt hoc loco quos Cicero. 1. de Officijs, multis uerbis dicit, Sed ijs qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus sunt, & gerenda resp. est, φύσει πρακτικοί. Ibidem eum puto dicere ociosos & quietos, quos Græci dicunt θεωρητικούς. Multi autem & sunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes, à negociis publicis se F
remouerunt, ad ociumque profugerunt. In his & nobilissimi philosophi longéque principes & quidam homines seueri & graues, nec populi, nec principum mores ferre potuerũt. Paulo post, Quare cum hoc commune sit potentiæ cupidorum cum ijs quos dixi ociosos: alteri se adipisci id posse arbitrãtur, si opes magnas habeant: alteri si contenti sint & suo, & paruo. In quo quidem neutrorum omnino contemnenda sentẽtia est. Sed & facilior & tutior, & minus alijs grauis & molesta uita est ociosorum. fructuosior autem hominum generi & ad claritatem amplitudinemq; aptior eorũ, qui se ad remp. & ad magnas res gerendas accommodarunt. His uerbis aliisque sequẽtibus comparat, mea quidem sententia, τοὺς πρακτικοὺς G
πρὸς τοὺς θεωρητικοὺς καὶ ἀπολαυστικοὺς ἢ ἀπράκτους. Hoc etiã facilius perspici potest ex eo loco qui scriptus est. 5. de Finibus, his uerbis, Vitæ autẽ degendæ ratio maxime quidẽ illis placuit quieta in cõtemplatione & cognitione posita rerũ.

Vt opinionẽ afferant alijs se esse probos, ἵνα πιστεύωσιν αὐτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι) πιστεύειν, opinionem afferre dixit Cicero, ni fallor, 2. de Officijs his uerbis, Facillimè autem & in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapientes & bene consulentes uiros reip. contulerunt: quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum fore se similes. Plato in Epitaphio totidẽ uerbis idem exprimit, quot Cicero ὑπόληψιν παρέχουσιν.

Itaque coli afficique honore à prudentibus uolunt, & à notis, idque propter uirtutem, ζητοῦσι γοῦν ὑπὸ τῶν φρονίμων, καὶ παρ' οἷς γινώσκονται, καὶ ἐπ' ἀ- H
ρετῇ. Non est, puto, quòd doceam, τὸ ζητεῖν non semper quærere, debere dici, id quod hoc loco sermo Latinus, quanuis gallicus, non pateretur, sed interdum studere, aliâs cupere, aliâs uelle. Proferam hoc loco uerba Ciceronis ex 3. de Finibus, qui ad huius imitationem proxime uidetur accedere: Qui autem post eos fuerunt, cum Carneadem sustinere non possent, hanc quã dixi bonam famam, ipsam propter se propositam & sumendam esse dixerunt: esséque hominis ingenui &

A liberaliter educati, uelle bene audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam uiris: idque propter rem ipsam, non propter usum. Quo loco uelle dixit, quod hic Aristo. ζητεῖν.

Horum quidem ratione & iudicio, κατά γε τούτους.) Cicero. 1. de natura deorum extremo, Sed doceo deos uestros esse uoluptatis expertes: ita uestro iudicio ne beatos quidem. i. καθ' ὑμᾶς.

Qui uirtute sit præditus, ἔχοντα τὴν ἀρετήν.) Aristoteles sic semper, ut in 3. huius operis. cap. 9. ὅσῳ ἂν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν, καὶ εὐδαιμονέστερος ᾖ, μᾶλλον ἐπὶ τῷ θανάτῳ λυπήσεται, Atque idem quo maioribus uirtutibus omnibus instructus ornatusque est, quoq; beatior, eo molestius
B mortem acerbiusque perferet. Et in cap. ultimo huius operis, οὐδὲ δὴ περὶ ἀρετῆς ἱκανὸν τὸ εἰδέναι, ἀλλ' ἔχειν καὶ χρῆσθαι πειρατέον. Cicero imitatus est phrasim hanc Græcorum aliquot locis: ut 5. de Finibus, Prioris generis est docilitas, memoria, quæ fere omnia appellantur uno ingenij nomine: easq; uirtutes qui habent, ingeniosi uocantur. Et 2. de Officijs, Sed ne quis sit miratus, cur cum inter omnes Philosophos cōstet, à meq; ipso sæpe disputatum sit, qui unam haberet, omnes habere uirtutes, &c. Sæpius autem illud ἔχειν τὴν ἀρετὴν dicit, esse uirtutem in aliquo. Quod ita crebrum est, ut nihil attineat ullis exemplis illustrare & aperire. Aliquot tamen locos proferam, quo consulam omnibus. 2. de Officijs, Idcirco illos in quibus eas uirtutes esse remur, à natura ipsa diligere cogimur.
C Illud idem Cicero dicit, compotem esse uirtutis, in. 5. Tuscul. quæst. Hic igitur si est excultus, & si eius acies ita curata est, ut ne cæcetur erroribus: fit perfecta mens. i. absoluta ratio, quæ est idē quod uirtus. Et si omne beatū est cui nihil deest, & quod in suo genere expletū atque cumulatum est, idque est uirtutis proprium: certè omnes uirtutis compotes, sunt beati, πάντες ἔχοντες τὴν ἀρετὴν, εὐδαίμονες. aut potius in singulari, πᾶς ἔχων τὴν ἀρετὴν εὐδαίμων. Idem 5. de Finibus, An si id probas, ita fieri posse negas, ut hi qui uirtutis cōpotes sint, etiam malis quibusdam affecti, beati sint? Quāquam hæc commodius & magis ad uerbū dicit μεταλαμβάνοντας ἀρετῆς, postremo capite huius operis. Loca protuli suprà, cum de illo ἀγαπητὸν dicerē. Illa ratio multo splendidior, & illu-
D strior 5. Tusc. Quos dicam bonos, perspicuum est. Omnibus enim uirtutibus instructos, & ornatos, tum uiros bonos dicimus. Supra hoc dixit Aristo. τὴν ἀρετὴν ἔχειν πᾶσαν. Ita sæpe animaduerti Ciceronem plurali numero dicere, quod Græci dicūt singulari. Et quoniā generalē transferēdi rationē à Cic. traditā persequi, quātū potero, institui: hoc etiā uerbū quibus modis in alijs rebus trāsferatur libet ostēdere. Arist. quidē dicit, ἔχειν τἀγαθὰ πάντα 8 huius operis cap. 1. ἄνευ γὰρ φίλων οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα. Et. 9. c. noni. οὐδεὶς δ' ἕλοιτ' ἂν καθ' αὑτὸν τὰ πάντ' ἔχειν ἀγαθά. Videamus nūc quō id Cic. dixerit aut potius cōuerterit. Scripsit in lib. de Amic. Nā qs est

(proh deûm fidem atque hominum) qui uelit, ut ne diligat quenquam, nec ipse ab E
ullo diligatur, circunfluere omnibus copijs, atque in omni rerum abundantia uiue-
re? Vide quàm hic dilatauerit illud ἄνευ φίλων. illud autem, ἕλοιτ᾽ ἄν, dixe-
rit, uelit. quod est secūdus Aoristus optatiui αἱρεῖσθαι. Nā illud ἔχειν πάντ᾽ ἀγα-
θά, quàm fuißet durum, si dixisset, omnia bona habere. Simile est fere illud, quod
est 1. de Officijs extremo, Idque hoc argumento confirmari potest, quòd si contige-
rit ea uita sapienti, ut omnium rerum affluentibus copijs ditetur, quāuis omnia
quæ cognitione digna sunt, summo ocio secum ipse cōsyderet & contempletur, ta-
men si solitudo tāta sit, ut hominē uidere nō possit, excedat è uita. Interdū in hoc
genere utitur uerbo habendi & boni. 5. Tuscul. quæst. Qualia igitur ista bona
sunt, quæ qui habeat miserrimus eße poßit? Aristote. 4. huius operis ὑπερόπται F
δὲ καὶ ὑβρισταὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα ἔχοντες ἀγαθὰ, γίγνονται, Contēnunt, con-
tumeliosique sunt ij etiā qui his bonis abundant. Sic enim paulo antè Cicero dixe-
rat, Non sunt igitur ea bona dicenda, quibus abundantem licet esse miserrimum.

Græci hoc etiam exprimunt τὸ ὑπάρχειν. Aristot. 4. huius operis libro. ᾧ δ᾽
ἄμφω ὑπάρχει, μᾶλλον ἀξιοῦται τιμῆς, tamē cui utrumque adsit, uel insit, uel
suppetat, is nescio quo pacto maiorem laudem & gloriam meretur. Nam hoc ge-
nus Cicero exprimit uel ineße, uel eße, uel adeße. quæ ad illud ἔχειν transferri
eadem poßunt: præter adeße. & illud inesse aliquando & ingenerari, ad Græcū
ἐγγίνεσθαι accommodatur: illud uero adesse, ad παραγίνεσθαι. quorum utrū-
que cōparari dicitur, dari & tribui & attribui: & ingigni & innasci. Aristotel. 1.
cap. secundi libri huius operis, ἐξ οὗ καὶ δῆλον, ὅτι οὐδὲ μία τῶν ἠθικῶν ἀρε- G
τῶν φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται. Ex quo perspicitur, nullam uirtutem earum quæ
more perfectæ sunt, nobis ingeneratā esse natura, aut tributam. Eodem uerbo eo-
dem etiam capite utitur. Ibidem etiam utitur τὸ παραγίνεσθαι. ἔτι ὅσα μὲν
φύσει ἡμῖν παραγίνεται, τὰς δυνάμεις τούτων πρότερον κομιζόμεθα,
Iam quæ nobis à natura tributa sunt, eorum omnium primum facultates percipi-
mus. Eodem uerbo utitur. cap. 9. huius libri. ὅθεν καὶ ἀπορεῖται, πότερόν ἐστι
μαθητὸν, ἢ ἐθιστὸν, ἢ ἄλλως πως ἀσκητὸν, ἢ κατά τινα θείαν μοῖραν,
ἢ καὶ διὰ τύχην παραγίνεται. Quem locum maxima ex parte. 5. de Finibus
Cicero cōuertit, De hominum genere, aut omnino de animalium loquor, cum arbo- H
rum & stirpium eadem penè natura sit, siue ut doctissimis uiris uisum est, maior
aliqua causa atque diuinior hanc uim ingenuit, siue hoc ita sit fortuitò. Hoc ades-
se dicit. 1. Academic. quæst. Cúmque illi ea genera uirtutum quæ supra dixi, se-
iungi posse arbitrarentur, hic nec id ullo modo fieri posse disserebat: nec uirtutis
usum, ut superiores, sed ipsum habitum per se esse præclarum, nec tamen uirtutem
cuiquam adesse, quin ea semper uteretur. Quāquam hic locus uidetur illum supe-
riorem Aristote. explicare, ἔχειν τὴν ἀρετὴν καὶ χρῆσθαι πειρατέον. i. enitē-

A tendum est, ut non solum uirtus adsit nobis, sed ea etiam utamur. Idem. 1. de Officijs, Principio generi animātium omni est à natura tributum, ut se, uitā, corpusque tueatur. i. πρῶτον μὲν οὖν παντὶ ζώῳ φύσει ὑπάρχει ἢ παραγίνεται, ἢ ἐγγίνεται. Et 1. Tuscul. quæst. Natura inest mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas ueri uisendi. Superius autem genus Cicero dicit interdum adipisci uirtutem, uelut. 1. de natura deorū, Nihil est enim uirtute amabilius. quam qui adeptus erit, ubicunque erit gentium à nobis diligetur. Et. 2. de Officijs. Si existimabimur adepti coniunctam cum iustitia prudentiam. quāquam hoc uidetur Græce dici potius τυγχάνειν τῆς ἀρετῆς. Est etiam illud genus dicendi quo hunc locum expressimus, frequens apud Ciceronem, uirtute esse præditum. ut 1. de Legibus, Ex quo B perspicitur, cum hāc beneuolentiam tam longe lateq; diffusam uir sapiens in aliquem pari uirtute præditum contulerit, tum illud effici, quod quibusdam incredibile uideatur. sitque necessarium, ut nihilo sese plus quàm alterum diligat. Et 4. de Finibus, Si enim uirtus digna est gloriatione, ut est, tantūq; præstat cæteris rebus, ut dici uix possit: & beatus esse poterit uirtute una præditus, carens cæteris, id est, ἔχων μίαν ἀρετὴν εὐδαίμων ἂν εἴη.

In uita, διὰ βίου.)

Nihil agat, ἀπρακτεῖν.)

Et præterea, καὶ πρὸς τούτοις.)

C Maximis in malis miserijsq; uersetur, κακοπαθεῖν καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα) κακοπαθεῖν sed κακοπάσχειν esse in malis, seu uersari. Ἀτυχεῖν, in miserijs calamitatibusque uersari & esse. + forte legendum est seu ·/

Nam quæ uita in pecunijs congerendis occupata est, uim desyderat ad se parandam & tuendam, ὁ δὲ χρηματιστὴς βίαιός τίς ἐστι.) Βίαιον βίον hoc loco omnes dicunt uiolentā uitā. sed id adeo obscurum est, ut uix intelligi queat. Itaque pluribus id uerbis malui dicere, quo facilius intelligeretur. Eustratius enim sic τὸν βίον βίαιον explicat. Eius Græca uerba subieci. Λέγει τοίνυν καὶ περὶ τούτου ἐπὶ βραχὺ, χρηματιστικὸν μὲν ὀνομάζων βίον τὸν περὶ κτῆσιν χρημάτων σπουδάζοντα: βίαιον δὲ ὅτι ἡ βία ἐνδείκνυται πρὸς τὸ κτήσασθαι τὸ ζητούμενον. i. Dicit ergo etiam de hac re pauca, cum pecuniariā uitam nomi-D nat eam, quæ tota posita est in parandis pecunijs: quam eandem uiolentam appellat, quòd uim significet desyderari ad id parandum, in quo uersetur. Aristoteles ipse in primo de Rep. multa de hoc uitæ genere disserit.

In ijs libris quos ἐγκυκλίους inscripsimus, ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις.) Qui sint libri quos ἐγκυκλίους inscripserit, Eustratius docet. Ait enim, carmina quædam Aristotelem edidisse de beata uita, quorum idem erat principium, & finis, & propterea ἐγκύκλια inscripta. Apud A. Gellium quidem lib. uigesimo capit. 3. reperi librum inscriptum προβλήματα ἐγκύκλια. Verba eius proferam, Eum

adolescentem Taurus à sodalitatibus conuictuq; hominum scenicorum abducere E uolens, misit ei uerba ex Aristolis libro exscripta qui προβλήματα ἐγκύκλια inscriptus est. iussit ut ea quotidie lectitaret. Ex quibus uerbis intelligi potest libros eos, qui hodie problemata inscripti sunt Aristotelis, in iis esse qui ἐγκύκλιοι inscribuntur, eosque ætate Gellij ita inscriptos fuisse. Eustratius negat, à se lecta ἐγκύκλια de quibus alij scripsissent suis libris. Quod cum ita sit, iam ætate Eustratij hæc sublata erat inscriptio. Quam quoniam ne nostra quidem ætate retinēt, hortor omnes qui po sthac eos imprimendos curabunt, eam restitutam uelint. Problema autem quod Gellius profert, positum est in sectione ea qua de ijs disserit, quæ ad prudentiam, mentem, & sapientiam pertinent. Qui locos Gellij Græcos interpretatus est, προβλήματα ἐγκύκλια appellat quæstiones circulares, non uim rationemq; uerbi huius spectans, sed potius illarum quæstionum, quæ in utran F que partem disputantur. Idem sentit de ijs libris Eustratius. Ait enim quòd ea carmina eodem desinant unde initium sumptum sit, idcirco ἐγκύκλια nominata. Quanto deterius Argyropylus, qui ἐγκύκλια dicit conuersiones. quanto uero inscitius alius, qui gymnasticas exercitationes nominat. Malui ego Græcū uerbum usurpare, quod idem feci extremo hoc primo libro, cum secutus authoritatem Ciceronis ἐξωτερικοὺς libros dixi, non extrarios, non externos, non extrinsecos, ut alij interpretes Aristotelis & Gellij. Ex hoc autem loco quem interpretamur, facile intellectu est, non sola problemata, ἐγκύκλια inscribi, quoniam nomen ipsum adhibuisset. Gellius quidem eo libro, cuius modo mentionem feci, Aristotelem confirmat omnes suos libros duobus his uerbis inscripsisse: alios ἀκροαματικοὺς, a= G lios ἐξωτερικούς. Quid autem illis libris traderet, exponit his fere uerbis, ἐξωτερικὰ dicebantur, quæ ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, ciuiliumque rerum notitiam conducebant: ἀκροαματικὰ autem, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur, quæque ad naturæ contemplationes disceptationesue dialecticas pertinebāt. Cicero etiā author est, duo esse genera librorum ab eo edita. Verba eius quinto lib. de Finibus posui, De summo autem bono quia duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant, alterum limatius, quod in commentarijs reliquerunt, non semper idem dicere uidentur. Cicero ergo & Gellius, cum de genere librornm idem sentiant, par H est intelligi, quod Cicero appellat limatius, id esse genus quod ἀκροαματικὸν Gellius nominet, in quo nos genere ἐγκύκλιον numerabimus. Atque ut quid ego de ui horum uocabulorum sentiam, dicam, ἐξωτερικοὶ mihi uidentur dicti libri ab Aristotele, quorum cognitionem omnibus patere uoluisset, quasi extra parietes priuatos essent ad omnes prodituri. ἐγκύκλιοι autem ij, qui ita obscuri erant, ut etiam si editi essent, tamen non editi uiderentur, quasi intra priuatos parietes manerent, propter obscuritatem. quod ipse Aristoteles in epistola ad Alexandrum scribit.

A Itaque Gellius eo quem dixi libro, omnes dicit ab eo admißos iuuenes sine delectu ad ἐξωτερικὰ: ad ἀκροαματικὰ non item. Eustratius dissentit à Gellio, non de genere quidem librorum, sed ratione uocabulorum. ἀκροαματικὰ enim dicit appellata quæ tradebat paßim quibusuis. Gellius contrà, disciplinam ad quam temere admittebat neminen, nisi quorum antè ingenium & eruditionis elementa, atque in discendo studium laboremque explorasset. ἐξωτερικὰ autem appellata dicit, quòd ἔξω τῆς κοινῆς ἀκροάσεως, id est, non paßim nec uulgo traderentur. Gellius, quòd uulgo iuuenibus sine in delectu daret. Gellius sentit idem quod Cicero, & certè Alexandri epistola ad Aristotelem hoc ipsum B uidetur indicare.

In ijs potius quæ supra dicta sunt, finē ultimumque bonorum licet putare, μᾶλλον τὰ πρότερον λεχθέντα τέλη τις ἂν ὑπολάβοι.) hoc genus dicendi frequens est apud Græcos. quod si uerbum ex uerbo exprimamus, dicemus quis putauerit, aut putare poßit. Animaduerti hanc phrasim aliter à Cicerone transferri solitam, ut in lib. de amicitia, Est enim boni uiri, quem eundem sapientem licet dicere, hæc duo tenere in amicitia. Et. 1. de Officijs, Et huic coniuncta est beneficentia, quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellari licet. Ibidem, Licet ora ipsa cernere iratorum. Aristote. 8. huius operis, ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐν ταῖς πλάναις, ὡς οἰκεῖον ἅπας ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ φίλον. i. Cernere autem licet C etiam in erroribus: quàm sit homo homini coniunctus & charus.

CAP. VI.

VNIVERSVM bonum, τὸ δὲ καθόλου.) Quoniam hoc uerbum in philosophia usitatum est, nec adhuc à quoquam rectè translatum, & à Cic. nūquā uniuersale, à uarrone semel dictū est, hoc loco tradere & exponere decreui, quo uerbo à Cicerone exprimatur. Quod ita faciā, si antè pauca de ratione huius uocabuli dixero. τὸ καθόλου, neutrum est fere, nec per casus inflectitur. dicitur autem ἀπὸ τοῦ κατὰ & ὅλου, de cuius significatione mox disseremus. quod uerbū ex uerbo exprimentes, totum simul dicere poßumus. Itaq; Latine dici debet uniuersus. sa. sum, quasi complectens uel complexus omnia. Quocirca Cicero interdum id dicit summā, uelut. 2. de Finibus, Quoniā igitur omnis sum D ma philosophiæ ad beate uiuendum refertur, idque unum expetentes, se ad hoc studium contulerunt &c. Omnis summa philosophiæ. i. τὸ καθόλου φιλοσοφίας: aut ὅλη φιλοσοφία. Et 4. de Finibus, Atqui si ut conuenire debet inter nos, est quædam appetitio naturalis &c. eorum omnium est aliqua summa facienda. Hoc ibidē perspicere licet, his uerbis, sed multo euidentius, Nam omnia quæ sumenda queq; legenda aut optanda sunt, inesse debent in summa bonorum δεῖ τὸ καθόλου ὑπάρχειν. Summam enim bonorum Ciceronē appellare, τὸ καθόλου, hoc satis argumenti est, quòd cum Aristoteles instituat his libris quærere quid sit

ſummum bonum & in quo ponatur, principio huius capitis pro ſummo bono, E
τὸ καθόλου ſimpliciter dixit. Nec me fugit κεφαλαίωσιν ſummam dici. Aliâs τὸ
καθόλου dicitur uniuerſum genus, & totum genus, à Cicerone, cui opponitur τὰ
καθ' ἕκαστα. i. res ſingulæ. Hinc ὁ περὶ τοῦ καθόλου λόγος, καὶ ὁ περὶ τῶν καθ'
ἕκαστα λόγος. i. oratio quæ de genere toto ſuſcipitur uel habetur, & quæ de re-
bus ſingulis. Proferam primum Græca deinde Latina. Ariſtote. 2. huius operis,
τοιούτου δ' ὄντος περὶ τοῦ καθόλου λόγου, ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκα-
στα λόγος οὐκ ἔχει τἀκριβές. Cicero 2. de Officijs lib. Mihi autem hæc oratio
ſuſcepta nō de te eſt, ſed de genere toto. Ex hoc uno loco uel facillime intelligi po-
teſt quod diximus. Nam quod dixit, oratio de genere toto ſuſcepta eſt, id ſignificat
quod ſupra Ariſtote. dixit, ὁ περὶ τοῦ καθόλου λόγος. Et oratio de te, quoniā
filius Ciceronis erat, καθ' ἕκαστα. i. κατὰ μέρος, indicat id quod ille idem di- F
xit, ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος. Nam τὰ καθ' ἕκαστα dici res ſingulas uel il
le locus declarat Cice. 3. Tuſcul. quæſt. ex quo eodem, τὸ καθόλου appellari uni-
uerſum intelligi poteſt, Et tamē ut medici toto corpore curando minimæ etiā parti
ſi condoluit medentur: ſic philoſophia, cū uniuerſam ægritudinem ſuſtulerit, tamen
ſi quis error aliunde extitit &c. tum ſequitur, & ſi ſingularum rerum ſunt pro-
priæ conſolationes. i. κἂν ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα. Hodie paßim philoſophi uocant ſin-
gularia, & uniuerſalia, quæ dici debent res ſingulæ & uniuerſæ. Quanquam mi-
hi quidem dubium non eſt, quin quod Cicero ſuprà dixit, uniuerſam ægritudinem,
dici poßit rectè ὅλην λύπην. ὅλος enim interdum uniuerſus dicitur. Ari-
ſto. 5. huius operis lib. cap. 1. αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη, οὐ μέρος ἀρετῆς, G
ἀλλὰ ὅλη ἀρετή ἐστι. i. uniuerſa uirtus. Cice. 1. de legibus, Nam ſi opinione uni-
uerſa uirtus, eadem eius etiam partes probarentur. Quo loco dicit uniuerſam uir-
tutem, generalem: & partes, eius quas barbari uocant particulares uirtutes, quæ
Græce dicuntur αἱ κατὰ μέρος ἀρεταί, ut ὅλη ἀρετή. Cicero 1. de Officijs,
mihi uidetur τὸ ὅλον dicere generale, & τὸ κατὰ μέρος ἢ τὸ ἐν μέρει. quod
pertinet ad ſingulas partes, ſeu quod generali ſubiectum eſt, ſeu generi. Scribit e-
nim his uerbis quo loco de decoro diſſerit: Eſt autem eius deſcriptio duplex.
Nam & generale quoddam decorum intelligimus quod in honeſtate omni uer
ſatur: & aliud huic ſubiectum, quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis. H
Et paulo poſt, Quæ autem pars ſubiecta eſt eius generi, eam ſic definiunt, ut id de
corum uelint eſſe, quod ita naturæ conſentaneum ſit, ut in eo moderatio & tempe-
rantia appareat. Itaque quod ſuprà Ariſtotelis protuli, poteſt rectè dici genera-
le. ὅλη δικαιοσύνη, generalis iuſtitia: & quod 2. cap. 5. huius dicit, τὴν ἐν μέ-
ρει ἀρετῆς δικαιοσύνην, iuſtitiam quæ ad unā partē uirtutis pertinet, aut quæ eius
generi ſubiecta eſt, & τὴν κατὰ μέρος ἀδικίαν, iniuſtitiā quæ pars ſubiecta
eſt eius generi. Cice. ſic maluit uocare quàm ſpeciale decorū, aut particulare. uer-

A *ba sunt Aristotel.* (ζητοῦμεν δέ γε τὴν ἐν μέρει ἀρετῆς δικαιοσύνην, ἔστι γάρ τις ὥς φαμεν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀδικίας τῆς κατὰ μέρος. ὅλως *etiam totus dicitur, in eodem genere quo superiora. Cice. 5. de Finibus, Stoici restant. hi quidem non unam aliquam, aut alteram à nobis, sed totam ad se transtulerunt. i.* ὅλην φιλοσοφίαν.

Existit quæstio, γιγνομένης ζητήσεως.) *Sic Cice. de Amicitia, Existit autem hoc loco quædam quæstio subdifficilis, nunquando amici noui digni amicitia ueteribus sunt anteponendi. Simile est quod ait Arist. hoc ipso cap.* τοῖς δὲ λεχθεῖσιν ἀμφισβητησίς τις ὑποφαίνεται.

B *Quid induxerunt,* διὰ τὸ εἰσαγαγεῖν τὰ εἴδη.) *paulo post dicit,* κομίσαντες, *qui inuexerunt. Hæc duo uerba propria sunt in hoc genere. Sicq; Cicero interpretatur, ut 1. de Officijs, Qui autem parti ciuiũ consulunt, partem negligunt, rem perniciosißimam in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam.*

Ideas. i. species, τὰ εἴδη.) *Et paulo post,* ἰδέας. *Cicero quid sit Idea, quiq; Latinè dicatur docet. 1. Acad. quæst. lib. his uerbis, Mentem uolebant esse rerũ iudicem: solam censebant idoneam, cui crederetur, quia sola cerneret id quod semper esset simplex & unius modi & tale quale esset. Hanc illi ideam appellabãt, iam à Platone ita appellatam, nos recte speciem poßumus dicere. Et paulo post, Aristoteles, inquit, primus species quas paulo ante dixisti, labefactauit, quas mirifice Plato erat amplexatus, ut in his quiddam diuinum esse diceret.*

C *Pluris æstimare ueritatem,* προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν.)

At bonũ & in substãtia dicitur, & in qualitate, & ĩ ijs quæ cũ aliquo cõstrũtur Categoriæ.
τὸ δὲ ἀγαθὸν λέγεται καὶ ἐν τῷ τί ἐστι, καὶ ἐν τῷ ποιῷ, καὶ ἐν τῷ πρός τι.) *Quoniã hoc loco quædã prædicamenta quæ uocant, nominat, uolo quid de eorũ nominibus sentiam dicere. Prima Categoria est (malo enim sic dicere quàm prædicamẽtum) quod hic appellat* τί ἐστι, *& quod paulo post,* οὐσίαν. *Hanc omnes dicunt substantiam hodie. Quintilianus eßentiam de sententia Flauij uocat tertio lib. cap. 7. quo nomina imponit his decem de quibus agimus elementis. Ac primum Aristoteles elementa decem constituit, circa quæ uersari uideatur omnis quæstio.* οὐσίαν, *quam Flauius eßentiam uocat, nec sanè aliud est eius nomen Latinum: sed ea quæ-*
D *ritur an sit. Qualitatem, cuius apertus intellectus est. Quãtitatem, quæ dupliciter à posterioribus diuisa est, quàm magnum & quàm multum sit. Ad aliquid, unde ductæ translatio & comparatio. Posthæc, ubi, & quando, deinde facere, pati, habere, quod est quasi armatum eße & uestitum eße. nouißime* συγκεῖσθαι, *quod est compositum esse quodam modo, ut calefacere, stare, irasci.* In Quintil. *Miror equidem quid uenerit in mentem Quintiliano, nullum aliud esse nomen Latinũ quod* οὐσίαν *exprimat, præsertim cum multis id locis à Cicerone dici naturã animaduerterit. Ego cum prope innumeros proferre poßim, paucis ero contentus. Ac illum primum*

qui est apud eum in.1.Tuscul.quæst.ex quo id adeo perspicuũ erit,ut nemo negare posit. Quod enim omnes dicunt Aristotelem inuenisse quintam essentiam, ille naturã appellat his uerbis, Aristo.bis omnibus(Platonem semper excipio)præstãs & ingenio & diligẽtia,cũ quatuor nota illa genera principiorum eßet complexus è quibus omnia orirentur, quintam quandã naturã censet eße,è qua sit mens. Idẽ 2.de natura deorum,Onmem enim naturam neceße est,quæ non solitaria sit neque simplex,sed cum alio iuncta atque cõnexa,habere aliquem in se principatum, ut in homine mentem,in bellua quiddam simile mentis,unde oriantur rerum appetitus.Et paulo post, Atque ex hoc quoque intelligi poterit,in eo inesse intelligentiã,quòd est mundus certe melior,quàm ulla natura. Ibidem locis prope infinitis licet idem uocabulum cernere pro ὀυσία non pro φύσει usurpari. Nec hoc quidẽ D. Augustinus ignorauit,qui principio. 2.libri de moribus Manichæorum nostram confirmat opinionem,his uerbis, Nam & ipsa natura nihil est aliud, quàm id quod intelligitur in suo genere aliquid esse. Itaque ut nos iam nouo nomine ab eo quod est esse, uocamus essentiam,quam plerunque substantiam etiam nominamus:ita ueteres qui hæc nomina non habebant, pro eßentia & substantia naturam uocabant.Ex his D. Augustini uerbis facile perspicitur hoc quod probatum, & confirmatum eße uolumus,ut iam id negare liceat nemini, quod forte inuolutũ & obscurum antea uidebatur. τὸ ὄν etiam,naturam Latini dici poße aut potius debere nemo est mediocriter doctus duntaxat qui non pertinaciter suam sententiam defendere uelit, quin intelligat. Atque utinam idem in cæteris quoque summis generibus præstare & efficere poßim,aut Cicero parẽs ille & ãplificator sermonis Latini quosdam locos nobis reliquisset, unde quasi ex thesauro eruere & quasi proferre has opes linguæ Latinæ poßemus, quo esset copiosior. Qualitatem quidem & qualia apud eum dici animaduertimus, in.1.Academic. quæst. his uerbis, Qualitates igitur appellaui quas ποιότητας Græci uocant,quod ipsum apud Græcos non est uulgi uerbum, sed philosophorum, atque id in multis. Et paulo post,Et cum ita moueatur illa uis quàm qualitatem eße dicimus,& cum sic ultro citroq; uersetur:& materiã ipsam totam penitus commutari putant,& illa effici quæ appellant qualia.De quantitate,non est dubium quin si opus fuisset, ita transtulisset τὴν ποσότητα,ut τὴν ποιότητα transtulit:itẽq; πόσα quanta,ut ποῖα qualia.Itaque ijs uerbis non est quòd uti uereamur. De ea uero categoria quæ πρός τι uocatur,illud certe ad aliquid mihi non placet, nec sermo Latinus est cum dicimus,hæc nomina sunt ad aliquid. Quo ergo uerbo utendum censes;dicet aliquis? Equidem iam eo utendum censeo,quo Cicero usus est.quod ipsum antè quàm apud eum inuenissem,altero utebar non admodum dissimili. Cum enim uim & naturam uerbi diligenter consyderarem, illúdque ad aliquid ut barba-

A rum repudiarem & fugerem: ea quæ ad aliquid referuntur, cœpi dicere. Sed Ciceronianū quod omnes iā auent audire, subiūgam. Hæc sunt eius uerba ex Topicorum libro, Nam alia quoque sunt contrariorum genera. uelut ea quæ cum aliquo conferuntur, ut duplum, simplum: multa, pauca: longum, breue: maius, minus. τὰ πρός τι.

Naturæ ordine priora, πρότερον τῇ φύσει.) Sic Cicero in Topicis, Inueniendi uerò artem, quæ Topice dicitur, quæ ad usum potior erat, & ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt. Dicamus igitur eodem modo, temporis ordine & serie prius, auctore Cicerone, quod dicitur Græce πρότερον τῷ χρόνῳ. & si qua sunt generis eiusdem. ut τὸ ὕστερον τῇ φύσει ἢ χρόνῳ, ἢ κατὰ χρόνον.

Siquidem in ipsum hominem & in hominem una eademque ualet hominis de-
B finitio, εἴπερ ἕν τε αὐτῷ ἀνθρώπῳ καὶ ἀνθρώπῳ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν ὁ τοῦ ἀνθρώπου. Cicero. 1. de legibus, Ita quæcunque est hominis definitio, una in omnes ualet. Nam τὸ εἶναι hoc loco efficere idem quod ualere ex eo intelligi potest, quòd illam phrasim sermo Latinus respuit. Vna eademque definitio est in homine & in ipso homine. Nisi forte ita hic locus explicandus est, una eademque hominis definitio ipsum hominem & hominem continet. quod idem ualet. Cicero ibidem deinceps, Quod argumenti satis est, nullam dissimilitudinem esse in genere. quæ si esset, non omnes una definitio contineret. Alias interpretationes huius uerbi alibi idoneo loco trademus.

Neque enim quia homo sit, aliquid inter eos interest, ᾗ γὰρ ἄνθρωπος, οὐδὲν διοίσουσι.) Genus dicendi hodie inusitatum, & tamen à Cicerone sæpe usur-
C patum, hic instituí tradere. ᾗ particulam alij quo, alij quatenus interpretantur. Cicero dicit quia. 1. de Finibus, Nemo enim ipsam uoluptatem quia uoluptas sit aspernetur, aut oderit, aut fugiat: sed quia consequantur magni dolores, eos qui ratione uoluptatem sequi nesciunt. Neque porro quisquam est, qui dolorem ipsum quia dolor sit, amet, consectetur, adipisci uelit: sed quia nonnunquam eiusmodi tempora incidunt, ut labore & dolore magnam aliquam quærat uoluptatem. Ipsi ᾗ interdum ταύτῃ præponitur, & à Cicerone, hoc ipso quòd, exprimuntur, uelut. 1. de Officijs, Vt enim pulchritudo corporis apta compositione
D membrorum mouet oculos & delectat, hoc ipso quòd inter se omnes partes cum quodam lepôre consentiunt: sic hoc decorum quod elucet in uita mouet approbationem &c. Aristoteles hoc cap. paulo infra, τιμῆς δὲ καὶ φρονήσεως καὶ ἡδονῆς ἕτεροι καὶ διαφέροντες οἱ λόγοι ταύτῃ ᾗ ἀγαθά. Quibus exemplis perspici potest, apud Græcos ᾗ poni sine uerbo, apud Latinos autem sæpius cum subiunctiuo, nisi duæ illæ particulæ exprimantur.

Conficientia horum, & aliquo modo tuentia, & contrariorum prohibentia, τὰ ποιητικὰ τούτων ἢ φυλακτικά πως, ἢ τῶν ἐναντίων κωλυτικά. Supra de uerbis exeuntibus in ικὸς satis multa dixi, quemadmodum ea transferri conueniret. E

Videamus, σκεψώμεθα.) σκέπτεσθαι consyderare sæpe exponitur, & σκέψις consyderatio, non peßime quidem, sed multis locis absurdum uideatur. Quod ex uno loco Aristo. intelligi potest qui est scriptus in 9, cap. huius operis, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως ἄλλης ἂν εἴη σκέψεως οἰκειότερον. Quem si transferas, ut Agyropylus, Verũ hoc ad aliam magis consyderationem forsitan pertinet, quã indisertè feceris? Exponamus ergo τὴν σκέψιν disputationẽ, auctore Cicerone. Scribit enim. 1. de legibus, his fere uerbis, Neque enim omnia sunt huius disputationis & temporis. Et paulo post, exponens superiorem locũ Aristo. Huius uerò disputationis, Quinte, propriũ est id quod expectas. Idem ualet τὸ ἐπισκέπτεσθαι quo sæpe his libris Aristoteles utitur, quod Cicero transfert ponderare, uidere, consyderare. Quorum duo prima ut intelligantur, scribit. 1. de Officijs, In quo tamen in primis quo quisq; animo, studio, beneuolẽtia fecerit, ponderandũ est. Aristo. 13. cap. 8. huius operis, ἐν ἀρχῇ δ' ἐπισκεπτέον ὑφ' οὗ εὐεργετεῖται, καὶ ᾧ τινι, ὅπως, ᾧ τούτοις ὑπομένει, ἢ μή. Quem locum in lib. etiam de amicitia tractat, Quod si etiam poßis quiduis deferre ad alterum, uidendum est tamen quid ille poßit sustinere. Et paulo post, Atque in omni re consyderandum est, & quid postules ab amico, & quid patiare à te impetrari. F

Tamen in ijs quæ per se bona sunt licet ponere, ὅμως τῶν καθ' αὑτὰ ἀγαθῶν θείη ἄν τις.) Libet hic rursus Græca cum Latinis conferre, ut quemadmodum genus dicendi nostrum elegans Græce dicatur, poßit intelligi. Cice. 1. de Finibus, Alij autem, quibus ego assentior, cum à philosophis compluribus permulta dicuntur, cur nec uoluptas in bonis sit numeranda, nec in malis dolor &c. hoc uerbo sæpe in hoc genere utitur Cicero, & in his de Finibus lib. & in quinto Tuscul. quæst. in quo etiam hoc usurpat, Ducere in bonis. Et. 1. de Finibus, ponere summũ bonum in uirtute. & 3. collocare summum bonum in primis naturæ. & 4. constituere in una uirtute finem bonorum. Hæc genera dicendi omnia Cicero concludit eodẽ modo, præpositione in adiecta casui auferẽdi. Quod genus apud Græcos huic nostro respondeat, cum diu multumq; mecum ipse reputarem, equidem tandem cõperi eos genitiuo id exprimere quod nos ablatiuo præposita in præpositione. Idq; quo facilius intelligi poßit, proferam locum Ciceronis ex 3. de Finibus, qui hoc ipsum plane indicabit, In principijs autem naturalibus diligendi sui, plerique Stoici non putant uoluptatem esse ponendam: quibus ego uehementer aßentior, ne si uoluptatem natura posuisse in his rebus uideatur, quæ primæ appetuntur, multa turpia sequantur. Admonuit me hic quidem locus & superiores, ut quod Aristo. hic dicit, θέσθαι τὰς ἡδονάς τινας τῶν καθ' αὑτὰ ἀγαθῶν, exponerem, po- G H

A nere uoluptates in ijs quæ per se bona sunt. nec sane ullum uerbum est aliud, quo illam phrasim Græcorum exprimere possimus. Huic simile illud est quo utitur in 10. huius operis ca. 1. οἱ δὲ, οἰόμενοι βέλτιον εἶναι πρὸς τὸν βίον ἡμῶν, ἀποφαίνειν τὴν ἡδονὴν τῶν φαύλων, καὶ εἰ μὴ ἔστι. Et. 2. cap. ἔοικε δ᾽ οὖν οὗτός γε ὁ λόγος τῶν ἀγαθῶν αὐτὴν ἀποφαίνειν. Illud tamē cōfirmabo, in plerisque Græcos id exprimere præpositione ἐν, quæ nostræ in cum ablatiuo respondet. Aristot. 8. cap. huius. διαφέρει δὲ ἴσως οὐ μικρὸν, ἐν κτήσει ἢ χρήσει τὸ ἄριστον ὑπολαμβάνειν, καὶ ἐν ἕξει ἢ ἐνεργείᾳ. i. nec parui refert, profecto, in possessione an usu uirtutis: in habitu, an actione beatam uitam putemus. Sic enim semel tantummodo locutum inuenio Ciceronem, uelut. 5. de Finibus, Nam uoluptatis causa facere omnia, cum, etiam si nihil consequamur, tamen ipsum illud consilium ita faciendi per se expetendum & honestum & solum bonum sit, nemo dicit: ne uita-

B tionem quidem doloris ipsam per se quisquam in rebus expetendis putauit, ne si etiam euitare posset. Ita ὑπολαμβάνειν ἐν αἱρετοῖς, putare in rebus expetendis interpretor. Nam existimare in bonis, nunquam legi, quod erat potius dicendū. Huic illud simile est, quod supra apposuimus, quoq; Cicero sæpe utitur, ducere in bonis, quod uerbum par esse puto τῷ ἡγεῖσθαι, quod arbitrari omnes exponunt. Nā οἴεσθαι quod putare dicimus, nunquam sic legi iunctum ut superiora: sed solū, ut ait Aristo. 10. huius operis. Εὔδοξος μὲν οὖν τὴν ἡδονὴν τἀγαθὸν ᾤετο εἶναι διὰ τὸ πάνθ᾽ ὁρᾶν ἐφιέμενα αὐτῆς καὶ ἔλλογα καὶ ἄλογα, pro quo dicit Cicero supra putare in bonis. Atque etiam hoc genus mutuati sumus quo utitur, Aristo. 2. huius operis lib. κανονίζομεν δὲ καὶ τὰς πράξεις, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον ἡδονῇ καὶ λύπῃ. Cicero 2. de Finibus. Non igitur potestis uoluptate om

C nia dirigentes, aut tueri aut retinere uirtutem. Nam illud genus quod primum Ciceronis proposui, numerare in bonis, quoq; ille tam sæpe utitur, non memini me legisse apud quenquam Græcorum. Huic generi hoc quoque finitimum est, quod habemus à Græcis, Esse in bonis. Frequens est apud Cice. sed unum locum tantummodo proferam eiusmodi, unde perspici poterit quàm sæpe utatur, eum qui. 3. de Finibus, scriptus est, Itaque si uoluptas, aut si bona ualetudo sit in bonis, diuitias quoque in bonis esse ponendas: aut si sapientia bonum sit, non sequi ut etiam diuitias bonum esse dicamus. Neque ab ulla re quæ non sit in bonis, id quod sit in bonis contineri potest. ob eamque causam quia cogitationes cōprehēsionesq; rerū è qui-

D bus efficiuntur, appetitiones mouent. cum diuitiæ non sint in bonis, nulla ars diuitijs contineri potest. Sunt hæc tria genera, quibus etiam utitur Aristo. Esse in bonis, Voluptas est bonum, Dicere diuitias esse bonum. Primum genus ponit in gignendi casu, superiore cap. εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἐστι τῶν καθ᾽ αὑτά &c. i. q. si hæc quoque sunt in bonis per se. 7. huius operis cap. 9. τοῖς μὲν οὖν δοκεῖ οὐδεμία ἡδονὴ εἶναι ἀγαθόν.

His quidē quorū nomē est cōmune fortuito, τοῖς γε ἀπὸ τύχης ὁμωνύμοις.) E
Quæ sint ὁμώνυμα, docet Aristotel. in categorijs. secutus sum anctoritatem Ciceronis, qui sentit si uno uerbo aliquid dici nō potest, id pluribus esse dicendum. M. Varro in lib. de analogia hoc uerbū sic exponit, Nec eo minus in altero, qđ est mille præponimus, hi mille, horū mille, quoniā in eo est nomē cōmune quā uocant ὁμωνυμίαν obliqui casus, ab eodē capite ubi erit homonymia obliqui casus quo minus dissimiles fiant, analogia non prohibet. Idem paulo post, Reprehendunt cū ab eadem uoce plura sunt uocabula declinata, quas synonymias appellant. hæc ille. Itaque potius his uocabulis utendum censeo pro Latinis: id quod in his facimus, philosophia, rhetorica &c. auctore Cicerone de Finibus: quàm his barbaris, æquiuoca, & uniuoca, uniuocatio, & æquiuocatio, quæ mihi interdum obscuriora uidentur, quàm Græca. F

An porportione potius, ἢ μᾶλλον κατ' ἀναλογίαν.) De hoc uerbo dicam in quinto, in quem propria eius tractatio differenda est.

Vt enim in corpore aspectus, ὡς ἐν σώματι ὄψις.) ὄπτεσθαι, uidere, cernere, aspicere. hinc uerbale ὄψις. & ab ὁράω, ὅρασις. ab alijs uisus dicitur. Cicero semper transfert aspectus. 5. Tuscul. quæst. extremo, Animus accipit quæ uidemus. animo autem multis modis uarijsque delectari licet, etiam si non adhibeatur aspectus. i. κἂν εἰ μὴ τὴν ὄψιν προσλάβοι, scilicet animus. Et paulo post, cum de Democrito qui se luminibus priuauerat, disserit, Atque hic uir impediri animi etiam aciem aspectu oculorum arbitrabatur. Idem in lib. de uniuers. extremo, G
Nam hæc quæ est habita de uniuersitate oratio, à nobis haud unquam esset inuenta, si neque sydera, neque sol, neque cœlum sub oculorum aspectum cadere potuissent. Aliàs iuuante deo de cæteris quoque sensibus, ijsque rebus quæ illis subiectæ sunt, disseram.

De his accuratius & subitilius disputare, ἐξακριβοῦν περὶ αὐτῶν.) De hoc genere dicendi supra disserui satis multa.

Etenim si quod est bonum quod communiter dicatur, εἰ γάρ ἐστιν ἕν τι τὸ κοινῇ κατηγορούμενον.) κατηγορεῖσθαι proprium uerbum est philosophorum, quod omnes sine delectu prædicari & dici exponunt. Cicero interpretatur, dici. 4. Tuscul. quæst. his uerbis, Distingunt illud etiam, ut sit libido earum rerum quæ dicuntur de quodam aut quibusdam. quæ κατηγορήματα dialectici appellant, ut habere diuitias, capere honores. H

Nam si ipsum tanquam exemplar nobis proponemus, facilius quæ nobis salutaria sunt intelligemus: & cū intellexerimus, consequemur, οἷον γὰρ παράδειγμα τοῦτ' ἔχοντες, μᾶλλον εἰσόμεθα καὶ τὰ ἡμῖν ἀγαθά. κἂν εἰδῶμεν, ἐπιτευξόμεθα αὐτῶν.) Cicero in lib. de uniuersitate, initio conuertit locum Platonis, qui idem huic magna ex parte respondet. Quocirca si is qui aliquod munus

A efficere molitur, eam speciem quæ semper est eadem, intuebitur, atque eã sibi proponet exemplar, præclarum opus efficiat, necesse est. Sin autem illam quæ gignitur, nunquam illam quam expetet, pulchritudinem consequetur. Illud ἔχειν παράδειγμα Plato dicit in Timæo, προσχρῆσθαι τῷ παραδείγματι. Hæc sunt eius uerba quæ Cicero conuertit, ὅτου μὲν οὖν ἂν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεὶ τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι, τὴν ἰδέαν καὶ δύναμιν ἀπεργάζεται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν.

Atque hæc quadam ratione illa quidem dicuntur, sed artibus scientijsque repugnãtibus, πιθανότητα μὲν οὖν ἔχει τινὰ ὁ λόγος, ἔοικε δὲ ταῖς ἐπιστήμαις διαφωνεῖν.) Cicero mihi uidetur hunc locum attigisse. 1. de Finibus, his uerbis, Sed
B possunt hæc quadam ratione dici, non modo non repugnantibus, uerum etiam approbantibus nobis. διαφωνεῖν qui dicunt dissonare, & συμφωνεῖν consonare, barbare mihi quidem & indiserte uidentur exponere. Illud enim Cicero dissentire & discrepare, hoc consentire & concentum efficere dicit. πιθανότης probabilitas, quo etiam Cicero uerbo utitur. 5. Tusculan. quæstionum. Nunc ostendã eam phrasim quam me ostensurum antea promisi. Studiose hoc genus à Cicerone usurpatum uideo. Itaque plures locos eo proferam, ut elegantissima dicendi ratio quæ pene tota, ex lingua Latina quasi eiecta est, tanquam postliminio ad suos redeat. Cicero. 5. de Finibus, Est tamen philosophi non tam gloriosa quàm uera quærentis, nec pro nihilo putare ea quæ secundum naturam illi ipsi gloriosi es
C se fatebantur, & uidere tãtam uim uirtutis, tantamq́; ut ita dicam, auctoritatem honestatis, ut reliqua, non illa quidem nulla, sed ita parua sint, ut nulla esse uideantur. 3. de Officijs, In ijs autem in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectum honestum nullo modo esse potest. sed similitudines honesti esse possunt. Idem in. 1. Altera est res, ut cum ita sis affectus animo, ut supradixi, res geras magnas illas quidem & maxime utiles, sed ut uehementer arduas plenasque laborum & periculorum &c. Apud Platonem pro illo quidem, ponitur μὴν in secundo loco. Platonis enim locum Cicero cõuertit in libro de uniuersitate. ὥστε τὸ μὲν ὅλον κινεῖσθαι ζῷον, ἀτάκτως μὴν, ὅπῃ τύχῃ προϊέναι ἀλόγως. Sic hunc locum Cicero transtulit, Ita totum animal mouebatur
D illud quidem, sed immoderate & fortuito. Omnes iam intelligere arbitror, uim proprietatemque orationis. Nam tota uis in illo posita est, illa quidem, sed. Hoc autẽ cognitione dignũ est, nõnunquã pro ille illa illud in hoc genere uti Cice. is ea id. atque id facit dupliciter. aliâs cum principio orationis illa posuit, ne sæpius positum orationis lumen quasi extingueret. aliâs cum nihil tale occurrit. Velut. 4. Tusculan. quæst. Illa autem altera ratio & oratio, quæ simul & opinionem falsam tollit & ægritudinem detrahit, est ea quidem utilior, sed raro proficit. 5. de

Finibus, illa enim quæ sunt à nobis bona corporis numerata, complent ea quidem beatissimam uitam, sed ita, ut sine eis poßit beata uita existere. Vides in his duobus exemplis, quoniam initio orationis illa posuisset, in hoc genere quo de agimus, ea usum eße Ciceronem. Nunc ubi nihil tale impedisset, eum tamen is ea id tũ dixiße confirmat ille locus. 5. Tuscul. quæst. Quædam autem sunt ægritudines, quas illa medicina nullo modo poßit leuare, ut siquis ægreferat nihil in se eße uirtutis, nihil animi, nihil officij, nihil honestatis: propter mala is quidem angatur, sed alia quædam ad eum sit admouenda curatio. Nisi forte uelimus dicere, quia iam illa dixerat, in hoc genere eum noluisse iterum dicere. Sed tamen ex alijs exemplis intelligi potest, ipsum illa ad ea pertinere, quod idem in hoc non contingit. Pluribus ego exemplis hoc ipsum genus ostenderem, nisi eßet iam explicatum satis. Nunc iam uideamus, quoniam Cicero hoc genus dicendi à Græcis mutuatus est, quam phrasim habeant illi, quæ huic nostræ respondeat. Hoc primum intelligendum est, Græcos pro illis, ille & is, nullo uerbo uti omnino, tantumque in priore orationis membro μὲν, & δὲ in posteriore ponere. Aristol. 6. huius operis cap. 7. διὸ Ἀναξαγόραν καὶ Θαλῆν καὶ τοὺς τοιούτους, σοφοὺς μὲν, φρονίμους δὲ οὔ φασιν εἶναι. ὅταν ἴδωσιν ἀγνοοῦντας τὰ συμφέροντα αὐτοῖς, καὶ περιττὰ μὲν καὶ θαυμαστὰ καὶ χαλεπὰ καὶ δαιμόνια εἰδέναι αὐτούς φασιν, ἄχρηστα δ' ὅτι οὐ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ ζητοῦσι. i. Quocirca Anaxagoram, Thaletem cæterosque eiusmodi sapientes nominãt, prudentes non item, cum eos cernant quæ ipsis usui sint ignorare. Eosdemque aiunt tenere ac scire res minus necessarias illas quidẽ & admirabiles & arduas & diuinas, sed inutiles &c. Qui locus fere ei respondet Ciceronis, quem supra ex. 1. de Officijs protuli. Idem in .4. huius operis cap. 7. οἱ δὲ ψευδόμενοι, ἀμφότεροι μὲν ψεκτοὶ, μᾶλλον δ' ὁ ἀλαζών. Qui autem mentiuntur, sunt illi quidem utrique uituperandi, sed maiore quadam ratione arrogans. Ibidem ca. 5. οἱ μὲν οὖν ὀργίλοι ταχέως μὲν ὀργίζονται, καὶ οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ: παύονται δὲ ταχέως, ὃ καὶ βέλτιστον ἔχουσι. Ac iracundi cito illi quidem commouentur animo, & in quos, & quibus de causis non deceat, & quàm satis sit uehementius: sed tamen cito etiam modum apponunt iracundiæ. quo nihil est iis eis præstantius. Si unũ locum addidero, plura non dicam. Ibidem cap. 3. καὶ ὀλίγων μὲν πρακτικὸν, μεγάλων δὲ καὶ ὀνομαστῶν. Idémque res agit paucas ille quidem, sed magnas & dignitatis plenas. Neminem eße arbitror quin collatione horum locorum, posthac ueniat instructior ad eos notandos, qui erunt ex hoc genere, ut eos distingat à cæteris. Iam antea de quodam genere dicendi sum locutus, in quo uigerent μὲν & δὲ: sed hoc differunt, quòd in illo ipsum δὲ, autem efficeret, poneretúrque in secunda oratione, quæ non eßet membrum superioris: in hoc, ualet sed, & membrum non efficit. Interdum, quidem, solum poni-

A tur, & tamen, sed, postponitur. Idem in lib. de Amicitia. Isto enim modo nutrices & pædagogi iure uetustatis plurimum beneuolentiæ postulabunt: qui negligendi quidem non sunt, sed alio quodam modo colendi. Animaduerti etiam Ciceronē in hoc genere, illud δὲ quod secundo loco poni uidemus, non sed dicere, sed tamen ut in libro de Amicitia, Nouitates autem si spē afferunt, ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem respudiandæ, uetustas tamen suo loco conseruanda est. In his ergo generibus dicendi, ille præponi debet, sequi illud quidem. Qua ex animaduersione etiam facile intelligi potest multos locos paßim emendandos apud Ciceronem, in quibus, quidem, præpositum est. Vnum modò
B proferam. 5. de Finibus, Cum autem progrediens confirmatur animus, cognoscit quidem ille naturæ uim, sed ita, ut progredi poßit longius per se, sit tamē inchoata. Ille quidem restitui debet.

Is qui ideam intuebitur, ὁ τὴν ἰδέαν αὐτὴν τεθεαμένος.) θεᾶσθαι, spectare dicitur. hinc θέατρον, theatrum, spectaculum. Sed tamen hoc intueri non solum recte, sed etiam diserte possumus dicere. Cicero de Idea. i. specie differens in libro de uniuersitate, scribit his fere uerbis, Quocirca, si is qui aliquod munus efficere molitur, eam speciem, quæ semper est eadem, intuebitur &c. Nam paulo ante, hunc locum protuli Platonis qui est in Timæo, in quo ὁ πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεί, illi Ciceronis respondet, Intuebitur eam speciem quæ sem-
C per est eadē, πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἐπισκοπεῖν ἔχον ἀεὶ τεθεαμένος. præteritum participij malui in futurum conuertere, ne intuitus dicere cogerer. Idem ualet ἐπισκοπεῖν, id quo paulo post utitur, φαίνεται μὲν οὐδὲ τὴν ὑγίειαν οὕτως ἐπισκοπεῖν ὁ ἰατρός. i. intueri, spectare, sibi proponere ualetudinem.

CAP. VII.

QVOCIRCA si in uno aliquo est finis rerum agendarum omnium, sit in eo finis bonorum sin sunt plures, in ijs ipsis, ὥστ' εἴ τι τῶν πρακτῶν ἁπάντων ἐστὶ τέλος, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πρακτὸν ἀγαθόν. εἰ δὲ πλείω ταῦτα) Locum Ciceronis proferam, qui huic uidetur similis. Scribit enim his uerbis. 4. de Finibus, Quid enim aliud intelligitur, nisi ut æquè pars naturæ negligatur, in qua si nihil est præter rationem, sit in una uirtute finis bonorum: sin est etiam cor-
D pus, ista explanatio naturæ, nempe hoc effecerit ut ea quæ ante explicationem tenebamus, relinquamus. Ita εἰ δὲ transferetur sin, cui nōnunquā Cic. addit, autē.

Mutata autem, tamen eodem spectat definitio, μεταβαίνων δὲ ὁ λόγος εἰς τὸ αὐτὸ ἀφῖκται.) Locus est apud Ciceronem in tertio de Finibus libro, quem eo proferam, ut lectores utrum hunc Aristotelis exponat, libere iudicent, Bonum autem quod in hoc sermone toties usurpatum est, id etiam definitione explicetur. Sed eorum definitiones paulum oppido inter se differunt, & tamen eodem spectant. Non est mihi quidem dubium quin εἰς τὸ αὐτὸ ἀφικνεῖσθαι, sit id quod hoc

loco dicit eleganter Cicero, eodem spectare, id est, idē efficere: sed de loci imitatione idem confirmare non ausim. Hoc genus idem ualet mea quidem sententia, quod redire in idem. quam barbaram orationem habent philosophi in ore totos dies. E

Hæc nobis explicanda sunt, sed enodatius, τοῦτ' ἔτι μᾶλλον διασαφῆσαι πειρατέον.

Quod idem ex eo etiam quod satis sit & sufficiat, efficitur, φαίνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς αὐταρκείας τὸ αὐτὸ συμβαίνειν.) Primum hoc loco de singulis uerbis agā, deinde de cōiunctis. συμβαίνειν accidere, & cōtingere. Sed hoc loco nō potest ferre illā interpretationē sermo latinus, si dicamus, hoc accidit uel cōtingit ex sufficiētia. Itaq; τὸ συμβαίνειν & oriri recte possumus dicere, & cōseq, & effici. Arist. 7. huius oper. c. 12. ὅτι δ' οὐ συμβαίνει διὰ ταῦτα, μὴ εἶναι ἀγαθὸν, μηδὲ ἄριστον, ἐκ τῶνδε δῆλον. Quē locū Cic. pene totū cōuertit. 1. de Fin. Ex quo efficitur, nō ut uoluptas ne sit uoluptas, sed ut uoluptas nō sit sumū bonū. Ex quo loco id etiā efficitur, qđ hic cōfirmatū esse uolumus, cū apud Græcos τοῦτο, uel ταῦτα, uel τοιοῦτον, & cætera eiusmodi ī breui oratiōe ponūtur, præsertim si δὲ initio sit orationis: tū qđ, uel quale uel alia eorū relatiua recte nos posse dicere. Proferā locos aliquot quo res facilius intelligatur. In tertio scribit his uerbis, οἱ δὲ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐκινδύνευον, ὥσπερ εἴπομεν ὄντες. γνόντες δὲ φεύγουσι τὸν θάνατον μᾶλλον τοῦ αἰσχροῦ φοβούμενοι. ὁ δ' ἀνδρεῖος οὐ τοιοῦτος. Si hoc postremū dicā, fortis autē nō est talis, uel eiusmodi, & cōcisa erit, & incōpta oratio. Itaq; sic dicā potius, Qualis forti uir animo nō solet esse. Eodē modo iudicādū est de illo loco primi libri, δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς. τοιαύτη δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ φαίνεται .i. qualis ratio ciuilis uidetur esse. Plato in Timeo, ὁ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅτι ποτε ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω. σκεπτέον οὖν δὴ περὶ αὐτοῦ πρῶτον ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν πότερον ἦν ἀεὶ &c. Cicero sic hunc locū in lib. de uniuersitate cōuertit, Omne igitur cœlum, siue mundus, siue quo alio uocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatus sit. de quo id primum consyderemus, quod principio est in omni quæstione consyderandum, sempérne fuerit, &c. In quo loco perspici potest περὶ αὐτοῦ de quo dictum esse à Cicerone, omissis his dictionibus οὖν δὴ. F G H

Satis autem esse ac suppeditare dicimus ad uictum non ipsi soli uitam in solitudine agenti, sed parentibus, liberis, coniugi, cæterisque quos charos habeat & ciuibus, τὸ δ' αὔταρκες λέγομεν, οὐκ αὐτῷ μόνῳ τῷ ζῶντι βίον μονώτην ἀλλὰ καὶ γονεῦσι καὶ τέκνοις καὶ γυναικὶ καὶ ὅλως τοῖς φίλοις καὶ πολίταις. Cicero primo de Officijs hunc locum quodam modo adumbrauit, Ob easque causas studeat parare, quæ suppeditent ad cultum & ad uictum: nec sibi soli sed coniugi, liberis, cæterisque quos charos habeat, tueriqúe debeat. Ita-

A que illa duo quæ dixit Aristoteles, φίλοις καὶ πολίταις mira expreßit eleganatia his uerbis, cæterisque quos charos habeat. (pro amicis) tuerique debeat, pro ciuibus. ζῆν autem βίον μονώτην, uerbum ex uerbo exprimentes. uiuere uitam solitarian dicere possumus, sed non satis recte mea quidem sententia. Cicero ita transfert ut ego feci in. 3. de Finibus, Nemo in summa solitudine uitam agere uelit, ne cum infinita quidem uoluptatum abundantia.

Quandoquidem natura homo aptus est ad cœtus, ad concilia, ad ciuitates, ἐπειδὴ φύσει πολιτικὸν ἄνθρωπος.) Verba sunt Ciceronis pene omnia ex 3. de Finibus, Itaque natura apti sumus ad cœtus, ad concilia, ad ciuitates. Paulo post hunc eundem locum alijs uerbis idem declarãtibus exponit, Quodque B nemo in summa solitudine uitam agere uelit, ne cum infinita quidem uoluptatum abundantia, facile intelligatur, nos ad coniunctionem congregationémque hominum & ad naturalem communitatem esse natos. Et paulo post, Quemadmodum igitur membris utimur prius quàm didicimus, cuius ea utilitatis causa habeamus: sic inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & consociati sumus. Et paulo infra, Quoniãq; ea natura esset hominis, ut cum genere humano quasi ciuile ius intercederet: qui id conseruaret, eum iustum: qui mutaret, iniustum fore. Nam & πολιτικὸν ipse in. 5. sic interpretatur. Nam cum sic hominis natura generata sit, ut habeat quiddam innatum quasi ciuile atq; populare, quod Græci πολιτικὸν uocant; quicquid aget quæque uirtus, id à cõ C munitate &c. Ex his locis omnibus licebit cuique qui proxime ad hunc Aristotelis accedere uidebitur, libere iudicare. Nec mihi dubium est quin plerique eorum illum exponant eiusdem Aristo. τῷ φυκότι συζῆν.

Sed in his certi quidam termini constituendi sunt, τούτων δὲ ληπτέος ὅρος τις.) ληπτέος à λαμβάνειν quod inepte hoc loco sumere uel accipere dicatur. Itaque in hoc genere constituere dixi cum Cicerone de amicitia, Constituendi autem sunt, qui sunt in amicitia fines, & quasi termini diligendi. λαμβάνειν aliquando intelligere significat, quod aliquando capere dicitur apud nos. de quo plura dicam alio loco.

Quicquid id est quod se ipso contentum sit, τὸ δ' αὔταρκες.) Ciceronem D obseruaui ac notaui multis hoc uerbum locis uarie explicasse, interdum quod satis est, interdum quod sufficit: sed illa ratio multo illustrior, uirtutem se ipsa esse contentam. Et quoniam superiora nullã afferunt dubitationem, ad extremum confirmandum Ciceronis locum ex lib. de uniuersitate proferam, in quo est se ipso contentũ, pro quo Plato in Timæo à quo locum illum mutuatus est, αὐταρκὲς dicit. Sic enim ratus est ille qui ista iunxit & condidit, ipsum se contentum esse mundum, neque egere altero. Plato autem sic, ἡγήσατο γὰρ αὐτὸ ὁ συνθεὶς αὔταρκες ὂν, ἄμεινον ἔσεσθαι μᾶλλον, ἢ προσδεὲς ἄλλων.

Et nihil requirentem, τὸν μηδενὸς ἐνδεῆ) Verba sunt Ciceronis. 5. de Finibus, Ex quo intelligi debet, homini id esse in bonis ultimum, secundum naturam uiuere: quod ita interpretemur, uiuere ex hominis natura undique perfecta, & nihil requirēte. ἐνδεὴς igitur dicetur qui aliquid requirit, & desyderat, cui aliquid deest, qui alicuius rei indiget, qui aliquo eget. Tot enim modis hoc uerbum Cicero exponit, & τὸ δεῖσθαι, interdum requirere, aliâs desyderare, modò egere & indigere, item opus esse. Cicero in paradoxis, Filiam quis habet? pecunia est opus. Aristo. 10. huius lib. cap. penulti. τῷ μὲν γὰρ ἐλευθερίῳ δεήσει χρημάτων. Hoc autem dupliciter dicere possumus, primo absolute & simpliciter, & comparate. Nam si opus est pecunia, uel simpliciter id dici potest. uel indigentia referri potest ad rem eam ad quam sit necessaria pecunia. hoc posterius Græci præpositione πρὸς cum accusandi casu dicunt, in quo eos imitamur. Nam pro illo πρὸς, ad ponimus. Cicero 5. de Finibus, Natura igitur corpus quidem hominis sic & genuit & formauit, ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente ætate fingeret, neque sane multum adiumentis externis uteretur. Animum autem reliquis rebus ita perfecit ut corpus. Sensibus enim ornauit ad res percipiendas idoneis, ut nihil aut non multum adiumento ullo ad suam confirmationē indigeret. Aristotel. 8. cap. 10. huius operis, δόξειε δ' ἂν καὶ τῆς ἐκτὸς χορηγίας ἐπὶ μικρὸν ἢ ἐπ' ἔλαττον δεῖσθαι τῆς ἠθικῆς. Vbi Cicero τῆς ἐκτὸς χορηγίας transtulit externo adiumento. χορηγία ergo adiumentū dicitur & commoditas. Idem paulo post, τῷ μὲν γὰρ ἐλευθερίῳ δεήσει χρημάτων πρὸς τὸ πράττειν τὰ ἐλευθέρια. Quū inquam in hoc exemplo τὸ δεήσει est impersonale à δεῖ, quod proprie respondet nostro opus est, quod cum iisdem dictionibus iungitur. Nam dicimus, est mihi opus pecunia ad hanc uel illam rem. Cicero. 2. de Officijs, Cum igitur statuißet opus eße ad eam rē constituendā pecunia &c. δέομαι autem quoniam personale est, proprie habet paria illa nostra, indigere, egere, desyderare, requirere. Cicero de senectute, Sunt pueritiæ certa studia. num igitur ea desyderant adolescentes? Sunt & ineuntis adolescentiæ. num ea iam cōstans requirit ætas quæ dicitur media? Idem paradox. 6. multa coniunxit oratorie quæ idem ualent, Satis esse putant quod est, nihil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nil requirunt. In lib. de Senect. Etenim (ut ait Homerus) ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio, quam ad suauitatem nullis egebat corporis uoluptatibus. Hoc loco id admonebo, cum egeo & indigeo idem ualeant & efficiant, tamen non conuenire constructione, apud Ciceronem. Nam egeo semper cum ablatiuo coniūgitur, indigeo uero nunc cum ablatiuo, nunc cum genitiuo. 3. de Finibus, Quod si de artibus concedamus, uirtutis tamen non sit eadem ratio: propterea quòd hæc plurimæ cōmentationis & exercitationis indigeat, quod idem in artibus non fit. Nullum afferam aliud exemplū unde intelligatur indigeo

A iunctum esse cum casu auferendi, quàm quod supra allatum est. Vt autem perspici posit Ciceronem his uerbis egeo & indigeo eodem modo uti solere, unum exemplum afferam, in quo pro illo indigeat exercitationis, positum est eget exercitatione. Idem lib. de Amicitia, Magnum opus est, egetq; exercitatione nõ parua. Aristo. 1. cap. 2. huius operis lib. διόπερ ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνου. Quo loco loquitur de uirtute, quæ in ratione sita est, quam intellectiuam uocat. Ex quo loco illud facile intelligi potest quod supra docuimus, Ciceronem solere τὴν ἐμπειρίαν exercitationem dicere. Vtuntur etiam Græci uerbo composito προσδεῖσθαι. Aristoteles. 8. cap. huius. οὐδὲν δὴ προσδεῖται τῆς ἡδονῆς ὁ βίος αὐτῶν. Plato etiam composito uerbo utitur ἐπιδεῖσθαι, in Timæo, qui locus quoniam à Cicerone conuersus est, declarabit id uerum esse quod supra dixi, hæc uerba δεῖσθαι, ἐπιδεῖσθαι, ἐνδεῖν his etiam nostris explicari oportere, requirere &

B desyderare. Neque enim aut illud requirere tantummodo ualet quærere, & illud desyderare cupere. Hæc sunt uerba Platonis, ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδέν. ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν. οὐδ᾽ ἀκοῆς. οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν. πνεῦμα τε οὐκ ἦν περιεστὼς δεόμενον ἀναπνοῆς. οὐδ᾽ αὖ τινος ἐπιδεὲς ἦν ὀργάνου σχεῖν ᾧ τὴν μὲν εἰς ἑαυτὸ τροφὴν δέξοιτο, τὴν δὲ πρότερον ἐξικμασμένην ἀποπέμψοι πάλιν. Cicero in libro de uniuersitate hunc locum ita cõuertit, Nec enim oculis egebat, quia nihil extra, quod cerni posset relictum erat: nec auribus, quia ne quod audiretur quidẽ. neque erant aëre circũfusa extrema mundi, ut respirationẽ requireret. Nec uero desyderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti & consumpti cibi. Videre ergo licet multis uerbis id à Cicerone dictum, quod Plato uno simplici & composito expreßit.

C Quæ si cum cæteris bonis non coniungatur, anteponenda est omnibus: sin coniuncta sit, perspicuum est, pluris eam esse coniunctã cum minimo bono quàm separatim, πάντων αἱρετωτάτην μὴ συναριθμουμένην, συναριθμουμένην δὲ δῆλον ὡς αἱρετωτέραν μετὰ τοῦ ἐλαχίστου τῶν ἀγαθῶν) 10. huius operis cap. 1. addit, ἢ χωρίς, his uerbis, αἱρετώτερον γὰρ εἶναι μετὰ φρονήσεως τὸν ἡδὺν βίον ἢ χωρίς. Quem locum adumbrauit Cicero si non expreßit. 3. de Finibus, Etsi enim ualere & sapere magis expetendum sit quàm sapere solum: neque tamen si utrunq; sit æstimatione dignũ, pluris sit coniunctũ q̃ separatim.

D At maximum quodque bonum semper expetendum est maxime, ἀγαθῶν δὲ τὸ μεῖζον αἱρετώτερον ἀεί.) Quemadmodum id dicerent Græci, quod cum Latini omnes ueteres, tum Cicero disertissime & elegantissime diceret, Optimus quisque maxime gloria ducitur, &, Id enim maxime quẽque decet quod est suũ cuiusque maxime, & cætera eiusdem, generis: diu multumque dubitaui. Nec, fateor, unquam intelligere potuissem, nisi diligenter cum Latinis Græca contulissem. Quod nunc & me reperisse gaudeo, & alijs tradere decreui, quo in poste-

rum hæ diuitiæ & opes linguæ Latinæ se in Græcis conuertendis facilius quasi E
ostentent. Ac in hoc quidem genere exprimendo intelligendum est, nos illud quisque ponere, cum id Græci omnino prætermittant. Aliquot igitur locos proferam Aristotelis, quos Cicero conuertit, quo res non solum facilius, sed uerius etiam intelligatur. 10. huius operis libro. cap. 6. βελτίω δὲ λέγομεν τὰ σπουδαῖα τῶν γελοίων καὶ μετὰ παιδιᾶς. καὶ τοῦ βελτίονος ἀεὶ μορίου καὶ ἀνθρώπου σπουδαιοτέραν τὴν ἐνέργειαν. Cicero hunc locum & eum quem hic conuertimus disertissime interpretatus est. 5. de Finibus his uerbis, Quibus expositis, est coniectura, ea maxime esse expetenda ex nostris, quæ plurimum habēt dignitatis, ut optimæ cuiusque partis quæ per se expetatur, uirtus sit expetenda maxime. Ex quo loco intelligi potest, Græcos in hoc genere uti comparatiuo in utraque parte F
orationis, nos uero superlatiuo addito illo, quisque. Nonnunquam Græci illud exprimunt duobus superlatiuis. Idem 4. huius operis, μείζονος γὰρ ἀεὶ ὁ βελτίων ἄξιος, καὶ μεγίστων ὁ ἄριστος. i. Quo quisque melior est, eo maiore est dignus gloria, & optimo cuique maxima gloria debetur. Hoc autem genus non solum nominibus exprimi solet superlatiuis uel comparatiuis duntaxat à Græcis, sed interdum etiam aduerbijs superlatiuis, quod apud nos fit præposito ut, & apud Græcos ὡς. Aristote. hoc. 1. lib. cap. 9. ἐπεὶ δὲ τὰ κατὰ φύσιν ὡς οἷόν τε κάλλιστα ἔχειν, οὕτω πέφυκε. Cicero. 5. de Finibus, Omne animal se ipsum diligit, & simul ac ortum est, id agit se ut conseruet, atque ita sit affectum, ut optime secundum naturam affectum esse possit. Quo loco notare debemus illud τὸ ἔχειν recte expositum esse à Cicerone, affectum esse. de quo genere alio loco dis- G
seram. Sed hoc posterius genus dicendi ponitur cum illo possum. Itaque illud genus dicendi quo tam sæpe utitur Cicero, ut præposito, & postposito ita, fateor me nondum legendo esse consecutum, quemadmodum Græci exprimant. nec apud quēquam eorum qui Græca adhuc tractarunt, inuenire potui. Quod si nondum repertum est, omnes studiosos Græci & Latini sermonis hortor & admoneo, ut si occurrat id genus, quod me confiteor nondum animaduertisse, ipsum literis mandent tradantque cæteris. Atque ut genus quod uelim intelligant, Ciceronis locos aliquot proferam. In libro de Amicitia, Vt enim sibi unusquisque plurimum confidit, & ut quisque maxime uirtute & sapientia excellit, & sic munitus est, ut nullo egeat, suaq; omnia in se ipso iudicet: ita in amicitijs expetendis colēdisque H
maxime excellit. Et paulo ante, Quod si ita esset, ut quisque ualetudinis minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicitiā esset aptissimus. In. 1. de Officijs, Vt enim est apud Platonem, omnem morem Lacedæmoniorum inflammatū esse cupiditate uincendi: sic, ut quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime uult princeps omnium, uel potius solus esse. Interdum illud ita prætermittitur, cum oratio in qua esse debet, præponitur alteri. Idem ibidem paulo post, Facillime autem

A ad res iniustas impellitur, ut quisque est altissimo animo & gloriæ cupido. Interdum illud ita prætermittitur, & tamen oratio postponitur cui deest, idque sine superlatiuo. Idem 5. de Finibus. Itaque ut quisque optime natus institutusque est, esse omnino nolit in uita, si gerendis negotijs orbatus possit paratissimis uesci uoluptatibus. Ego ut de hoc genere quid sentiam dicam, propriam hanc Latini sermonis phrasim arbitror. Itaque passim utroque genere nostro illud Græcorum genus & expressi, & exprimendum censeo. Aristotelis nonnullos locos proferam, quo res facilius intelligatur. 3. huius operis cap. 8. καὶ γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀγῶσιν οὐχ οἱ ἀνδρειότατοι μαχιμώτατοί εἰσιν ἀλλ' οἱ μάλιστα ἰσχύοντες καὶ τὰ σώματα ἄριστα ἔχοντες. Quid enim prohibet, nos ita hunc locum trãsferre? Etenim in his certaminibus, non ut quisque maxime forti

B tudine excellit, ita ad pugnam est aptissimus, sed ut quisque plurimum uiribus ualet, optimeq; affectus corpore est. aut sic, Non maximo quisque & fortissimo animo, maxime bellicosus est, sed qui plurimum &c. Raro autem admodum hoc genus plurali numero exprimitur apud nos, nec unquam si præponatur illud ut, plurali numero utendum est.

Cum rerum agendarum omnium sit extremum, πάντων τῶν πρακτῶν ἐστὶ τέλος.) Iam ante ostendi Ciceronem dicere τὸ τέλος ultimum, extremũ, summum, & finem. Idem. 5. de Finibus, orationem eodem modo terminat, Ea enim uita expetitur, quæ sit animi corporisque expleta uirtutibus: in eoq; summum bonum poni necesse est: quandoquidem id tale esse debet, ut rerum expetenda-

C rum sit extremum. In quo rationem habuit numeri. Græcos animaduerti in fine orationis uti participio ὢν ὄντος. quod Cicero solet illo, cum sit, exponere. Contentus ero uno exemplo, ex quo id facile intelligetur. 3. de Finibus, Ex quo apparet & officium sapientis esse aliquando excedere è uita cum beatus sit, & stulti manere in uita, cum sit miser. Aristo. 3. huius operis cap. 4. καὶ διαφέρει πλεῖστον ἴσως ὁ σπουδαῖος, τῷ τἀληθὲς ἐν ἑκάστοις ὁρᾶν, ὥσπερ κανὼν καὶ μέτρον αὐτῶν ὤν. i. excellitque sapiens maxime in perspiciendo quid in quaque re ueri sit, cum sit quasi regula atque mensura rerum omnium.

Id iam patebit, si quod sit hominis opus & officium perspexeris, τάχα δὴ γένοιτ' ἂν τοῦτο, εἰ ληφθείη τὸ ἔργον τοῦ ἀνθρώπου. Sũt uerba Cice

D ronis. 1. de Legibus, Id iam patebit, si hominum inter ipsos societatem coniunctionemque perspexeris. Aut sic transferendum est. Id mature fiet, si opus officiumque hominis intelligatur. Nam iam antea docui τὸ λαμβάνειν dicendum in his generibus capere & intelligere, quod usitatum est apud Græcos. Cicero etiam illud λαμβάνειν in hoc genere dicit sumere, & constituere.

Ergo fabri erũt & sutoris certa q̃dã officia, πότερον οὖν τέκτονος μὲν καὶ σκυτέως ἔστιν ἔργα τινά. Ego ut tollerem illud πότερον me locus admonuit Cic. qui eodem

modo quo hic tractatus est. 2. de Finibus, Ergo in bestiis erunt secreta à uoluptate humanarum quædam simulacra uirtutum: in ipsis hominibus uirtus nisi uoluptatis causa nulla erit? &c. E

Animi actio rationi cõsentanea, ψυχῆς ἐνέργεια γίνεται κατ' ἀρετὴν.) Hic locus me non patitur tale quoddam dicendi genus in aliud tempus differre, quod & elegans est, & à paucis hodie retinetur. Cic. 5. de Finibus, Itaque omnis honos, omnis admiratio, omne studiũ ad uirtutem & ad eas actiones quæ uirtuti sunt consentaneæ, refertur. Et paulo ante, Maxima autem sunt primum ut mihi quidem uidetur, & ijs quorum nunc in ratione uersamur, consyderatio cognitióue rerum cœlestium, & earum quas à natura occultas & latentes indagare ratio potest: deinde rerũp. administratio aut administrandi sciendique prudens, temperata, fortis & iusta ratio: reliquæq; uirtutes & actiones uirtuti congruentes. quæ uno uerbo complexi omnia honesta dicimus. Aristotel. 9. huius operis cap. 9. ὁ γὰρ σπουδαῖος, ᾗ σπουδαῖος, ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσι χαίρει. Sapiens enim, quia sapiẽs est, actionibus delectatur uirtuti cõsentaneis. Idem. 8. ca. huius primi, τοιαῦται δὲ αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις, quo sunt in genere uirtuti consentaneæ actiones. Videre licet quàm inscite alij dixerint, actiones secundum uirtutem. F

Atque etiã meminisse debemus &c. μεμνῆσθαι δὲ καὶ προειρημένων χρή.) Hunc totum locum supra explicaui.

Ne in eo quod attingendũ fuit, quàm in eo cuius causa attigimus, longior ponatur oratio, ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίνηται.) Verba sunt ipsa Ciceronis in lib. de uniuersitate, Hunc locum. 1. de Legibus, sic expressit. Sũt enim hæc maiora quæ aliorum causa fortasse complecteris, quàm ipsa illa quorum hæc causa præparantur. Ex quibus locis perspici potest, multis uerbis id nos cogi dicere, quod Græci paucis dicunt. In posteriore exemplo animaduertere licet, τὰ πλείω Ciceronem dixisse maiora, & γίνεσθαι esse, quod multis locis faciendũ est necessario. τὰ πάρεργα recte dixit quæ attingenda sunt, & quæ aliorum causa præparantur. Et ἔργα quorum causa præparantur. i. πάρεργα, & quorum causa eadem attinguntur. Itaque fit, ut sint in ijs quæ inter se comparantur. i. ad aliquid. Atque ut omnes intelligant ita hæc uerba exponenda esse, proferam hic locum Platonis ex Timæo, quem Cicero interpretatus est. τὰ δ' ἄλλα οἷς δὴ ὃ δι' ἃς αἰτίας ἱδρύσατο, ἔτις ἐπεξίοι πάσας, ὁ λόγος πάρεργος ὢν, πλέον ἂν ἔργον ὧν ἕνεκα λέγεται, παράσχοι. Ciceró sic transtulit, Reliquorum syderum quæ causa collocandi fuerit, quæque eorum sit collocatio, in sermonem alium differendum, ne in eo quod attingendum fuit, quàm in eo cuius causa id attigimus, longior ponatur oratio. Si quis hos duos locos inter se collatos diligenter consyderarit, intelliget profecto, hunc cum exponeret Cicero, potius secutum uerba Aristotelis quàm Platonis. credo quòd nollet quenquam sci- G H

A *re huc totum locū à se esse conuersum. Si quis autem hunc locum quem interpretamur contulerit cum aliorum interpretatione, is reperiet* τὰ πάρεργα *quæ essent, illos omnino ignoraße.*

CAP. VIII.

SIC ENIM *totum positum erit in animi cura & cogitatione, non in fortunæ temeritate,* ἢ οὕτω γὰρ τ̃ περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν γίνεται καὶ οὐ τ̃ ἐκτός.) Cicero. 1. de Officijs, *Honestum autem quod exquirimus, totum positum est in animi cura & cogitatione.* Idem in lib. de Amicitia, *Belluarum hoc quidem extremum, illa autem superiora caduca & incerta, posita non tam in nostris consilijs quàm in fortunæ temeritate.* Hi mihi uidentur loci ad hunc quem tractamus Aristotelis proxime accedere. Quod si cui minus probetur, eum locum sic expo-
B nat, *Sic enim totum positum est in animi bonis, ac non in fortunæ temeritate.* καὶ οὐ, *ac non* Cicero dicit. 1. de Legibus, *Probe quidem sentis, si re, ac non uerbis dissident.* Aliter illud ἢ tollit omnino, ut ex superioribus exemplis perspicuum est.

Cuius autem rei quisque cupidus est, ea delectatur, ἑκάστῳ δ᾽ ἐστὶν ἡδὺ πρὸς ὃ λέγεται φιλοτοιοῦτος.) Cicero de senectute, *Cupidis enim rerum talium odiosum fortasse & molestum est carere.* Græci abundant uerbis compositis, Latini non item. Itaque pluribus uerbis id cogimur dicere quod illi uno dicunt. Dicam igitur ut potero de uerbis à φίλος compositis. φιλάρετος, *cupidus, studiosus uirtutis.* Nam & φιλοσοφίαν *studium sapientiæ* dixit Cicero in Tuscul. quæst. & de Amicitia, *uenandi & pilæ studiosi.* & de senectute, *cupidis rerum*
C *talium*, quod hic Aristotel. dixit uno uerbo φιλοτοιοῦτος. & quod hic Aristotel. dicit φιλόκαλος. 2. Tusculan. quæst. interpretatur, *studiosus honestatis, & appetens.* Præterea ad illa illustriora ueniendum est, *is cui uirtus chara est*, ut φιλόπατρις, *cui patria chara est.* item *trahi studio uirtutis, duci uirtute:* ut Cicero pro Archa poëta, τοὺς φιλοτίμους dixit, *qui ducuntur gloria*, & φιλεπαίνους *qui trahuntur studio laudis.* Trahimur omnes studio laudis, & optimus quisque maxime gloria ducitur. i. οἱ ἄριστοι φιλοτιμώτατοι. Quanquam hæc ipsa poßint ad uerba ipsa accōmodari & referri, ἐφίεται, ὀρέγεται τῆς τιμῆς, τῆς δόξης, τοῦ ἐπαίνου. sed tamen tum fere nomen cupiditatis additur, ut *duci cupiditate gloriæ, trahi studio laudis*, & alia eius generis.

D *Sed tamen*, δ᾽ ὅμως.) Alio loco dicit ἀλλ᾽ ὅμως. Cicero solet hoc dicere, *Sed tamen.* Semel solum legi, *uerumtamen.* raro, *Attamen.*

Bonis externis indiget, τ̃ ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεομένη) Cicero. 3. de Finibus, *Ne illud quidem est consentaneum, ut cum tria genera bonorū sint, quæ sententia est Peripateticorum, eo beatior quisque sit, quo sit corporis aut externis bonis plenior.* Multis locis in 5. de Finibus sic dicit, quo libro hoc uerbum duobus alijs modis transfert. i. *ea quæ sunt extrinsecus, & quæ sunt extra.* Hæc

sunt eius uerba, Hæc autẽ quæ sunt extrinsecus.i. quæ neque in animis insidẽt neque E
in corpore, ut amici, ut parentes, ut ipsa patria, sunt illa quidẽ suaspõte chara, sed
eodem in genere quo illa non sunt. Nec uero quisquam summum bonum assequi un
quã posset, si omnia illa quæ sunt extra, quãquã expetẽda, summo bono cõtinerẽtur.
Has etiam prosperitates uidetur requirere, ἔοικε προσδεῖσθαι ἡ τῆς τοι-
αύτης εὐημερίας. paulo post dicit εὐτυχίαν, & paulo ante dixit εὐπραξίαν.
Cicero dicit prosperas res potius quàm prosperitates. nec hoc uerbum legi apud
eum nisi bis: semel in tertio de natura deorum libro extremo, Improborum igi-
tur prosperitates secundæque res redarguunt, ut Diogenes dicebat, uim omnem
Deorum atque potestatem. Iterum paulo ante, Atque hoc quidem omnes mor-
tales sic habent, externas commoditates, uineta, segetes, olìueta, ubertatem fru-
gum & fructuum, omnem denique commoditatem prosperitatemq; uitæ à dijs se F
habere. Nusquam autem dixit aduersitates τὰς ἀτυχίας, nec quisquam Lati-
nis literis eruditus. quod mihi interdum mirum uideri solet. Quod autem supra
dixit commoditatem, & sæpe commoda, Aristoteles dicit χορηγίαν, ipse autem
Cicero Stoicorum uerbum εὐχρηστήματα sic interpretatur. 3. de Finibus, extre-
mo, & δυσχρηστήματα incommoditates. Incommoda autem & commoda (Ita
enim εὐχρηστήματα & δυσχρηστήματα appello) communia esse uoluerunt, pa-
ria noluerunt. Ibidem ὠφελήματα & βλάμματα appellat, emolumen-
ta & detrimenta. Vt ergo conseruetur omnis homini erga hominẽ societas, coniun
ctio, charitas, & emolumenta & detrimenta, quæ ὠφελήματα & βλάμμα-
τα appellant, communia esse uoluerunt. Itaque ibidem τὸ ὠφελεῖν prodesse G
dicit, & βλάπτειν nocere. Loquens enim de illis duobus superioribus, Illa enim,
inquit, quæ prosunt, aut quæ nocent, aut bona sunt aut mala, quæ sint paria neces-
se est. Aristoteles non utitur illis uerbis (sunt enim Stoicorum propria) sed βλά-
βας & βλάβη quæ detrimenta Cicero appellat. & ὠφελείας, & ὠφέλη,
quæ emolumenta ille, quæ eadem adiumenta & auxilia possumus dicere. Sed re-
uertamur eò unde nostra delapsa est oratio. εὐτυχίαν ergo & εὐπραξίαν
Cicero secundã & prosperam fortunam appellat, sicuti quod ἀτυχίαν idem A-
ristoteles, & δυστυχίαν uocat, aduersam fortunã calamitatemque transfert.
Hæc autem in plurali & τὰ εὐτυχήματα & δυστυχήματα, res secundas H
& prosperas, aduersas calamitatesque dicit. Quando autem huc me deduxit
oratio, age uideamus quemadmodum & Græci & Latini hæc uerba coniungant.
Aristotel. 10. cap. huius libri dicit, φέρειν τὰς τύχας κάλλιστα καὶ ἐμμελῶς,
his uerbis, ἀεὶ γὰρ ἢ μάλιστα πάντως πράξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ' ἀρε-
τὴν, καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα, καὶ πάντῃ πάντως ἐμμελῶς. Illud
φέρειν ἐμμελῶς Cic. dicit apte. 4. Tus. quæst. Atque idem ita acrẽ in omnes par
tes aciẽ intẽdit, ut semper uideat sedẽ sibi ac locũ sine molestia atq; angore uiuendi,
ut quẽcunq; casum fortuna inuexerit, hunc apte & quiete ferat. Illud autẽ κάλ-
λιστα φέρειν uerbũ è uerbo exprimẽs dicit, ferre pulcherrime. Seruius Sulpitius in

A epistola qua Ciceronē ægrū ob filiæ mortē consolatur Vidimus aliquoties secundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamq; ex ea re te laudē adipisci. Aristo. ibidē dicit φέρειν ἀτυχίας εὐκόλως, & φέρειν τὰς τύχας εὐσχημόνως. quorū prius ferre non grauiter, sed leuiter, aut facile. nam εὔκολον Cicero appellat non difficilē. Interpretor posterius uerbum è uerbo, æquo animo. Est etiā illud genus φέρειν ῥαδίως quod est apud Platonē usitatissimū. In primo de Rep. ῥαδίως δὲ γῆρας φέρειν. καὶ τοῖς δὴ μὴ πλουσίοις χαλεπῶς δὲ τὸ γῆρας φέρουσιν, εὖ ἔχει ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι οὔτ' ἂν ὁ ἐπιεικὴς πάνυ τοι ῥαδίως γῆρας μετὰ πενίας ἐνέγκοι, οὔθ' ὁ μὴ ἐπιεικὴς εὔκολός ποτ' ἂν αὑτῷ γένοιτο. Cicero pene pagellam totam eius libri conuertit in lib. de senectute. Nec ferre illud φέρειν ῥαδίως τὸ γῆρας dicit ferre facile senectutē. Nam his uerbis hūc B locum transtulit. Quod eodem modo de senectute potest dici. Nec enim in summa inopia leuis esse senectus potest, ne sapienti quidem: nec insipienti in summa copia non grauis. Quo loco cernere licet quàm diserte interpretatus sit illud εὖ ἔχει ὁ αὐτὸς λόγος, Quòd eodem modo dici potest. Illud etiam μετὰ πενίας, in summa inopia. ῥαδίως ergo φέρειν τὸ γῆρας dixit leuem esse senectutem. Paulo supra illud idem dicit, Tolerabilem agere senectutem: Sed fortaße dixerit quispiam, tibi propter opes & copias & dignitatem tuam tolerabilem senectutem uideri. Apud Platonem est hoc expreßum pluribus uerbis, οἶμαί σου τοὺς πολλοὺς ὅταν ταῦτα λέγῃς οὐκ ἀποδέχεσθαι ἀλλ' ἡγεῖσθαί σε ῥαδίως τὸ γῆρας φέρειν, οὐ διὰ τὸν τρόπον, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλὴν οὐσίαν κεκτῆσθαι. Idem C in Critone dicit, ῥαδίως καὶ πρᾴως φέρειν τὴν ξυμφορὰν. qđ Cic. ad senectutē transfert. Coniunxit enim duos locos, ἀλλὰ καὶ σοῦ πάλαι θαυμάζω αἰσθανόμενος, ὡς ἡδέως καθεύδεις· καὶ ἐπίτηδές σε οὐκ ἤγειρον, ἵνα ὡς ἥδιστα διάγῃς. καὶ πολλάκις μὲν δή σε καὶ πρότερον ἐν παντὶ τῷ βίῳ εὐδαιμόνισα τοῦ τρόπου, πολὺ δὲ μάλιστα ἐν τῇ νῦν παρεστώσῃ ξυμφορᾷ, ὡς ῥαδίως αὐτὴν καὶ πρᾴως φέρεις. Cicero sic paucis additis mutatisue uerbis, Sæpe numero mirari soleo cum hoc C. Lælio, cum cæterarum rerum tuam excellētem M. Cato perfectamque sapientiam, tum uel maxime, quòd senectutem tuam nunquam tibi grauem esse senserim. Cicero in epistolis sæpe dicit ferre facile. Moleste ferre & grauiter ferre his sunt contraria, quibus respondent apud Græcos βαρέως D φέρειν, & χαλεπῶς φέρειν. quorum posteriore paulo ante usus est Plato.

CAP. IX.

EX QVO existit quæstio, ὅθεν ἀπορεῖται.) ἀπορεῖσθαι, dubitari. Sed nunquam Latinus sermo patiatur, ut sic transferamus, unde dubitatur.

Num doctrina, consuetudine &c. πότερόν ἐστι μαθητὸν ἢ ἐθιστόν.) Hunc locū supra tractauimus,

Ac si quod aliud à Dijs datū munus homini est, εἰ μὲν οὖν καὶ ἄλλο τί ἐστι θεῶν δώρημα ἀνθρώποις.) Cicero initio. 1. lib. Academic. quæstio, Nec ullum

arbitror, ut apud Platonem est, maius aut melius à Dijs datum munus homini: E
Quod ait esse apud Platonem, id est in Timæo. quem locum proferendum censui
& Ciceronis interpretationem, ut ubertas orationis studiosis Græci, Latiniq; ser-
monis pareretur. ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγα-
θὸν οὔτ' ἦλθεν, οὔτ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθέν. *Hūc Cicero ita in lib.*
de uniuersitate conuertit, Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus, quo bono
nullum optabilius, nullum præstantius, neque datum est mortalium generi deorum
concessu atque munere, neque dabitur. πορίζεσθαι *diserte dixit adipisci. Huc*
pertinet quod mox addit Aristoteles, θεόσδοτον εἶναι. *i. datam esse à deo, scilicet*
beatitudinem. Nam si uerbum è uerbo exprimentes, dicamus, Si quod etiam a-
liud est deorum munus hominibus, Latinus sermo non patiatur. Itaque si Lati- F
ne loqui uoluerimus, necesse est, uel illud εἶναι *dicamus habere, ut Cice. facit cū*
plerisque in locis, tum in. 3. de natura deorum: aut cōtenti simus superiore trans
latione, qua sæpius Cicero utitur.

Consentaneum est, ὁμόλογον.) *Non est quòd doceam pluribus, Græcos in neu-*
tris adiectiuorum prætermittere ἐστί, *cum sequitur infinitus modus. Nam hoc ita*
usitatum est, ut neminem ignorare arbitrer. Tantum id dico, idem in hoc ge-
nere nobis non licere quod Græcis. Itaque semper uerbum est debet addi. Huic
uerbo quo de agitur, Cicero uerbum infinitum adiungit, nisi talis aliqua parti-
cula præponatur, illud, hoc, uel id, tumque ut in cæteris omnibus, ut solet appo-
nere. Scribit his uerbis 3. de Fini. Itaq; cōsētaneum est ijs quæ dicta sunt, ratione
illorum, qui illum bonorum finem, quod appellemus extremum, quod ultimum, pu G
tent crescere posse: ijsdem placere esse alium alio sapientiorem. Paulo ante, Ne il
lud quidem est consentaneum, ut cum tria genera bonorum sint, quæ sententia est
Peripateticorum, eo beatior quisque sit, quo sit corporis aut externis bonis ple-
nior. Argyropylus semper dicit, Consentaneum est rationi, cum illud rationi nō
sit opus adiungere.

Sed hæc nō sunt huius disputationis & temporis, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως ἄλ-
λης ἂν εἴη σκέψεως οἰκειότερον.) *Hūc locum supra tractaui, & alium qui pau-*
lo post sequitur εἴπερ τὰ κατὰ φύσιν,

Fortunæ ascribere, ἐπιτρέψαι τύχῃ.) *Verbum è uerbo, permittere, quod*
haud scio an recte dici queat in hoc genere. Ciceronem quidem animaduerti hoc H
dicere, aliâs attribuere, aliâs ascribere, nonnunquam tribuere, aliâs assignare, a-
liâs reddere quod Græco uerbo ἀποδιδόναι *respondet, quo eodem sæpe his*
libris Aristoteles utitur. Interdum etiam adhibere. Is enim his uerbis scribit. 1.
de natura deorum, Non enim sentitis quàm multa uobis suscipienda sint, si impe-
traueritis, ut cōcedamus eandem hominum esse & deorum figuram, omnis cultus
& curatio corporis erit eadem adhibēda deo, quæ adhibetur homini, ingressus,

A cursus, accubatio, inclinatio, sessio, comprehensio, ad extremum etiam sermo & oratio. Idem libro. 3. extremo, At nonnunquam bonos exitus habent boni, eos quidem ascribimus attribuimusque sine ratione dijs immortalibus. Idem in libro quinto de Finibus, Atenim nosipsos nosse non possumus: quod præceptum quia maius erat, quàm ut ab homine uideretur, idcirco assignatum est deo. Quid enim? prudentiāne deo tribuemus, quæ constat ex scientia rerum bonarum & malarum. Atque hæc usitatiora, illud rarius, quod nisi semel inuenire non potui. Idem. 1. Nam locus quidem ijs etiam naturis quæ sine animis sunt, suus est cuique proprius, ut terra infimum teneat, hanc inundet aqua: supremum æther, ignibus altissima ora reddatur. Illud quod Cicero dixit tribuere, Aristotel. dicit ἀπονέμειν in. 10. huius operis cap. 8. quem locum imitatus est Cicero, πρᾶξεις δ᾽ ποίας
B ἀπονεῖμαι χρεὼν αὐτοῖς, πότερα τὰς δικαίας. Illud autem rarum quod dixi, uocat ἀποδιδόναι 6. huius operis cap. 7. τὴν δὲ σοφίαν ἐν ταῖς τέχναις τοῖς ἀκριβεστάτοις τὰς τέχνας ἀποδίδομεν. i. reddimus.

Huic autem summa cura in eo posita est, ut ciues bonos efficiat, αὕτη δὲ πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται, τοῦ ποιούς τινας, καὶ ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας ποιῆσαι.) πλείστην quidem ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, si uerbum pro uerbo reddamus, non ferat linguæ nostræ cõsuetudo. Quòd si uelimus ad nos usumque nostrum transferre, puto nos recte posse dicere, summam curam & diligentiam adhibere qđ genus dicendi Ciceroni est usitatissimū. Illud aūt, ποιούς τινας,
C omnino sermo noster respuit, quanquam aliquot locis dixerim, afficere. Quod uero postremum est, ποιῆσαι ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας, eo utitur Cicero. Scribit enim. 3. de natura deorum extrema fere pagina, Iouemq; optimum maximum ob eas res appellant, non quòd nos iustos, temperatos, sapientes efficiat: sed quòd saluos, incolumes, opulentos, copiosos.

Ob eamq; causam, διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν.) Sic semper Cicero solet trāsferre, ut δὲ in & transferatur. In quinto de Finibus, Est enim natura sic generata uis hominis, ut ad omne uirtutem percipiendam facta uideatur. ob eamque causam parui uirtutum simulacris, quarum in se habent semina, sine doctrina mouentur. Aliâs non addit in hoc genere, αἰτίαν, sed uel in singulari dicit, διὰ
D τοῦτο, uel in plurali, διὰ ταῦτα. sed fere & præponitur. Plena sunt his libris exēplorum omnia: Platonis unum locum ex Timæo proferam, quem Cicero conuertens in libro de uniuersitate, καὶ διὰ ταῦτα dixit, ob eamque causam. ἐξ ἧς δὴ τῆς αἰτίας γέγονεν ὅσα ἀπλανῆ τῶν ἄστρων ζῶα θεῖα ὄντα. & διὰ ταῦτα ἐν ταὐτῷ στρεφόμενα, ἀεὶ μένει. Cicero sic, Ex quo genere ea sunt sydera, quæ infixa cælo non mouentur loco, quæ sunt animantia, eaq; diuina: ob eamq; causam suis sedibus inhærent, & perpetuo manēt. ἀπλανῆ ἄστρα hic infixa sydera appellat. In lib. de natura deorum. 2. uocat inerrantes stellas, Habent

igitur suam sphæram stellæ inerrantes &c. E

Multæ enim mutationes, uarijque euentus in hominum uita fortunaque uersantur, πολλαὶ δὲ μεταβολαὶ γίνονται καὶ παντοῖαι τύχαι κατὰ τὸν βίον) γίνεσθαι κατὰ τὸν βίον, Versari in uita. Nam uersari interdum non aliud significat, quàm esse, quod etiam γίνεσθαι interdum efficit. Cicero sic loquitur, 1. de Officijs, Et ea quæ uidentur acerba quæ multa & uaria in hominum uita fortunaque uersantur, ita ferre, ut nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis: robusti animi est magnáque constantiæ.

CAP. X.

QVAERET igitur aliquis, πότερον οὖν.) Quoniã Latinus sermo hanc interrogationem repudiat, aliasque eius generis, ad nostrum morem hunc locũ aliosque permultos transferre malui. F

Quoad uiuat, ἕως ἂν ζῇ.)

Iudicandus est beatus. sed Solonis sententia, expectandum extremum ætatis, ut tum deniq; &c. εὐδαιμονιστέον, κατὰ Σόλωνα δὲ χρεὼν τέλος ὁρᾶν.) Hunc locum transtuli pene ijsdem uerbis quibus Cicero 3. de Finibus, extremo, Nec expectet ullum tempus ætatis, ut tum denique iudicetur beatus ne fuerit, cum extremum uitæ diem morte confecerit. Ex quo loco singularem quandam diserte interpretandi rationem comparabimus. Dicit enim τὸ ὁρᾶν expectare, & ἀποθνήσκειν, extremũ uitæ diem morte conficere. τότε & ἐπειδὰν tum denique cũ.

Quanquam enim sensus abierit, tamen summus &c. δοκεῖ γὰρ εἶναι τι τῷ τεθνεῶτι καὶ καλὸν καὶ ἀγαθόν. εἴπερ καὶ τῷ ζῶντι μὴ αἰσθανομένῳ δέ, οἷον τιμαί,) Hunc uidebor locum transtulisse audacius, sed Ciceronem auctorem adhibeo, cuius sunt uerba, non mea. Scribit enim. 1. quæst. Tusculan. his uerbis, Quanquam enim sensus abierit, tamen summis & proprijs bonis & laudis & gloriæ, quamuis non sentiant, mortui non carent. In quo notare debemus, quod Aristotel. dixit singulari numero, eum dixisse plurali. quod ob eam causam fecit, quòd in sigulari numero mos noster non ferat, mortuus, nisi nomen addatur quod grammatici substantiuum uocant. in plurali autem recte dicitur sine adiunctione. G

Qui beatam uitam usque ad senectutem protulerit, τῷ δὲ μακαρίως βεβιωκότι μέχρι γήρως. Sic recte transferri poterat, qui beate uixerit usque ad senectutem: sed Ciceronis uerba malui ponere, ea quæ sunt apud eum. 3. de Finibus, extremo, Quod ille unus ex septem sapentibus non sapienter Crœsum monuit. nam si beatus unquam fuisset, beatam uitam usque ad illum à Cyro extructum rogum protulisset. H

Migraueritq; è uita conuenienter rationi, καὶ τελευτήσαντα κατὰ λόγον.) Supra satis probaui & ostendi, quemadmodum hæ phrases Græcorum à Cice-

A rone cōuertantur, ζῆν κατ' ἀρετὴν, ζῆν κατὰ φύσιν. Itaque ad illam rationem hoc genus referendum arbitror, πλανᾶσθαι κατὰ λόγον, id est migrare è uita ex ratione, id est secundum rationem. Sic enim malo dicere, quàm ut nonnulli, mori eodem modo, ut κατὰ λόγον significet hoc loco, quod dicit Cic. proportione. id quod alio loco docebo.

Degántque uitam ex dignitate, καὶ τυχεῖν βίου τοῦ κατ' ἀξίαν.) Præpositio κατὰ cum accusandi casu multis uarijsq; modis cōmode à Cicerone exponitur. de quibus in libro 5. disseremus. nunc hoc tractandū genus est, κατ' ἀξίαν, quod Cicero transfert & ex dignitate, & pro dignitate. in 15. Epistolarum libro, earū quæ familiares appellantur, epistolæ quam C. Marcello C O S. designato scribit, B hoc initium est, Maxima sum lætitia affectus, cum audiui te consulem factum esse, eúmque honorem tibi deos fortunare uolo, atque à te pro tua parentísque tui dignitate administrari. Infrà, quartæ ab hac epistolæ hoc principium est, Et si mihi nunquam fuit dubium, quin te populus Rom. pro tuis summis in Rēpub. meritis & pro amplissima familiæ dignitate, summo studio cūctis suffragijs Consulē facturus esset, tamē incredibili lætitia sum affectus, cum id mihi nūtiatum est: eúmque honorem tibi deos fortunare uolo. à teq; ex tua maiorúmq; tuorum dignitate administrari. Ex his duobus locis facilè intelligi potest, in una eadémque re illud κατ' ἀξίαν, pro dignitate & ex dignitate dictum esse à Cicerone. qua ergo ille ratione dixit, ex dignitate parentis honorē, id est magistratum administrare, eadē ego τυγχάνειν βίου κατ' ἀξίαν, sequi & degere uitam ex dignitate, dicendum ar C bitror. Atque ego idem quo magis locutionem Ciceronis imitemur & exprimamus, ad illud, ex dignitate sua & illorum, addi posse rectè confirmo, & certè id omissum est uel mea uel aliorum negligentia, quoniam id facilè ex Aristot. loco quē tractamus perspici potest. Dicamus igitur hoc modo, Degántque uitam ex illorum dignitate. Nam hoc loco loquitur Aristot. de beatorum posteris, quorum alij ex dignitate maiorum aut parentum uitam agant, alij contra.

Sitque aliàs miser, aliàs beatus, καὶ γίνοιτο, ὅτε μὲν εὐδαίμων, πάλιν δὲ ἄθλιος.) Cicero 2. de finibus lib. Nec appellatur omnino uita beata, nisi confecta atque absoluta. neque enim potest quisquam aliàs beatus esse, aliàs miser.

Quid est quamobrem non, πῶς οὔ.) Hæc genera dicēdi apud Ciceronem sunt creberrima, Quid est cur, quid est quamobrem: & cum negatione, quid est quam- D obrem non. Barbari dicunt πῶς, quomodo. Hæc autem locutio sic exprimenda est, duntaxat in media oratione.

Non enim in ea positum est, beatum esse, uel miserum, οὐ γὰρ ἐν ταύταις, τὸ εὖ ἢ κακῶς.) Hunc locum secundo lib. de finib. Cicero adumbrauit, Non enim in sapientia positum est beatum esse, sed in ijs rebus quas sapientia comparat ad uoluptatem.

Beatæ autem uitæ dominæ sunt uirtuti consentaneæ actiones, κύριαι δ' εἰσὶν αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι τῆς εὐδαιμονίας.) Cicero 3. de finib. Totum autem id externum, & quod externum, id in casu est. ita fit beatæ uitæ domina fortuna. εὐδαιμονίαν appello sæpe beatam uitam, cùm hoc loco Ciceronis adductus, tum plerisq; alijs lib. de finib. quibus libris cùm sententiam Peripateticorum de finibus bonorum defendat & approbet, in ijsq; Arist. præcepta teneat, hósque eius de moribus libros imitetur, nec nisi semel ipse εὐδαίμονα βίον dicat, nec Cicero beatitudinem, seu beatitatem nisi semel transferat: ob eas causas eum puto nomē beatæ uitæ pro illo crebris usurpare sermonibus. E

Firmitas, βεβαιότης.) Cicero hæc tria sæpe coniungit, quæ idem ualent firmitatem, stabilitatem, constantiam. 3. de finib. uirtus stabilitatem, firmitatem, constantiam totius uitæ complectitur.

Vt ijs in rebus quæ uirtute gerūtur, ὡς περὶ τὰς ἐνεργείας τὰς κατ' ἀρετήν.) αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι, actiones uirtuti cōgruentes, & consentaneæ, aut quæ à uirtute proficiscūtur. ego autem sic converti, ut si dixisset, ὡς περὶ τὰ κατ' ἀρετήν, quod idem efficit. F

Multo enim & firmiores scientijs sunt & constantiores, μονιμώτεραι γὰρ καὶ τῶν ἐπιστημῶν αὗται δοκοῦσιν εἶναι.) hoc in loco Ciceronis illum exprimere conatus sum, qui est scriptus 3. de officijs, quo naturam fortunæ comparans, illam huic anteponit. Multo enim & firmior est & constantior.

Quarum ut quæque præstantissima est, ita etiam stabilis maxime, τούτων δ' αὐτῶν αἱ τιμιώταται καὶ μονιμώταται.) De hoc genere supra satis multa præcepi. G

Quod causa est cur nulla obliuione obruantur, τοῦτο γὰρ ἔοικεν αἰτίῳ τοῦ μὴ γίνεσθαι περὶ αὐτὰ λήθην.) Sic loquitur Cicero in libris de philosophia, ut primo de finib. Est autem situm in nobis, ut & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda iucundè ac suauiter meminerimus .i. ἐφ' ἡμῖν γίνεσθαι περὶ τὰ δυστυχήματα λήθην. Illa etiam Ciceronis phrasis est. hoc causa est, cur illud fecerim. in lib. de Fato, Hoc enim modo uiator quoque bene uestitus causa foret, cur à crassatore spoliaretur, id est, αἴτιον ἂν εἴη τοῦ ἐκδύεσθαι ὑπὸ τῶν λῃστῶν.

Cúmque multos casus fortuna inuehat, πολλῶν δὲ γινομένων κατὰ τύχην.) Illud δὲ in hoc genere Cice. uertit q;, præposito cum. Hanc phrasim Aristotelis uidetur conuertisse Cic. 4. Tuscul. quæst. Atque idem ita acrem in omnes partes aciē intendit, ut semper uideat sedem sibi ac locum sine molestia & angore uiuēdi, ut quencunque casum fortuna inuexerit, hunc aptè & quietè ferat. Nam γίνεσθαι πολλὰ διὰ τύχην, si dicamus euenire multa casu & temere, latinè id fiat, sed parum ad huius loci explicationem. H

A Iiq; magnitudine & exiguitate differant, καὶ διαφερόντων μεγέθει καὶ μικρότητι.) μικρότης à Cicerone semper exiguitas exponitur, nec unquam dicit paruitatem, nisi in lib. de uniuersitate, Itaque cùm accepissent immortale principium mortalis animantis, imitantes genitorem & effectorem sui, particulas ignis & terræ & aquæ & aëris à mundo, quas rursus redderent, mutuabantur: eásq; inter se copulabant, haud iisdem uinculis, quibus erant colligati, sed talibus quæ cerni non possent propter paruitatem. 4. de finibus, Itaque in quibus propter earum exiguitatem obscuratio sequitur, sæpe accidit: ut nihil interesse nostra fateamur, sint illa, nécne sint. Paulo pòst eodem utitur.

Prosperè eueniunt, γινόμενα μὲν εὖ.) γίνεσθαι εὖ, prosperè euenire dixit Cicero de natura Deorum extremo secundo, Magna dij curant, parua negligunt: magnis autem uiris prosperè eueniunt semper omnes res. quod idem συμβαίνειν εὖ περὶ τινα, dici potest.
B

Nam & natura ipsi ad splendorem ualent & ornatum, ἅ γὰρ αὐτὰ συνεπικοσμεῖν πέφυκεν.) Hoc fortasse dici potest aptius: solent afferre ornamentum aut esse ornamento. nam φύω sæpe soleo dicitur.

Nam & dolores afferunt, λύπας τε γὰρ ἐπιφέρει. s. τὰ πολλὰ διὰ τύχην γινόμενα. Græci etiam dicunt ἐπιφέρειν τὴν ἡδονήν. ut Aristot. 10 huius operis capit. 3. περὶ πολλά τε σπουδὴν ποιησαίμεθα ἂν ὧ εἰ μηδεμίαν ἐπιφέρει ἡδονήν. Hæc duo genera mutuati sumus à Græcis. Sunt enim apud Ciceronem adeo crebra, afferre dolorem & afferre uoluptatem, ut non sit opus hoc
C exemplis facere longiùs. Sed de his idoneo loco plura.

Qui uirtutis perfectæ perfectò fungatur munere, τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα.) Alio loco docui πράττειν cui par est ἐνεργεῖν, à Cicerone dici fungi officio. Quod ex hoc loco etiam intelligi potest. ἐνεργεῖν κατὰ τελείαν ἀρετὴν non aliud puto esse, quàm quod dicit Cicero primo Tusculan. quæst. fungi officio perfectæ uirtutis. Nemo parum olim uixit, qui uirtutis perfectæ perfecto functus est munere.

CAP. XI.

NIHIL omnino ad mortuos pertinere, συμβάλλεσθαι. Superiore capite dixit τὰ τῶν ἐκγόνων συνικνεῖσθαι τοῖς τεθνεῶσι. & in hoc paulo post, διικνεῖσθαι πρὸς τετελευτηκότας. Cicero 1. Tusculan. quæst. hunc locum de mor
D tuis tractat pluribus uerbis. eius de hac re sententia his duabus orationibus continetur, Totus igitur hic locus est contemnendus in nobis, non negligendus in nostris: ita tamen, ut mortuorum corpora nihil sentire sentiamus. Quantum autem consuetudini famæq; dandum sit, id curent uiui: sed ita, ut intelligant nihil ad mortuos pertinere.

Singillatim quidem disserere, καθ' ἕκαστον μὲν διαιρεῖν.) διαιρεῖν diuidere

A ctat Aristot. explicare quæstionem.

Est enim uirtutis laus propria, qua apti sumus ad res honestas gerendas. Encomia autem ea potius attingunt quæ tam corporis quàm animi geruntur uiribus, ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος, τῆς ἀρετῆς. πρακτικοὶ γὰρ τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης. τὰ δὲ ἐγκώμια τῶν ἔργων ὁμοίως καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ψυχικῶν.) In lib. secundo de moribus eorum quos ad Eudemiū scripsit, docet idem quid inter ἔπαινον & ἐγκώμιον intersit his uerbis. ἔτι δ' οἱ ἔπαινοι τῆς ἀρετῆς διὰ τὰ ἔργα, καὶ τὰ ἐγκώμια τῶν ἔργων. paulò infra, ἢ διὰ τί ἡ εὐδαιμονία οὐκ ἐπαινεῖται; ὅτι διὰ ταύτην τἆλλα, ἢ τῷ εἰς ταύτην ἀναφέρεσθαι, ἢ τῷ μόρια εἶναι ταύτης, διὸ ἕτερον εὐδαιμονισμὸς, καὶ ἔπαινος, καὶ ἐγκώμιον. τὸ μὲν γὰρ ἐγκώμιον λόγος τοῦ καθ' ἕκαστον ἔργου. ὁ δ' ἔπαινος τοιοῦτον εἶναι κα-
B θόλου. ὁ δ' εὐδαιμονισμὸς, τέλος. id est, Iam uero laudes propriè uirtutibus tribuuntur, propter facta: encomia autem factis rebúsque gestis. præterea quid ita beatitudo non laudatur, quia eius causa sint cætera omnia, aut quia ad eam referantur, aut quia eius sint partes. Quocirca aliud est beatitudo, aliud laus, aliud encomiū. Est enim encomium oratio quæ habetur de singulorū factis: laus quæ de rebus uniuersis: beatitudo finis. Ego ἐγκώμιον coactus sum dicere encomium, aliter enim differētia Græcorum non fuißet expreßa. Cicero uertens in secundo extremo de legib. locum Platonis ex 12. de legib. libro quod ἐγκώμιον Plato appellat, laudem nominat. Locus hic est Platonis, χῶμα δὲ μὴ χωννύναι ὑψηλότερον πέντε ἀνδρῶν ἔργου ἐν πένθ' ἡμέραις ἀποτελούμενον. λίθινα δ' ἐπιστήματα,
C μὴ μείζω ποιεῖν ἢ ὅσα δέχεσθαι τὰ τοῦ τετελευτηκότος ἐγκώμια βίου, μὴ πλείω τεττάρων ἡρωικῶν στίχων. Sic Cicero, Extrui autem uetat sepulchrum altius, quàm quod quinque diebus absoluerint, nec è lapide excitari plus nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui incisam, ne plus quatuor heroicis uersibus. Quo in loco perspicitur deeße nominandi casus illius absoluerint, itaque hæc duo, quinque homines ex Platone restitui debent. Præterea legendum puto ἀποτελουμένου, ut referatur ad genitiuum ἔργου. Locutiones obseruare debemus. Locus hic pluribus à Cicerone explicatur, quem hic non totum proferre uolui, ne molestiam afferret.

Cap. XIII.

D SED quoniam, ἐπεὶ δὲ.) Cicero sæpius dicit, sed quoniam, interdum quoniam autem. ut 1. de finib. Quoniam autem id est uel summum bonorum uel ultimum uel extremum, quod Græci τέλος nominant, quod ipsum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes: fatendum est summum esse bonum, iucūdè uiuere. Et 1. de officijs, Quoniam autem uiuitur non cum perfectis hominibus plenéque sapientibus &c. Illud alterum frequentius est.

Hoc declarant Cretensium & Lacedæmoniorum legislatores, παράδειγμα

δὲ τούτων ἔχομεν, τοὺς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων νομοθέτας. Illud si uer E
bum è uerbo exprimeremus, non ferret latina oratio, at Gallica pateretur. potui dicere, Documento sunt & cætera, sed malui phrasim Ciceronis imitari, qui in hoc genere, illud declarat, aut indicat, solet dicere. Eadem est ratio illius μαρτυρεῖ, quo usus est Aristoteles cap. 10. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ νῦν ἀπορηθέν. Neque enim rectè possumus dicere, testatur, nec testis est ea quæ modo tractata est quæstio. Neque enim hoc uerbum tribuimus rebus mutis & inanimis, nisi fortè urbibus, iisq; omnibus quæ percipiuntur sensibus.

Tractatio, σκέψις.) supra ostendi uerbum hoc apud Ciceronem usitatum esse ac tritũ pro disputatione. Quod cum docui, negare nolui, quin aliàs posset modis multis uarũsque conuerti. Itaque & consideratio dicitur à Cicerone & tracta-
tio. Atque haud scio, an illi aliquot locis respondeat nomen loci, quod est apud F
Ciceronem usitatissimum. In primo de legibus libro, Neque enim omnia sunt huius disputationis ac temporis, & hunc locum satis, ut mihi uidetur, in ijs lib. quos legistis, expressit Scipio.

Perspicuum est, cum eo instituto quod initio secuti sumus, omnem hãc congruere ac consentire quæstionem, δηλονότι γένοιτ᾽ ἂν ἡ ζήτησις κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν. Dicetur idoneo loco de uaria ratione transferendi nominis προαιρέσεως. γίνεσθαι hic esse dico. Ita γίνεσθαι ζήτησιν κατὰ τὴν προαίρεσιν, quoniã εἶναι κατὰ, non est aliud nisi esse consentaneum siue congruere cum instituto. Nam γίνεσθαι cum significat existere, oriri, nasci, solet iungi cum ἐκ, aut dictione
eiusdem generis. G

Videndum est scilicet, quod sit hominis bonum. Summum enim hominis bonum quærimus, περὶ ἀρετῆς δὲ ἐπισκεπτέον ἀνθρωπίνης δηλονότι. καὶ γὰρ τἀγαθὸν ἀνθρώπινον ἐζητοῦμεν. hunc locum totidem pene uerbis ac iisdem Cicero tractauit quinto de finibus, Deinceps uidendum, quoniam satis apertum est, sibi quenque natura esse charum, quæ sit hominis natura, id est enim de quo quærimus.

Vel multo etiam magis, quo maior ciuilis scientia, & melior quàm medicina est, καὶ μᾶλλον, ὅσῳ τιμιωτέρα καὶ βελτίων ἡ πολιτικὴ τῆς ἰατρικῆς.) Cicero primo de officijs hunc locum planè imitatus est, aut potius expressit, Vt
in fidibus & in tibijs, quanuis paulum discrepent, tamen id à sciente animaduerti H
solet: sic uidendum est in uita, ne forte quid discrepet, uel multo etiam magis, quo maior actionum & melior quàm sonorum concentus est. Vsitatum est ac frequens hoc genus apud Aristotelem, his præsertim libris de moribus. nono libro capite tertio, ὅταν δ᾽ ὑπὸ τῆς προσποιήσεως ἐκείνου ἀπατηθῇ, δίκαιον ἐγκαλεῖν τῷ ἀπατήσαντι, καὶ μᾶλλον ἢ τοῖς νόμισμα κιβδηλεύουσιν, ὅσῳ

A πολὺ τιμιώτερον ἡ κακουργία. Exponam hūc locū, ne lectores græca deterreant. Cum autem ab illius simulatione falsus est, par est accusari eum, qui fraude egerit, uel multo etiam magis, quàm eos qui nummos adulterant, quo calliditas in re præstantiore consumitur. Idem paulo post, ἐπανόρθωσιν δ' ἔχουσι μᾶλλον βοηθητέον εἰς τὸ ἦθος, ἢ τὴν οὐσίαν, ὅσῳ βέλτιον τοῦ φιλίας οἰκειότερον. id est, Iis autem qui emendari sanarique possunt, eo maius adiumentum afferēdum est ad uirtutem quàm ad opes, quòd melius est & amicitia dignius. Ex his tot exemplis iam intellectum puto, quemadmodum, & quot modis illud exprimere latinè possumus, quod Græci dicunt, τῷ μᾶλλον, ὅσῳ cum comparatiuo, & μᾶλλον sine καὶ. nunc uolo docere, quoniam huc me deduxit oratio, quemadmodum aliud tale genus rectè possumus dicere, in quo apud illos ὅσῳ, & τοσού-

B τῳ ponuntur. Aristoteles octauo huius operis, capite primo, ὅσῳ γὰρ πλείων τοσούτῳ ἐπισφαλεστέρα. loquitur de rerum prosperarum affluentia. Hunc locum ita Cicero conuertit ultimo paradoxo, Vter igitur est ditior? cui deest, an cui superat? qui eget, an qui abundat? cuius possessio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam, an quæ suis se uiribus sustinet. Debemus notare hoc loco, πλείων dictum esse maior, quod multis locis necesse est fieri. Deinde quàm disertè interpretatus sit, ἐπισφαλεστέρα εὐετηρία, id est, rerum omnium successus & abundantia, quæ plus requirit ad se tuendam. Ita τὸ ἐπισφαλές eleganter dicemus quod multa requirit ad se tuendum. Nam ἐπισφαλὴς res dicitur quæ opportuna est iniuriæ, quæ non est satis tuta per se, uerum multa ei pericula im-

C minent. ut de pudicitia possimus dicere: ut de diuitijs & opibus & copijs & possessione rerum Cicero & Aristoteles. Sed ad rem reuertamur. Idem Cicero paradoxo secundo extremo, Atqui si uoluptas quæ plurimorum patrocinijs defenditur, in rebus bonis habenda non est, eaq; quo est maior, eo magis mentem ex sua sede & statu dimouet: profectò nihil est aliud, bene & beate uiuere, nisi honestè & rectè uiuere. Eandem sententiam complexus est in libro de senectute, illis quo & eo prætermissis: Siquidem ea cum maior esset atque longior, omne animi lumen extingueret. His duabus orationibus unam Aristot. tertio huius operis, cap. postr. expressit, qua ille rem simpliciter collocat. κἂν μεγάλαι ὦσι σφοδραὶ ὦσι, τὸν λογισμὸν ἐκκρούουσι. Quo loco notare debemus interpretationem hanc disertā

D Ciceronis. ἐκκρούειν enim dixit ex sede & statu dimouere. quod Aristoteles alibi dicit ἐξίστασθαι. Intelligendum etiam est, illa duo ὅσῳ, & τοσούτῳ non semper apud Græcos iungi cum comparatiuis, aut superlatiuis: nec in nostrum morem transferri oportere quo & eo, sed illud τοσούτῳ hoc uel eo, & illud ὅσῳ quod: idque semper obseruaui, quoties τοσούτῳ præponitur, aut

prætermittitur illud quidem, sed sequitur illud ὅσῳ, cum sit ei præpositum compa E
ratiuum. Aristot. 3. huius operis cap. 8. τάξαι αἴτις ἂν τοὺς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀναγκαζομένους εἰς ταὐτό. χείρους δ' ὅσῳ οὐ δι' αἰδῶ, ἀλλὰ διὰ φόβον αὐτὸ δρῶσι. id est, eodem licet eos ascribere quibus à principibus uis affertur: sed deteriores sunt, quòd non pudore id faciunt, sed metu. Cic. hāc phrasim Græcorum sic transtulit 4. de finibus, Is hoc melior quàm Pyrrho, quòd uel aliquod genus appetendi dedit: deterior quàm cæteri, quòd penitus à natura recessit. Et quoniā in superiore exemplo Aristot. illud ὅσῳ tantummodo positum est, nec mihi locus ullus eius occurrit, in quo illud τοσούτῳ cōtineatur, ne quid prætermitterem quod ad hunc locum pertineret, malui Demosthenis quàm nullius id confirmare oratione. Hæc sunt eius uerba ex priore oratione contra Aristogitonem, καὶ τοσούτῳ πλείονος ὀργῆς ἄξιός ἐστι νῦν ἢ πρότερον, ὅσῳ τότε μὲν γράφειν μόνον ᾤετο δεῖν παρὰ τοὺς νόμους. id est, eóque maiore est odio dignus hoc tempore quàm anteà, quòd tum scribere solum contra leges putabat oportere. Quanquam hoc aliter ac melius, ut mihi quidem uidetur, transferri potest, ut aliquando dignitas quædam & ornamentum latinæ orationis quod tenebris quibusdam offusum erat, sese explicet ac proferat. Quo etiam maiore est iste odio dignus hoc tempore quàm anteà, qui &c. Atque ut omnes intelligant, ita esse transferendam hanc orationem, Ciceronis uelim putent esse translationem non meam. Hæc enim sunt eius uerba ex oratione quam apud Quirites contra Catilinam habuit, Quo etiam maiore sunt isti odio supplicióque digni, qui non solum uestris domicilijs atque tectis, sed etiam templis ac delubris sunt funestos ac nefarios ignes inferre conati. Idē actione in Verrem prima (nō numero diuinationem in actionibus) eodem modo tractat eundem locum. Quo maiore etiam, si fieri potest, apud uos odio esse debet, quàm est apud P. Rom. cum auaritia, scelere, periurio uos sui similes arbitretur. Hic ἄξιός ἐστι πλείονος ὀργῆς, dixit maiore odio esse debet, quod persæpe facit. Videmus in utroque exemplo illud καί, dictum etiam. Illud autem ὅσῳ, non dicit quòd, sed uel ipsum omnino tollit, uel ad initium transfert orationis, illo τοσούτῳ detracto atque sublato.

F

G

Medici nobiles multum operæ in cognitione corporis ponunt, καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ χαρίεντες, πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὴν τοῦ σώματος γνῶσιν.) Dicam hoc loco quid sentiam de ijs dicendi generibus quæ ad laborem, curā & diligentiam pertinent. Equidem puto πολλὰ πραγματεύεσθαι περί τι græcos appellare, quod Cic. solet dicere, multum operæ ponere in re aliqua. quod idē mihi uidetur significare quod Arist. ait 10. huius operis ἐνεργεῖν περὶ ταῦτα cap. 4. καὶ ἕκαστος περὶ ταῦτα καὶ τούτοις ἐνεργεῖ, ἃ καὶ μάλιστα ἀγαπᾷ. i. in ijsq; rebus quisque operam aliquam ponit quas maximè adamat. pro quo uersatur licet dicere: quanquam illud uersatur mihi magis uideatur dici grecè εἶναι περί τι. H

A etiam in hoc genere. Cicero hoc genere ita frequenter utitur, ut non sit opus exẽ-
plis. Sed tamen ne quis desideret in hac re operam nostram, contenti erimus uel
uno. principio 1 de finibus, Quidam autem non id totum reprehendũt, si remissius
agatur: sed tantũ studium tamq; multam operam in eo ponẽdam non arbitrantur.
κατατρίβειν & διατρίβειν περί τι, dicitur id quod Cicero, conterere, sed sem
per addit fere, ætatem aut ætates. cui simile est quod Aristo. dicit, κατατρίβειν
τὰς ἡμέρας περὶ τῶν τυχόντων, 3. lib. huius operis cap. 10. τοὺς γὰρ φιλο-
μύθους καὶ διηγηματικοὺς καὶ περὶ τῶν τυχόντων κατατρίβοντας τὰς ἡμέ-
ρας, ἀδολέσχους, ἀκολάστους δ' οὐ λέγομεν, id est, Nã qui fabellarum cupidi-
tate ducuntur, uel ad narrandũ & commemorandũ aliquid propensi sunt, & qui
B in rebus ut quæq; incidit & occurrit dies totos conterũt, eos loquaces, non intem-
perantes dicimus. Isocrates initio statim orationis contra Sophistas, dicit, διατρί-
βειν περὶ τὴν φιλοσοφίαν. Νῦν δ' οἱ τολμῶντες λίαν ἀπερισκέπτως
ἀλαζονεύεσθαι, πεποιήκασιν, ὥστε δοκεῖν ἄμεινον βουλεύεσθαι τοὺς ῥαθυ-
μεῖν αἱρουμένους, τῶν περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατριβόντων. Conuerti
hanc quoq; orationem. Nunc qui se nimis inconsyderate & importune uenditãt,
eò sua audacia rem deduxerunt, ut melius ij qui uitæ degendæ rationem ociosam
& inertem secuti sunt, quam qui se sapientiæ studio dediderunt, deliberare uideã-
tur. Nam in hoc genere hoc à Græcis differimus, quod illi simpliciter dicunt δια-
τρίβειν περὶ τὴν φιλοσοφίαν, nos uero si uerbum è uerbo exprimamus, non
commodè possumus idem dicere. Itaque necessario ad aliud uerbum confugimus,
C quod idem ualeat, nisi uelimus ætatem addere. Quod Cicero facit, quoties hoc uer
bo utitur, uelut 5. de finib. dicit, ætates conterere in rebus quærẽdis explicandisq;
naturis. πονεῖσθαι etiam & διαπονεῖσθαι dicunt περί τι. ut Aristot. dixit su-
periore cap. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οἰκειότερον ἐξακριβοῦν τοῖς περὶ τὰ
ἐγκώμια πεπονημένοις, id est, Sed de his accuratius disputare eorum fortasse
magis sit propriũ, qui in encomijs. i. laudationibus elaborarũt. Cicero sic transfert
interdum hoc uerbum, ut 1. de officijs, Ad quas res igitur aptissimi erimus, in his
potissimũ elaborabimus. i. ὧν γὰρ πρακτικώτεροι ἐσμέν, καὶ μάλιστα περὶ ταῦτα
πονήσομεν. Cicer. in procemio eiusdẽ non utitur cõposito uerbo, sed simplici. Et
id quidem nemini Græcorum uideo adhuc cõtigisse, ut idem in utroq; genere la-
boraret. Idem non uno uerbo sæpius solet dicere, Operam dare alicui rei. Quanquam
D & hoc quoq; ad multa alia trãsferatur. Illud autẽ quo supra usus est, quodq; nos
uerbũ ex uerbo exprimere tamen dixi nõ posse, ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, τοῦ ἀγα-
θοὺς τοὺς πολίτας ποιεῖσθαι, Sũmam curã & diligentiã eò cõferre, ut ciues bonos
efficiãt, Cicero solet dicere. Neq; enim à Græcis illud cõferre mutuati sumus, sed
nostrũ est ac propriũ. Itẽq; adhibere diligentiã, curã, & operã. Pleni sunt lib. de
offic. huiusmodi exẽplorum, ut nõ sit necesse me in his proferẽdis studiũ cõsumere.

H

σπουδάζειν περί τι etiam dicunt, sed latißimè patet. Nam & περὶ χρήματα σπουδάζειν dicunt, & περὶ τιμὴν, περὶ ἀρετὴν, & alia eiusdem generis. Cicero hæc solet dicere, studere pecuniæ, gloriæ. 1. de finib. Praeterea bona præterita non meminerunt, præsentibus non fruuntur, futura modo expectant: quæ quia certa eße non poßunt, conficiuntur & angore & metu: maximéque cruciantur, cū sero sentiunt, frustra se aut pecuniæ studuisse, aut imperijs, aut opibus, aut gloriæ. In 4. Sed quia studebat laudi & dignitati, multum in uirtute processerat. Virtuti aut dicit dare operam, & studere, quoniam ἡ σπουδὴ studium & opera dicitur. Ibidem, Hi similes sunt omnibus qui uirtuti student. In lib. de amicitia, Quod cum optimum maximúmque sit, si id uolumus adipisci, uirtuti opera danda est, sine qua neque amicitiam, neq; ullam rem expetendam consequi poßumus. Aristot. 3. lib. huius operis 1. cap. dicit, περὶ τὴν ἀρετὴν ἐπισκοπεῖν. τὸ ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον ἀναγκαῖον ἴσως διορίσαι τοῖς περὶ ἀρετὴν ἐπισκοποῦσι. quod diuersum genus est ab eo quod hoc tempore tractamus. Nam idem ualet, quod uirtutem suscipere ac sibi proponere ad tractandum, aut de uirtute considerare. Idē 4. huius operis cap. 1. καὶ τὴν μὲν ἀνελευθερίαν προσάπτομεν αἰεὶ τοῖς μᾶλλον ἢ δεῖ περὶ χρήματα σπουδάζουσι. id est, Et auaritiā quidē in eos semper trāsferimus, qui plus quàm sat sit student pecuniæ. 7. huius operis cap. 4. διὸ οἱ μὲν παρὰ τὸν λόγον ἢ κρατοῦνται ἢ διώκουσι τῶν φύσει τι καλῶν καὶ ἀγαθῶν, δι' οἱ περὶ τιμὴν καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ σπουδάζοντες, ἢ περὶ τέκνα καὶ γονεῖς. hoc rectè dicimus, studere gloriæ: studere autem liberis & parētibus, haud scio an commodè latinè poßimus dicere. Cicero quidem uertens in oratore locum ex Phædro Platonis, ἐπιχειρεῖν τοῖς λόγοις trāsfert, Studere orationibus. Longa est oratio, & in qua multa & uaria eáque splendida sunt genera dicendi. Itaque ea malo hoc notare loco, omnibus cōsulens, ἀμείνονα εἶναι τὰ τῆς φύσεως dicit maiore esse ingenio, ἤθει γεννικωτέρῳ κεκρᾶσθαι, Maiore esse aliquem ad uirtutem indole. Ita τὸ ἦθος uirtutem dixit. διαφέρειν τῶν ἁψαμένων λόγων πώποτε, Præstare omnibus qui unquam orationes attigerunt. Verba Platonis. νέος ἔτι ὦ Φαῖδρε Ἰσοκράτης. ὃ μέντοι μαντεύομαι κατ' αὐτοῦ λέγειν ἐθέλω. ΦΑΙ. τὸ ποῖον δή; ΣΩ. δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγοις, τὰ τῆς φύσεως. ἔτι δὲ ἤθει γεννικωτέρῳ κεκρᾶσθαι. ὥστε οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστὸν προϊούσης τῆς ἡλικίας, εἰ περὶ αὐτούς τε τοὺς λόγους οἷς νῦν ἐπιχειρεῖ, πλείων ἢ παίδων διενέγκοι τῶν πώποτε ἁψαμένων λόγων. ἔτι τε εἰ αὐτῷ μὴ ἀποχρήσαι ταῦτα, ἐπὶ μείζω δέ τις αὐτὸν ἄγοι ὁρμὴ θειοτέρα. φύσει γὰρ ὦ φίλε ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ. Cice. sic, Adolescens etiam nunc ô Phædre, Isocrates est. Sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem? inquit ille, maiore ingenio mihi uidetur eße, quàm ut cum orationibus Lysiæ comparetur: præterea ad uirtutem maiore indole, ut minimè mi-

E F G H

A rum futurũ sit, si cum ætate processerit, aut in hoc orationum genere cui nũc studet tantum quantum pueris reliquis præstet omnibus, qui unquam orationes attigerunt: aut si nõ cõtentus his fuerit, diuino aliquo animi motu maiora concupiscat. Inest enim natura philosophia in huius uiri mente quædam. Adhuc ille. In lib. Græcis quos quidem legerim, erat scriptum in dandi casu ὁρμῇ θειοτέρᾳ & in latinis, maior indoles in nominatiuo. Illa etiam notanda sunt, μέν τοι, Sed. τὸ ποῖον δή; Quid tandem ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς λόγους, maiore ingenio q̃ ut cum orationibus cõparetur. de quo genere alio loco dicã? De qua quoniam in ijs libris quos ἐξωτερικοὺς inscripsimus satis multa diximus, illinc aßumenda sunt, quæ ad hunc locũ pertinebunt, λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως

B ἔνια καὶ χρηστέον αὐτοῖς. Cicero magna ex parte ille quidem, sed obscurè mihi hunc uidetur expreßisse locum, primo de officijs, Omnium autem rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil homine libero dignius: de qua quoniam in Cat. Maiore satis multa diximus, illinc assumes quæ ad hunc locum pertinebunt. λόγοι autem ἐξωτερικοὶ qui sint, Cicero 5. de finibus explanat, De summo autem bono, quia duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant, alterum limatius, quod in commentarijs reliquerunt, non semper idem dicere uidentur. Ita græcum uerbum cum Cicerone usurpare malui. Sed de hoc uerbo supra dixi satis multa.

Vtrum autem separatæ sint, ut partes corporis, & quicquid ex partibus constat, an cogitatione duæ res sint quæ sua sponte separari nequeãt: ad id quod agi-

C mus, nihil interest, ταῦτα δὲ πότερον διώρισται καθάπερ τὰ τοῦ σώματος μόρια καὶ πᾶν τὸ μεριστόν, ἢ τῷ λόγῳ δύο ἐστίν, ἀχώριστα πεφυκότα, οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρόν.) Cicero 5. de finib. hunc locum imitatus est, Vtrum enim sit uoluptas in his rebus, quas primas secundum naturam esse diximus, necne sit, ad id quod agimus, nihil interest. In quo uide q̃ diserte sit interpretatus πρὸς τὸ παρόν. i. ad id quod agimus. Cõfer si placet, quod interpretes dicunt, in præsenti, tum tibi præ Cicerone non loqui, sed rudere uidebuntur, Sic etiam transfert 4. Acad. quæst. Ad id enim quod agimus nihil interest, omnibúsne partibus uisa res nihil differat, an internosci non poßit etiam si differat.

An cogitatione duæ res sint, ἢ τῷ λόγῳ δύο ἐστί.) Omnium huius ætatis philosophorum est huius uerbi interpretatio, ratione. Nam dicunt aliqua differre ra-

D tione, alia re, in quo quid intelligant nomine τῷ λόγῳ in hac significatione, non exprimunt. Cicero autẽ semper in philosophia illud τῷ λόγῳ, cogitatione dicit: quam eius interpretationẽ si sequamur, quæ quantæq; tenebræ ex philosophia expellẽtur, quibus illa adhuc offusa fuit? Nam quantæ quámq; pertinaces cõtrouersiæ ac dißensiones ex uocabuli rationis significatione ortæ sint inter philosophos, quis ignorat? Sed iam locos eiusmodi Ciceronis proferamus, ex quibus quod dico

intelligatur. Scribit enim his uerbis in primo de officijs, Est enim quiddam quod intelligitur in omni uirtute quod deceat, quod cogitatione magis à uirtute potest, quàm re separari, ut uenustas & pulchritudo corporis secerni nō potest à ualetudine: sic hic coniunctum de quo loquimur decorum, totum illud est quidem uirtute confusum, sed mente & cogitatione distinguitur. E

Inuitat enim uera ratio bene sanos ad iustitiam, fidem & æquitatem, ὀρθῦς γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ βέλτιςα παρακαλεῖ.) Cicero primo de finibus hunc locum disertè interpretatus est, ijsdem ferè uerbis, Inuitat igitur uera ratio bene sanos ad iustitiam, æquitatem, fidem. Itaque omnes codices emendandos arbitror, in quibus ὀρθῶς positum est. Notanda igitur est interpretatio huius uocabuli ὀρθοὶ qui passim dicuntur recti, hic bene sani à Cicerone dicuntur. Secutus sum eiusdem interpretationem, qui τὰ βέλτιςα non dixit res optimas, sed oratorie genus ipsum in partes distribuit. F

Sic distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates, οὕτως ἐπὶ τὰ ἐναντία γὰρ αἱ ὁρμαὶ τῶν ἀκρατῶν.) uerba sunt Ciceronis 5. Tuscul. quæst. quæ si quis uelit cū hoc loco cōferre, legat ea omnia quæ ille de Dionysio cōmemorat. Neminem adhuc arbitror inuenisse quod uerbum græcum nostro impotēs responderet, nec quisquam rectè græcum illud, ἀκρατὴς, interpretatus est. Omnes enim dicunt incōtinentem, quod uerbum barbarum esse censeo. ἀκρατὴς autem quem dicimus impotentem, is dicitur qui sibi imperare non potest. & ἀκρασία impotentia. Cicero autem quis dicatur impotens definit 1. de finib. Neque homini infanti atq; impotenti iniustè facta conducunt, qui nec facile efficere posit quod conetur, nec obtinere si effecerit. Sed de continentia & impotentia septimus liber proprius est disserendi locus. G

Hoc etiam est, ut dixi rationis particeps, λόγου δὲ καὶ τοῦτο φαίνεται μετέχειν, ὥσπερ εἴπομεν.) Libet hoc loco conferre græca cū Latinis, ut quot Græci modis hanc phrasim uarient, itemq; Latini, intelligatur. Aristoteles quidem hoc ipso capite animum in partes distribuit duas, his uerbis, οἷον τὸ μὲν, ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον. Cicero eodem modo 2. libro Tusc. quæst. Quanquā hoc nescio quomodo dicatur, quasi duo simus, ut alter imperet, alter pareat: sed nō scite tamē dicitur. Est enim animus in partes distributus duas, quarū altera rationis est particeps, altera expers. Hoc postrius uerbū è uerbo græcè dicitur ἄμοιρον, quo uerbo Arist. hoc ipso capite utitur, quanquā ad aliam rē. τὸ θρεπτικὸν ἐατέον, ἐπειδὴ τῆς ἀνθρωπικῆς ἀρετῆς ἄμοιρον πέφυκεν. i. prætermittenda est etiam uis alendi, quandoquidem uirtutis expers est, quæ naturam attingit humanam. Quod etiam dicit carere ratione, & illud superius uerbum è uerbo habere rationem. 2. de nat. deorum, Nec dubium quin quod animatum sit, habeatq; sensum, rationem & mentem, id sit melius, quàm id quod his careat. Dicit etiam Cō- H

A pos rationis.ibidem. Ita efficitur animantem, sensus, mentis, rationis mundum esse
compotem. Illud autem quod dixit uerbum è uerbo, habere rationem, eodem lib.
transfert, inesse in aliquo rationem, ut solet illud ἔχειν. nam si dicamus illud ὑπάρ-
χειν, aut ἐγγίνεσθαι, nihil interest: quanquam eodem libro illud ἐγγίνεσθαι inna-
sci mihi uidetur dicere. Hæc sunt eius uerba, Quartus autem gradus & altißimus
eorum, qui natura boni sapientésque gignuntur, quibus à principio innascitur ra-
tio recta constánsque quæ supra hominem putanda est, deóque tribuenda.i. mun-
do in quo neceße est perfectam illam atque absolutam inesse rationem. Græci etiã
multis modis hæc dicunt. Nam & μετέχειν τοῦ λόγου uno dicunt uerbo, & μετα-
λαμβάνειν τοῦ λόγου, & κοινωνεῖν τοῦ λόγου. Huic postremo respondere arbitror
* nostrum, particeps rationis, & superiori illi compos rationis. οὐ μὲν γὰρ φυτικὸν
B οὐδαμῶς κοινωνεῖ λόγου. uerba sunt Arist. hoc 10. cap. posita. Hæc autem uarietas
hoc nobis afferet adiumenti, ut cum hic locus tractabitur, ne semper simili genere
utamur. Quod Cicero facit lib. 2. de natura Deorum, probans mundum participẽ
esse rationis. eum enim unum in locum omnia dicendi genera quibus hoc exprimi
potuit, contulit, quo facilius similitudinẽ quam uocat matrem satietatis offensionis-
que uitaret. Hoc idem facit etiã Aristoteles hoc cap. Huic generi illud finitimum
est, quod hoc capite Aristoteles multis uariísque modis dicit, πειθαρχεῖν τῷ
λόγῳ. Itaque hoc loco melius est id quoque tractari. Hic Aristoteles, πειθαρ-
χεῖ γοῦν τῷ λόγῳ τὸ τοῦ ἐγκρατοῦς. id est, paret enim rationi incontinente.
Idem dicit, κατήκοον τοῦ λόγου, & ἀκουστικὸν, à uerbis κατακούειν, & ἀκουτί-
C ζειν. Item εὐήκοον. De his quæ in ικος exeunt, idem iudicandum est, quod de hoc
toto genere supra demonstrauimus. ἀκουστικὸς enim obediens dicitur. Ita ἀκου-
στικὸν τοῦ λόγου & κατήκοον λόγου & εὐήκοον λόγου obediens rationi appel-
labitur. Cicero primo de officijs, Curandum est igitur, ut cogitatione ad res quàm
optimas utamur, rationi appetitum obedientem præbeamus. Et in secundo, Alterũ
est cohibere motus animi perturbatos, quos Græci πάθη nominant, appetitionés-
que quas illi ὁρμὰς, obedientes efficere rationi. Salustius etiam dixit in neutro,
Quæ uentri obedientia finxit. hæc uocabula quæ apud Latinos in ens exeunt, nõ
sunt participia sed nomina, quæ, quemadmodum supra dixi, Græcis nominibus in
ικος exeuntibus respondent. Vtitur etiam alijs uerbis Aristoteles idem signi-
D ficantibus & declarantibus. uelut hoc ipso cap. πειθαρχικὸν, τὸ δ᾽ ἐπιθυμητι-
κὸν καὶ ὅλως ὀρεκτικὸν μετέχει πως. ᾗ κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ καὶ πειθαρχι-
κὸν, id est uis autẽ cõcupiscendi & appetendi rationis est quodã modo particeps,
quia ei est obediẽs. Nã τὸ πειθαρχικὸν, parens, nõ ausim dicere, quia semper ui-
deo Cice. dicere obediẽs. Aliud est nomẽ ἐπιπειθὴς quo utitur 7. c. huius 1. lib.
cui tribuit datiuum quẽ uocãt. τούτου δ᾽. τὸ μὲν ὡς ἐπιπειθὲς λόγῳ. i. Huius autẽ
pars una rationi est obediẽs. Aliud est εὐπειθὲς, quo utitur postr. c. lib. huius ope.

τὸ δὲ τοιοῦτον εὐπειθὲς λέγομεν, id est, Id ipsum est quod obediens dicimus. E
Non est autem dubium quin uerba ea, unde hæc nomina ducta sunt, eandem retineant significationem. κατακούειν τοῦ λόγου, ἀκούειν, παρακούειν etiam ἀκούειν, ex quo nostrum, audire aliquem, pro obedire ductum est. Aristot. 6. cap. 7. lib. huius operis, ἔοικε γὰρ ὁ θυμὸς ἀκούειν μέν τι τοῦ λόγου, παρακούειν δὲ καθάπερ οἱ ταχεῖς τῶν διακόνων. Hæc autem obedire rationi dixit Cicero 1. de officijs, Efficiendum autem est, ut appetitus rationi obediant. Item 2. Tusc. quæst. Sed præsto est domina omnium & regina ratio, quæ cōnexa per se & progressa longius fit perfecta uirtus. hæc ut imperet illi parti animi quæ obedire debet, id uidendum est uiro. Idem dicit parere rationi, ibidem, Quanquam hoc nescio quomodo dicatur, quasi duo simus, ut alter imperet, alter pareat, sed non inscite tamen dicitur. 1. de officijs, loquens de appetitionibus, Relinquunt enim & abijciunt obediētiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturæ. Hoc posterius Aristoteles dicit hoc cap. πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ, ut iam ex loco quem protuli, perspici potuit. hoc eodem cap. dicit, πείθεσθαι ὑπὸ λόγου. ὅτι δὲ πείθεταί πως ὑπὸ λόγου τὸ ἄλογον, μηνύει καὶ ἡ νουθέτησις καὶ πᾶσα ἐπιτίμησίς τε καὶ παράκλησις. id est, Nam uim expertem rationis parêre quodam modo rationi, & admonitiones indicāt & obiurgationes & cohortationes. Alias huic uerbo tribuit dādi casum, uelut 9. huius operis cap. 8. ἀπονέμει γὰρ ἑαυτῷ τὰ κάλλιστα καὶ μάλιστα ἀγαθά. καὶ χαρίζεται ἑαυτοῦ τῷ κυριωτάτῳ, καὶ πάντα τούτῳ πείθεται, id est, Nam & pulcherrima quæque ac optima sibi assumit, & parti ei sui quæ princeps est & domina, obsequitur, parétq; in omnibus. Qui locus me admonet, ut hanc etiam phrasim notem χαρίζεσθαι τῷ λόγῳ, quoniam est in eodem genere. Scio quidem χαρίζεσθαι significare gratificari, gratumq; facere, itémque gratiam ab altero inire. sed hoc loco, mea quidem sententia, etiam obsequi & obtemperare dici rectè potest, & placere. Illud autem quod dixi obsequi rationi, forte aptius dicitur græcè, ἀκολουθεῖν τῷ λόγῳ, quanquam dici etiam commodè latinè potest sequi rationem. Aristot. 7. lib. huius operis cap. 6. ὥσθ' ὁ μὲν θυμὸς ἀκολουθεῖ τῷ λόγῳ πως. Cicero etiam obtemperare dicit. 1. de officijs. Ita fit, ut ratio præsit, appetitus obtemperet. Ibidem dicit, Subiecti sunt appetitus rationi lege naturæ. quem locum supra protuli. quod Aristoteles dicit tertio libro huius operis, cap. ultimo, εἶναι ὑπὸ τὸ ἄρχον, id est, λόγον. εἰ γὰρ μὴ ἔσται εὐπειθὲς, καὶ ὑπὸ τὸ ἄρχον, ἐπὶ πολὺ ἥξει, id est, Quòd si minus rationi parebunt, eiq; subiecti erunt appetitus, longius euagabuntur. Vtor plurali numero pro singulari, ut hanc disertam Ciceronis exprimam interpretationem. libro enim de officijs 1. ἐπὶ πολὺ ἥξει, uertit, longius euagabuntur. Nam appetitus qui longius euagantur, & tanquam exultantes siue cupiendo siue fugiendo, non satis à ratione continētur, hi sine dubio finem & modum transeunt. F G H

Alias enim in ratione esse dicimus, alias more perfectas, λέγομεν γὰρ αὐτῶν

A τὰς μὲν διανοητικὰς, τὰς δὲ ἠθικάς.) Admonuit me quidam locus Ciceronis, positus 1. lib. quæst. Academicarum, ut neque intellectiuas uirtutes dicerem, neque morales, sed pro illis nominibus ea dicerem quæ hic transtuli. Itaq; ut omnes iudicare poßint rectène id fecerim, hic locum ipsum proferam. Cumq; superiores non omnem uirtutẽ in ratione eße dicerent, sed quasdam uirtutes natura aut more perfectas: hic omnes in ratione ponebat. Loquitur de Zenone, qui à ueteribus Academicis & Peripateticis, qui ijdem erant discrepãs, disciplinam mutauerat. Hic autem locus ita rem declarare uidetur, ut neminem putem, qui contra dicturus sit, & intellectiuus quidem non solum barbarum est uerbum, sed nomen illud etiam, unde ductum est. Nam intellectus pro ratione & mente gallicum est uerbum potius q̃ latinum. Intelligentiam dicit Cicero eam uirtutem rationis, quæ à græcis νοῦς uo-

B catur: de qua quoniã in sexto proprius erit differẽdi locus, plura non dicam. Moralis autem non est perinde barbarũ uocabulum, quin etiam latinũ est, quandoquidem eo Cicero usus est. philosophiæ enim partem eam quã Græci appellant ἠθικὴν, moralem in libro de fato nominat, augendæ linguæ latinæ gratia. Quidam hac nostra ætate, atque adeo paucis his diebus cum uel ipse imprimeret Ciceronis libros omnes, uel curaret imprimendos, admonuit initium deeſſe libri de fato, his uerbis, Desunt nõ pauca: idq; fecit propterea q; putaret, ut ipse mihi commemorauit, illud, quia, non eſſe aptum uerbum initijs librorum. Ego qui tam leue & penè ut ita dicã temerarium iudicium ferre non poſſem. præsertim in quibus error tot hominum consequeretur, pro tempore id quod res erat, respondi, imo uero aptum

C eße initijs uerbum, quod à Græcis eſſet Cicero mutuatus, quos studiosè imitaretur. & enim apud Græcos par eße ἐπειδὴ, quod illi principijs librorum adhiberent. Nam Aristot. magna moralia quæ uocat, ab hac oratione exorsus est, ἐπειδὴ προαιρούμεθα λέγειν ὑπὲρ ἠθῶν, πρῶτον ἂν εἴη σκεπτέον, τίνος ἐστὶ μέρος τὸ ἦθος. i. Quia instituimus, uel propositũ nobis est de moribus his libris disputare, primum illud uidendum est, cui arti mores quasi pars subiecti sint & attributi. Hic opinor locus unus satis est, & ad libri eius absolutionẽ & perfectionem probandam, & illius errorem coarguendũ. Est enim hoc principium eius libri. Quia pertinet ad mores quos ἤθη græci uocãt, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus, sed decet augentẽ linguam latinam nominare moralem. ex-

D plicanda uis est ratióque enunciationum, quæ Græci ἀξιώματα uocant &c. Ex quo loco perspicuum est eum semper ad id tempus quo librum de fato scripsit, ab usu eius uocabuli abhorruiſſe. Quocirca 5. libro de finibus hos quos conuertimus Aristotelis libros, non appellat ethica, non moralia, sed de moribus. Quare, inquit, teneamus Aristotelem, eiúsque filium Nicomachum, cuius accurrate scripti de moribus libri, dicũtur illi quidem eße Aristotelis, sed non uideo cur non potuerit patri similis eße filius. Id autem quod ille adhibuit, Desunt non pauca, de sententia alterius addidit, cuius extant castigationes.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SECVNDVM Cap. I.

E



XERCITATIONIS indigent, ἐμπειρίας δεῖται.) Ciceronis sunt uerba quæ supra protuli.

Quod paulum de consuetudine deflexit, μικρὸν παρεκκλίνον ἀπὸ τοῦ ἔθους.) παρεκκλίνειν deflectere dicit Cicero 2. de officijs, in quo uerbo consuetudo delapsa deflexit de uia, qui locus huic quiddam habet simile, uerbum è uerbo declinare commodè dicitur latinè.

Ex quo perspicuum est, ἐξ οὗ δῆλον.) Cicero 5. de finibus, ex quo perspicuum est, quoniam ipsi à nobis diligamur, omniáque & in animo & in corpore perfecta uelimus esse, ea nobis ipsa clara esse propter se, & in his esse ad bene uiuẽdum momenta maxima. Supra docui Ciceronem semper dicere solitum, perspicuũ est, quod Aristoteles δῆλον diceret. F

Ingenerari nobis natura, φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται.) De his uerbis ἐγγίνεσθαι, παραγίνεσθαι. περιγίνεσθαι supra satis multa diximus.

Sed aptos animos habemus ad eas & percipiendas natura, & efficiendas consuetudine, ἀλλὰ πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δέξασθαι αὐτὰς, τελειουμένοις δὲ διὰ τοῦ ἔθους.) Licuit hunc locum pluribus uerbis illustrare & dilatare, imitantem Ciceronem, qui eum 5. de finibus tractat copiosissimè. Est enim natura sic generata uis hominis, ut ad omnem uirtutem percipiendam facta uideatur: ob eámque causam parui uirtutum simulacris, quarum in se habẽt semina, sine doctrina mouẽtur. Sunt enim prima elementa naturæ, quibus auctis uirtutis quasi carmen efficitur. Nam cum ita nati factiq; simus, ut & agendi aliquid, & diligendi aliquos, & liberalitatis, & referendæ gratiæ principia in nobis contineremus: atque ad scientiã, prudentiam, fortitudinémque aptos animos haberemus, à contrarijsq; rebus alienos: nõ sine causa eas quas dixi, in pueris uirtutum quasi scintillulas uidemus, &c. Licuit, inquam, hunc locum copiosè tractare, sed malui id modo quod rẽ continet dicere, ne paraphrastes potius, quàm interpres uiderer. ex his tamẽ Ciceronis uerbis elicere possumus, quæ ad hunc locum disertè interpretandum pertinent. Nam πεφυκότων ἡμῶν δέξασθαι ἀρετὰς, & quod paulopost dicit Aristoteles, κομίσασθαι & λαβεῖν, dixit, nati factiq; sumus ad omnẽ uirtutem percipiendã, & accipiendã. & τελειοῦσθαι efficere, δέχεσθαι ergo dixit uel percipere, uel accipere. Aliquando δέχεσθαι dicit recipere. ut pro Archia, Statim Luculli, cum prætextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Atque ut omnes intelligant, illi recipere δέχεσθαι respondere, proferam locum Demosthenis ex G H

A orat. περὶ τοῦ στεφάνου, ex quo id aperte perspici posit, οὕτως οἰκείως ὑμᾶς ἐδέχοντο ὥστ᾽ ἔξω τῶν ὁπλιτῶν καὶ τῶν ἱππέων ὄντων, εἰς τὰς οἰκίας καὶ τὸ ἄστυ δέχεσθαι τὴν στρατιάν. Cic. pro Archia dicit, Domū suā receperunt

Facultates eorum accepimus, δυνάμεις τούτων κομιζόμεθα.) His libris semper τὰς δυνάμεις uoco & uerto facultates, ut solet appellare Cicero facultatem dicendi: quas alij dicunt potentias, quod est ut mihi uidetur, barbarum uocabulum.

Neque enim ex eo quòd crebro aspeximus, aut audiuimus sensus accepimus, οὐ γὰρ ἐκ τοῦ πολλάκις ἰδεῖν, ἢ πολλάκις ἀκοῦσαι τὰς αἰσθήσεις ἐλάβομεν.) Hoc dicendi genus apud Græcos usitatum est, apud Latinos minus: eo tamen Cic. usus est aliquoties, uelut primo de legib. Nam hæc nascuntur ex eo, quòd natura

B propēsi sumus ad diligendos homines, quod fundamentū iuris est, id est, ἐκ γὰρ τοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἀγαπᾶν πεφυκότας εἶναι, ταῦτα γίνεται. Sic Aristot. hoc ipso cap. ἐκ γὰρ τοῦ κιθαρίζειν, καὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοὶ γίνονται κιθαρισταί. & proxime insequenti, ἔκ τε γὰρ τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν, γινόμεθα σώφρονες, id est, temperati enim efficimur ex eo, q̄ uoluptates prætermittimus, ac declinamus. Cicero 4. Tusc. quæst. Quis enim dubitarit, quin ægrotationes animi, qualis est auaritia, gloriæ cupiditas, ex eo quod magni æstimetur ea res ex qua animus ægrotat, oriantur? Admonent me hi duo loci Ciceronis, ut hic exponam quibus uerbis græcis hæc illius duo sint paria, oriri atque nasci. Nec uero hoc faciam sine causa, præsertim cum Aristoteles hoc cap. & proximo illo γίνεσθαι utatur: quod Ciceronem docebo, non solum his superioribus uerbis duobus

C explicare, sed multis alijs: ut Græcos interdum à nobis dicēdi copia uinci superariq; appareat. Atque id ita planum faciam, ut sit nemo, qui sit contrà dicturus. Idq; quo & cōmodius & maturius conficiam, non solū Aristo. sed aliorum etiam locos perpaucos proferam. Ac primū illum Demosthenis qui positus est in oratione περὶ στεφάνου, ἡγεῖτο γὰρ αὐτῶν ἕκαστος, οὐχὶ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ μόνον γεγενῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τῇ πατρίδι. διαφέρει δὲ τί; ὅτι ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι μόνον γεγενῆσθαι νομίζων, τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει. ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν, ἀποθνήσκειν θελήσει. Hunc locum ita ut conuerti cum tota oratione, ex

D plicabo. Sic enim eorum unusquisque existimabat, se nō patri solum & matri natum esse, uerum etiam patriæ. Sed quid interest? Quia qui se parentibus tantummodo natum putat, is mortem quæ fatali necessitati ac naturæ debetur, expectat &c. Declarabit hoc ipsum Ciceronis locus, quem ex epistola Platonis ad Archytam scripsit, quique positus est in primo libro de officijs, Non nobis solum nati sumus, ortúsque nostri partem patria uendicat, partem amici.

Verba Platonis adhibui, ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν E
οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι. Aeschinis etiam loco uno contentus ero, eo qui in exordio est orationis eius quam habuit in Ctesiphontem: σεσίγηται δ' ὁ κάλλιστον καὶ σωφρονέστατον κήρυγμα τῶν ἐν τῇ πόλει. τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων; Siluit uox illa praeconis omnium quae in hac urbe sunt & pulcherrima & modestissima, Quis eorum qui amplius quinquaginta annos natisunt, sententiam uult dicere? Satis demonstratum esse arbitror, illud γίνεσθαι nasci interdum dici oportere. Ex quibus locis Demosthenis & Platonis & Aeschinis duo genera dicendi colligemus, quae duobus nostris non minus elegantibus respondent, γεγενῆσθαι πατρὶ καὶ μητρὶ, ἢ πατρίδι, cum dandi casu, quemadmodum apud nos, natum esse F
patri, matri, patriae & alijs eiusdem generis. & γεγονὼς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη, quod Terentius in Heautontum. dicit, Sexaginta annos natus es, & eo amplius. Nam ipsum illud γίνεσθαι dici oriri hinc facilè intelligi potest, quòd Cicero τὴν γένεσιν semper appellat ortum uel orignem, quemadmodum τὴν φθοράν interitū, ut latinè libri Aristo. qui uulgò inscripti sunt de generatione & corruptione, debeāt inscribi de ortu & interitu. & qui de generatiōe animaliū, de ortu, si modo Ciceronem auctorem uelimus adhibere. Scribit enim his uerbis 5. de finibus, Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, uictus, figuras. ortus, id est, γενέσεις. Item primo de natura Deorum libro, Et si ortus est Deorum, interitus sit necesse est. i. γένεσις & φθορά. Non quod uelim aut hoc uerbū graecum semper significare interitū, aut nomen corruptionis barbarū esse omnino: sed G
quia in hoc genere nostrum barbarum est cum ad alicuius naturae exitum obitumq; transfertur, & illud φθείρεσθαι non corrumpi debeat exponi, sed interire. Idem lib. 3. multas affert rationes physicas. i. naturales, quibus omne animal probet esse mortale. In ijs haec, Praeterea omnia haec tū intereunt, cum in naturam aliam cōuertuntur. quod fit cum terra in aquam se uertit, & cum ex aqua oritur aër, & cū ex aëre aether, cumque eadem uicißim retro cōmeant. Illud intereunt, φθείρεται, & illud oritur γίνεται. γένεσιν autem ortū dici, Platonis ex epistola ad Architam locus quem protuli indicat. Multos praeterea locos ex Timaeo eiusdem proferre possum, in quibus γένεσιν Cicero semper ortum dicit, sed paucis ero contentus, πρῶτον διαιρετέον τάδε, τί τὸ ὂν μὲν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον &c. Cicero H
sic hunc locum uertit in libro de uniuersitate, Quid est quod semper sit, neq; ullū habet ortum: & quod gignatur, nec unquam sit. Interdum γένεσιν dicit orignem: ut ibidem, Nullius enim rei, causa remota, reperiri origo potest. Sic Plato, παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν. Itaque illud Aristotelis quod est in hoc capite, ἔτι ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἢ γίνεται πᾶσα ἀρετὴ καὶ

A φθείρεται, ſic uerti, Iam & ex iiſdem rebus oritur uirtus omnis, & ab iiſdem interit. Quod idem & proximo capite ſeruamus, & in eodē genere ſemper ſeruabimus. Sed ut perſpicuum ſit, quot quámque uarijs modis hoc uerbum quod iandudum tractamus, exprimatur à Cicerone: uolo id quod aliquando promiſi, Ciceronem oſtendere quot modis ac formis potuerit dici, una eadémque pagina præſtitiſſe. In quarto quidem libro Tuſc. quæſt. tradit quot ſint animi perturbationes, ex quibuſq; gignantur: itemq; morbi corporis. Videamus igitur quot modis hoc dixerit. Quemadmodum igitur temperantia ſedat appetitiones & efficit ut hæ rectæ rationi pareant, conſeruátque conſiderata iudicia mentis: ſic huic inimica intemperantia omnem animi ſtatum inflamat, conturbat, incitat. Itaque & ægritudines, & metus & reliquæ perturbationes omnes gignuntur ex ea. hæc igitur
B prima eſt ratio uariandi, omnes perturbationes gignuntur ex intemperantia. Ita ſupra dixit Ariſto. ἐκ τῶν αὐτῶν γίνεται πᾶσα ἀρετή. Sequitur mox ſecunda eiuſmodi, Quemadmodum cum ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi ægrotationeſque naſcuntur: ſic prauarum opinionum cōturbatio, & ipſarum inter ſe repugnantia, ſanitate animum ſpoliat morbiſque perturbat. Tertia ſequitur, quæ tamē ad aliud uerbū transferri poteſt. Ex perturbationibus autem primum morbi cōficiuntur, &c. Paulo pòſt addit quartum genus. Cū autem his feruor concitatióque animi inueterauerit, & tanq̄ in uenis medulliſque inſederit: tum exiſtit & morbus & ægrotatio & offenſiones, ex quæ ſunt eis morbis ægrotationibúſque contrariæ. Sequitur mox quinta uarietas. Hæc quæ dico,
C cogitatione quidem inter ſe differunt, re uero copulata ſunt, eaq; oriuntur ex libidine & lætitia. Tum redit proxima oratione ad duo quibus iam uſus erat, exiſtit morbus, & morbi naſcuntur. Non addam illam orationem, ſatis eſt rem intelligi. Illam ſequitur eiuſmodi, in qua cum ſine caſu ac ſimpliciter ſupra dixiſſet bis, naſcuntur morbi, caſum addat, perturbationes naſcūtur à metu. Illam itaque ſubijciendam putaui, Quæ autem his ſunt contraria, ea naſci putantur à metu. Sequēti oratione idem dicit cū ex præpoſitione, Quæ omnes ægrotationes animi ex quodam metu naſcuntur, earū rerum quas fugiunt & oderunt. Eadem pagina alio genere utitur, efficitur morbus. Ita fit ut in altera corruptione opinionum morbus efficiatur & ægrotatio: in altera inconſtantia & repugnātia. In extrema ea-
D dem pagina, aut certè principio ſequentis, alijs etiam duobus modis idem dicit, Accidunt morbi, & eueniunt morbi ex aſpernatione rationis. Sed corporum offenſiones ſine culpa accidere poſſunt, animorum non item, quorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eueniunt. Sed hæc duo poſtrema genera dicuntur græcè συμβαίνουσι ἐκ, ut Ariſtot. 7. lib. huius operis, cap. 5. τοῖς μὲν γὰρ φύσει, τοῖς δ᾽ ἐξ ἔθους συμβαίνουσι. id eſt, Alijs natura, alijs ex conſuetudine eueniunt. Loquitur de affectionibus uarijs impotentium. Suprà locum

protuli Aristotelis, qui dixit ἐκ τῶν αὐτῶν γίνεται πᾶσα ἀρετή. Idem dicit cũ E
præpositione διὰ iũcta accusatiuo casui, αἱ δὲ διὰ τὰς νόσους γινόμεναι μανίαι.
&c. i. Quæ ex morbis insaniæque nascuntur. Iungitur illud γίνεσθαι cum præpositione ἐπὶ copulata cum datiuo. Aristot. 4. lib. huius operis, cap. postremo, οὐδὲ γὰρ ἐπιεικοῦς ἐστὶν ἡ αἰσχύνη, εἴπερ γίγνεται ἐπὶ τοῖς φαύλοις. Quod ita sum interpretatus, Neque enim bono uiro digna uerecundia est. siquidem ex malis rebus nascitur. Ita enim malo interpretari, quàm, existit in rebus malis uerecundia. prior enim sententia mihi ad rem magis uidetur pertinere. Dant etiam ei præpositionem κατὰ cum accusandi casu. Aristot. 4. lib. huius operis cap. 5. ἡ δ' ὑπερβολὴ κατὰ πάντα μὲν γίνεται, id est, Immoderata autem iracundia existit in omnibus, scilicet circunstantijs. Fortè melius dicam, uagatur per omnia, ut Cicero dicit amicitiam uagari per omnium uitam. Cum autem illud uerbum non ad rem, sed ad F
personam refertur. Cice. dicit, existunt, quod Græci γίγνονται. 1. de officijs, Existuntq; in Rep. largitores & factiosi, ut opes quàm maximas consequantur. Sed quid tantum operæ in conquirendis locis consumo, cùm liber unus Ciceronis de uniuersitate me tanto labore leuare possit, idque maiore quadam ratione: quãdoquidem eum totum librum ex Platonis Timæo conuertit. Itaque intelligere licebit ijs qui utrunque conferre uoluerint, illud γίνεσθαι & gigni dici, & nasci, & oriri, & generari, & existere. Alijs etiam modis illud γίνεσθαι & à Græcis & à Cicerone exponitur. Aristo. huius secundi libri cap. 4. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γιγνόμενα, τὸ εὖ ἔχει ἐν αὐτοῖς. ἀρκεῖ οὖν ταῦτά πως ἔχοντα γενέσθαι, τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρετὰς γιγνόμενα. &c. Cicero τὰ κατ' ἀρετὴν γιγνόμενα, dicit ea quæ à uirtute proficiscuntur. 3. de finib. Verum ut hæc in G
posteris & consequentibus, sed in primis continuò peccata sunt, sic ea quæ proficiscuntur à uirtute, susceptione prima, non perfectione rectè sunt iudicanda. Idem dicit, quæ geruntur uirtute. 5. de finib. Quandoquidem honestum aut ipsa uirtus est aut res gesta uirtute. Illud autem superius dicit, ea quæ ab arte, uel arte efficiũtur. 4. lib. Academ. quæst. Quid enim est, quod arte effici possit, nisi is qui artem tractabit, multa perceperit? Aliquando dicitur illud γίνεσθαι fieri, ut ex superiore exemplo Aristotelis intelligi potest, & ex eo cap. Aristotelis de pronunciatione, quo tractat quæstionem de futuro contingenti quod uocant. Nam eo cap. millies hoc uerbo utitur. Proferam solum illud, οὐδὲν ἄρα οὔτε ἔστιν, οὔτε γίνεται, οὔτε ἀπὸ H
τύχης, Cic. illud γίνεται ἀπὸ τύχης, dicit casu fit & forte. in lib. de fato, Quæro igitur, atque hoc latè patebit, si fati omnino nullũ nomen, nulla natura, nulla uis esset, & fortè, temerè, casu aut pleraq; fierent, aut omnia: num aliter ac nunc eueniunt euenirent? Idem dicit quod Arist. γίνεσθαι ἐξ ἀνάγκης, necessitate fieri. Proferam & aliũ ex eo libro locum, quem Cicero conuertit, ἅπαντα οὖν τὰ ἐσόμενα ἀναγκαῖον γενέσθαι. Cicero de fato, Et quicquid futurum sit, id dicit fieri

A necesse esse. Ibidem quod Aristoteles dicit, τὰ γινόμενα, & in eo libro & in sexto huius operis, præterita nominat. Aliquãdo hoc idem uerbum exponi debet, esse, aliâs confici: ut in hoc genere dicendi, confectum est prælium, & est integrum. Vnum locum ex oratione proferam Aeschinis in Ctesiphontem, ex quo utrũque intelligetur, τὴν δὲ κατὰ γῆν, εἰ μὴ δεῖ ληρεῖν, ἀρχὴν, φέρων ἀνέθηκε Θηβαίοις, ὥστε περὶ τὸν γινόμενον πόλεμον μὴ κύριον γενέσθαι Στρατοκλέα τὸν ὑμέτερον στρατηγὸν βουλεύσασθαι περὶ τῆς τῶν στρατιωτῶν σωτηρίας, id est, Terræ autem principatum, nisi mentiendum sit apertè, ipse Thebanis imposuit, ut confecto bello non fuerit integrum Stratocli imperatori uestro militum saluti consulere. Hæc sunt quæ mihi de infinita prope ratione huius uerbi interpretandi in mentem uenit dicere. Quæ si omnes legendis aut etiam uer-B tendis græcis teneant & obseruent, & latinam orationem efficient pleniorem, & eam quam omnes aspernari debent, uitabunt orationis similitudinem. Hoc autem fiet, si animaduertent quo quæque interpretatio loco conueniet maximè.

Eadem est ratio Architectorum, reliquorúmque omnium, ἀνάλογον δὲ οἱ οἰκοδόμοι καὶ οἱ λοιποὶ πάντες.) Non poßum prætermittere phrasim latinam, quam Cicero mutuatus est à Græcis, eóque maximè quòd à multis in hoc peccatur. Cum de multis rebus dicimus, quæ similes sunt inter se, tum solemus dicere cum egimus de aliquibus, similem eße aliarum rationem. Vt Cicero primo libro de finibus, uolens confirmare omnes uirtutes ad uoluptatem dirigi, cum de C una aut duabus dixit, tum addit, eadem fortitudinis ratio reperietur. & primo de officijs probans decorum cum omni uirtute confusum esse, tandem addit, Similis est ratio fortitudinis. Illa oratio in hoc genere multo splendidior multóque illustrior est, qua utitur in primo de legibus, Eadémque omnium uirtutum causa atque sententia est. quod Aristot. hoc cap. dicit, οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει. quod genus aliquot locis secutus sum. Græci autem id faciunt pluribus modis, nec ferè addunt uerbum aliud nisi ἔχει, quod Cicero uertit, est. Tribus modis idem efficiunt Græci. Primo adhibent illud ἀνάλογον, quod Cicero dixit, eadem ratio. quoniam ἀναλογία ratio seu proportio dicitur. Secundo ὁμοίως, quod Cicero dicit similis ratio, ut supra uertisse uideatur illam Aristotelis orationem qua utitur proximo capite, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῆς ἀνδρείας, D ἔχει, supple. Tertio, οὕτως, cui ferè addit ἔχει. uelut hoc cap. οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει. Illi autem ἔχει non solum ἐπὶ cum genitiuo iunctum reperio, sed etiam περὶ cum accusatiuo, uelut hoc ipso capite, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τὰς ἐπιθυμίας ἔχει, καὶ τὰ περὶ τὰς ὀργάς. Illud autem ἔχει numquam dicit, habet, in hoc duntaxat genere, sed est ut supra demonstrauimus.

Aliás illud ἔχει uertit, fit, aliás contingit, & tum illud ὁμοίως dicit quod idem, E
ut breuem orationem ad superiorem adiungat. Scribit enim 3. de finibus, Quod si de artibus concedamus, uirtutis tamen non fit eadem ratio, propterea quod hæ plurimæ commentationis & exercitationis indigent, quod idem in artibus non fit. Proferam locum Aristo. ex quarto cap. huius secundi, quem Cicero disertè interpretatus est, ἐπεὶ οὐδ' ὁμοιόν ἐστιν ἐπὶ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἀρετῶν. & paulo antè dixit, οὐδ' ἐπὶ τῶν τεχνῶν οὕτως ἔχει. quod hic Cicero dixit, quod idem in artibus non fit, paulo ante Cicero eodem genere usus est in eodem libro, Quæ autem nos aut recta aut rectè facta dicamus si placet, illi autē κατορθώματα appellāt, omnes numeros uirtutis continent. sola enim sapientia in se tota conuersa est. quod idem in cæteris artibus non fit. Mox idem facit uerbo contingit. Inscitè autem medicinæ & gubernationis ultimum cum ultimo sapientiæ comparatur. Sapientia F
enim & animi magnitudinem complectitur & iustitiam, & ut omnia quæ homini accidunt, infra se esse iudicet. quod idem in cæteris artibus non contingit. & in 4. Academ. quæst. Quod idem in similibus quoque artibus continget, quarum omne opus est in faciendo aut agendo. Ibidem paulo antè, Quod idem fit in uocibus, in odore, in sapore. Atq; ut quæ pertinent ad interpretationem illius ὁμοίως omnia consequar, à Cicerone tum similiter dicitur, tum item: quod eum notaui facere tū maximè, cum Græci dicunt ὁμοίως δὲ καὶ, pro quibus ponit, uel, Similiterq́;, uel, itemq;. idq; facit dupliciter, & initio & in fine orationis. 1. de offic. Vt enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt: alios uidemus uelocitate ad cursum, alios uiribus ad luctandum ualere: itemq; in formis alijs dignitatem inesse, alijs ũenustatem: sic in animis existunt etiam maiores uarietates. Paulo post, Itemq́; in sermoni- G
bus alium quidem uidemus, quanuis præpotens sit, efficere ut unus de multis esse uideatur. Et paulo ante, Itemq; alij qui quiduis perpetiantur, cuiuis deseruiant, dum quod uelint consequantur. Nonnunquam ponit illud item per se ac solum secundo loco, & addit illud, q;, priori uocabulo. 4. quæst. Tuscul. Deinde ægrotationes quæ appellantur à Stoicis ἀρρωστήματα, hisq; item oppositæ contrariæ offensiones. Ibidem paulo post illud dicit, similiterq́;. Nam cum est concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio quasi quædam Socratica medicina, quæ sanaret eam cupiditatē: permanat in uenas & inhæret in uisceribus illud malum, existitq́; morbus & ægrotatio, quæ auelli inueterata nō possunt, eiq; morbo nomē est auaritia. similiterq́; cæteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulierositas.

Quòd ni ita haberet, nec rationi ullus esset, nec doctrinæ locus, εἰ δὲ μὴ οὕτως H
εἶχεν, οὐδὲν ἂν ἔδει τοῦ διδάξοντος. Hūc locū Cicero diserte interpretatus est. 3. de finibus totidem pene uerbis, Quòd ni ita se haberet, nec iustitiæ ullus esset, nec doctrinæ locus. Ergo splendida illa & illustris latinorum oratio, Non est locus doctrinæ aut uirtuti: uel, Nihil loci relinquitur doctrinæ & uirtuti, interdū respō-

A det illi Græcorum, οὐδὲν δεῖ τῆς ἀρετῆς. Ita explicanda hæc nostra oratio est, non est opus doctrina, & uirtute, non requirimus uirtutem, non egemus doctrina. Nā alijs locis aliter exponenda est, ueluti oratio illa Ciceronis 4. Academic. quæst. Memoriæ quidem certè, quæ non modo philosophiā, sed omnis uitæ usum omnésque artes una maximè continet, nihil omnino loci relinquitur, id est, non potest manere memoria. Quod eius uerba quæ mox sequūtur indicāt. Quæ enim potest esse memoria falsorum, aut quid quisquam meminit, quod non animo comprehendit & tenet? Quocirca si quis à me requirat, quæ Græcorum oratio huic nostræ par sit & æqualis: equidem huic respondeo me legendo & cogitando id consecutum, ut putem illud, τὸ εἶναί τι, aut μὴ εἶναι, idem ualere certis quibusdam locis. Ego locum Aristot. proferam, ut res intelligatur. hæc oratio principium est cap. 8.
B lib. 4. huius operis, οὔσης δὲ καὶ ἀναπαύσεως ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἐν ταύτῃ διαγωγῆς μετὰ παιδιᾶς, δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα εἶναι ὁμιλία τις ἐμμελὴς καὶ οἷα δεῖ λέγειν καὶ ὥς. hanc ita transtuli, Sed quoniam requiei quoque in uita loci aliquid relictum est, in eáque aliquid ludo conceditur temporis, efficitur, ut hic quoque consuetudo quædam congreßióque & dicendi quæ honesta sunt, itémque audiendi, uigere uideatur. Sed quo hic locus magis probetur omnibus, Aristotelis proferam locum ex octauo, quē Cicero in Lælio conuertit, ἐν τυραννίδι οὐδὲν, ἢ μικρὸν φιλίας. tractat locum fusius Cicero in Lælio. Hæc enim est tyrannorū uita nimirū, in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolētiæ potest esse fiducia, omnia enim suspecta atque solicita, nullus locus est amicitiæ. Locum autem
C quē hic tractamus alijs etiā uerbis Cic. expreßit in proœmio tertij lib. quæst. Tuscul. Quod si tales nos natura genuißet, ut eam ipsam intueri & perspicere, eandemq; optima duce cursum uitæ conficere poßemus, haud erat sanè quòd quisquam rationem ac doctrinam requireret. Ita licet uidere illud τοῦ διδάξοντος, id est, eius qui docturus esset, uertere eum rationē & doctrinam. Id quod faciēdum est nobis interdum, cum uel nomen rei, uel personæ non poterit æquè commodè dici latinè.

Non parui sed permultum interest, οὐ μικρὸν διαφέρει, ἀλλὰ πάμπολυ.) Græci cum uim alicuius uerbi augere uolunt, solent addere πᾶν. cui nostrum per respondet multis locis. πολὺ, multum, πάμπολυ, permultum, πολὺ διαφέρει, πάμπολυ διαφέρει, multum interest, & permultum interest. Cuius contrarium est id quo hic utitur, μικρὸν διαφέρει, parui refert, non parum. Cicero in episto-
D la prima ad Quintum Fratem, Sed tamē parui refert abs te ipso ius dici æquabiliter & diligenter, nisi idē ab ijs fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem cōceßeris. τὸ πᾶν διαφέρειν, quod hoc loco Aristo. dicit, in 1. lib. Quintilianus uertit, totum distat, Natura, inquit, cuiusq; totū curáque distat .i. omnis spes uirtutis posita est in ingenio & cura. Quintilianus quoniam concisis utitur sententijs, plerunq; est obscurior.

Sic an secus, οὕτως ἢ οὔτω.) Latina oratio non ferat si uerbum è uerbo dicam, E
sic an sic. Cicero 1. de legibus, Sed perturbat nos opinionum uarietas, hominúmq;
dissensio: & quia non idem contingit in sensibus, hos natura certos putamus, illa
quæ alijs sic, alijs secus, nec ijsdem semper uno modo uidentur, ficta esse dicimus.

Iam ab adolescentia assuescamus, εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι.) Cicero semper
dicit, Assuescere, nõ consuescere. Conabor alio loco ostendere quot modis hoc &
Græci dicant & Latini. Nunc ad alia pergamus.

CAP. II.

QVONIAM *igitur, ἐπεὶ οὖν.) Vt Ciceronem supra docuimus illud ἐπεὶ*
δὲ aliàs, quoniam autem, aliàs, sed quoniam dicere solitum: sic solet ἐπεὶ
οὖν transferre quoniam igitur.

Hoc negocium, ἡ παροῦσα πραγματεία.) Græci persæpe utuntur participio F
παρὼν παρόντος, pro quo Latini dicunt, hic hæc hoc. παρὼν ὁ χρόνος, hoc
tempus. ἡ πραγματεία, negocium, res quæ tractatur & suscepta est, id quo
de agitur.

Idque positum sit, καὶ ὑποκείσθω.) Sic Cicero quarto de finibus, Sed primum
positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis. Alij dicunt supponatur, q̃ insci-
tè atque adeò barbarè quis ignorat? Et secundo, His igitur ita positis, sequitur
magna contentio quæ pertractata est à Peripateticis mollius. Teneamus ergo iam
hoc latinum, ponere, & istud barbarum supponere respuamus omnino Sed locum
in Oratore ad Brutum non possum præterire, quo hunc Cicero penè ad uerbum
expressit. Positum sit igitur inprimis quod post magis intelligetur, sine philosophia
non posse effici quem quærimus eloquentem. Sic enim tractatur hic ab Aristotele, G
τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν, κοινὸν καὶ ὑποκείσθω. ῥηθήσεται δ' ὕστε-
ρον περὶ αὐτοῦ. Quod sic conuertamus licet, Positum sit igitur, quod commune
est, quódque post magis intelligetur, conuenienter rationi facere. Cicero hoc idem
dicit uerbo composito præponere. & si mihi magis uideatur id significare, quod
Barbari dicunt, præmittere. cum anteq̃ ad rem ueniunt, uolunt aliquid dicere.

Cúmq; eiusmodi sit quæ de genere toto habetur oratio. & τοιούτου δ' ὄντος
τοῦ καθόλου λόγου.) Hunc locum supra explicaui.

Multo etiam minus certa est, ἔτι μᾶλλον οὐκ ἔχει τἀκριβές.) Alio loco su-
periore libro multa disserui de significatione & trãslatione huius uerbi. Hoc etiã
addendum est, illud etiam significare id quod certus, certa, tum. Quod ut intelligi
possit, conferam duos locos, unum Aristo. & Ciceronis alterum, qui hoc indica- H
bunt. Aristot. 6. cap. huius lib. ἡ δὲ ἀρετὴ πάσης τέχνης ἀκριβεστέρα καὶ ἀμεί-
νων ἐστί. Cic. 4. de finib. Quod si ingenijs magnis præditi quidam dicendi copiam
sine ratione consequuntur, ars tamen est dux certior quàm natura.

Et in gubernatoris arte, ὥσπερ ἐπὶ τῆς κυβερνητικῆς.) Cicero tribus modis dicit

A artem eam quam Græci κυβερνητικὴν nominant gubernationem, & gubernatoris artem, & gubernandi. 1. de diuinatione, Num igitur tot clarißimorũ ducum regúmque naufragium sustulit artem gubernandi. 1. de finibus etiam quid sit explicat his uerbis, Vt enim medicorum scientiam, non ipsius artis, sed bonæ ualetudinis causa probamus: & gubernatoris ars, quia bene nauigandi rationem habet, utilitate non arte laudatur, &c.

Temporis habenda ratio est, δεῖ τὰ πρὸς τὸν καιρὸν σκοπεῖν.) Commode etiam dici potuit. Seruiendum est tempori.

Sed omnia adit, ἀλλὰ πρὸς πάντα βαδίζων.) Oratio illustris & elegans, adire omnia pericula.

Quod multum cibi capiatur, ἐκ τῆς πολλῆς τροφῆς λαμβάνειν.) Capere
B cibum, uerbum è uerbo, quæ latina est & Ciceroniana oratio.

CAP. III.

NAM & uoluptatum blãditijs deliniti, &c. διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονήν. &c.) Si uerbum pro uerbo reddidissem, iacuisset insignis sententia. Itaque Ciceronis uerba malui ponere.

Vt & lætemur bonis rebus, & doleamus cõtrarijs, ὥστε χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ.) Verba posui Cic. ex lib. de Amic. in quo hunc locũ quodãmodo si non expreßit, at certè adumbrauit. Ergo hoc proprium est animi bene constituti, & lætari bonis rebus, & dolere contrarijs. Illa enim uerba οἷς δεῖ, non satis commodè latine dici possunt, quibus oportet.

C Quæ penitus in uita omniũ implicata insidet, ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ. Cic. 1. de leg. At uero animis omnes tendũtur insidiæ uel ab ijs quos modo enumeraui, qui teneros & rudes cũ acceperint, inficiunt: uel ab ea quæ penitus in omni sensu implicatáq; insidet imitatrix boni uoluptas, malorũ autẽ mater oĩm, cuius blãditijs corrupta quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac & scabie carẽt, nõ cernũtur satis.

At semper ut quicq; plurimum habet difficultatis & negotij: ita in eo potißimum ars omnis uirtúsque uersatur, περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον αἰεὶ καὶ τέχνη γίνεται καὶ ἀρετή.) hoc dicendi genus, supra tractaui. Alij quemadmodum hoc dixerint & omnia quæ ad hoc genus pertinent, si quis considerarit, non dubito, quin meum officium sit probaturus.

CAP. IIII.

D PRAESTET & fortuito, ποιῆσαι καὶ ἀπὸ τύχης.) eadẽ fere est illa phrasis, κατὰ συμβεβηκός.

Iam artium & uirtutum nõ est eadem ratio, ἔτι οὐδ᾽ ὅμοιόν ἐστι τὸ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἀρετῶν.) hunc iam anteà tractaui locum.

Propterea q, quæ ab artibus proficiscũtur &c. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γινόμενα.) Mirum erit cuipiam me dixisse, γὰρ, propterea quòd. sed ei oppono Ciceronis auctoritatem qui in tertio de finibus hunc locum imitans sic transtulit, Quòd si de artibus concedamus, uirtutis tamen non sit eadem ratio, pro-

pterea quòd hæc plurimæ commentationis & exercitationis indigeat, quod E
idem in artibus non fit, &c. Proferam etiam alium locum Aristotelis, quem cum hic imitaretur, illud γὰρ *dixit quòd. Scribit enim 3. lib. huius operis cap. 8.* ἐπεὶ οὕτω γε, κἂν οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι ἂν εἶεν πεινῶντες. τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίσταν=ται τῆς νομῆς, καὶ οἱ μοιχοὶ δὲ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τολμηρὰ πολλὰ δρῶσι. *Cicero lib. 4. Tusc. quæst. Nam isto modo quidem licet dicere utilem uinolentiã ad fortitudinem, utilem etiam dementiam, quòd & insani & ebrij multa faciunt uehementius. Nam illam orationem ita conuerti. Nam isto modo quidem licet di=cere fortes asinos cum esuriunt, quòd ne uerberibus quidem deterrentur à pastu, & quòd adulteri etiam multa faciunt audacius.*

Ad uirtutes uero cum parum aut nihil scientia ualeat, τὸ δὲ πρὸς τὰς ἀρε=τὰς, τὸ μὲν εἰδέναι μικρὸν ἢ οὐδὲν ἰσχύει.) *Non erit alienum, quot modis ua=* F
rient hanc phrasim Græci & Latini exponere. Cicero genus hoc dicendi quo hic utitur Aristot. sequitur 3. de finibus, Itaque cum esset satis constitutum, id solum esse bonum quod eßet honestum, & id malum solum quod turpe: tum inter hæc & illa quæ nihil ualerent ad beatè miseréue uiuendum, aliquid tamen quo differrẽt, esse uoluerunt. Græci hoc dicunt δύναται, *ut Aristot. hoc ipso loco,* τὰ δ' ἄλλα οὐ μικρὸν, ἀλλὰ τὸ πᾶν δύναται, *id est, Ad uirtutem non parum cætera pos=sunt, sed omnia. Apud Ciceronem non legi parum aut non parum potest, sed con=trarium, satis potest. ut 5. Tusc. quæst. Satis autem ad fortiter uiuendum uirtus potest: satis ergo ad beatè. Aristoteles dicit etiam* ἔχειν δύναμιν πρὸς τὰς ἀρε=τάς. *1. cap. 10. lib. huius operis,* διατελεῖ γὰρ ταῦτα διὰ παντὸς τοῦ βίου ἐο- G
ϖλὼ ἔχοντα καὶ δύναμιν πρὸς ἀρετήν τε καὶ τὸν εὐδαίμονα βίον. *Cicero in hoc genere illud* ἔχειν *dicit eße ut solet in alijs etiam generibus. 5. Tuscu. Quid cum fatentur satis magnam uim eße in uitijs ad miseram uitam, nónne fatendum eandem uim in uirtute esse ad beatam uitam? Crebro usurpat hoc genus. Itémque illud, Satis esse præsidij in aliqua re ad aliud, ut 5. Tuscu. quæst. Atqui si in uir=tute satis est præsidij ad bene uiuendum, satis est etiam ad beatè. Quod genus tra=ctat etiam uerbo habere satis præsidij ibidem. Et quoniam uideris hoc uelle, ut quæcunque dißentientium philosophorum sententia de finib. sit, tamen uirtus satis habeat ad beatam uitam præsidij. Illud nouum genus est quo utitur, Satis est in uirtute, ut fortiter uiuamus. quinto Tusculan. quæstionum;, Satis est enim certè in* H
uirtute, ut fortiter uiuamus, si fortiter etiam & magno animo. Aristote. 10. huius operis, δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μέγιστον εἶναι τὸ χαίρειν οἷς δεῖ. *Quod genus illi respondere puto Ciceronis, satis magnam uim esse in uirtu=te, ad &c. quo genere supra usus est. aut certe illi, quod usurpauit 4. de finib. Sed ut hoc intelligeremus, non esse in his partem maximam positam beatè aut secus ui=uendi. Nam nunquam Cicero dicat, Maximum est ad uirtutem lætari, &c. Dicit*

A quidem simplicier 1. de officijs, Magnũ est enim eadem habere monumẽta maio-
rum, non addit, ad amicitiam, cum Græci id dicant, ueluti Aristo. 12. cap. 8. lib. hu-
ius operis, μέγα δὲ πρὸς φιλίαν καὶ τὸ σύντροφον, καὶ τὸ καθ' ἡλικίαν. Quod
ita cõuerti, Magnum est autem, unà educatos & æquales esse: uel sic dicam, Ma-
gnum est in eo positum momentum ad amicitiam, si qui una educati sint & æqua
les. Illud autem quod supra attigimus, ἔχειν ῥοπὴν πρὸς τὸν βίον, & πρὸς ἀ-
ρετὴν, ad uerbum exprimit Cice. Ad beatam uitam habere momentum, ut ibi-
dem ostendimus. utitur etiam hoc genere Aristot. ἔχειν τι βρῖθος πρὸς τὸν βίον,
nec id simpliciter solet dicere, sed addit, καὶ ῥοπὴν, ut 11. cap. 1. lib. huius operis,
τὰ μὲν ἔχει τι βρῖθος καὶ ῥοπὴν πρὸς τὸν βίον, id est, Alia pondus aliquod
habent & momentum ad uitam. Est illud quoque apud eum 10. cap. lib. 1. huius
B operis, ποιεῖν ῥοπὴν τῆς ζωῆς. τὰ μὲν μικρὰ τῶν εὐτυχημάτων, ὁμοίως
δὲ καὶ τῶν ἀντικειμένων, δῆλον ὡς οὐ ποιεῖ ῥοπὴν τῆς ζωῆς. i. Quæ res pro-
speræ, exiguæ interueniũt, perspicuum est eas nullũ momentum afferre ad uitam.
Hanc enim phrasim parem esse illi arbitror, qua etiam Cicero utitur in 1. lib. de
finibus, Iam illud quidem perspicuũ est, maximam animi aut uoluptatem aut mo-
lestiam, plus aut ad beatam aut ad miseram uitam afferre momenti, quàm eorum
utrũuis, si æquè diu sit in corpore. Aliter enim puto nos non habere uerbum quod
illi respondeat. Nisi fortè ἐπιφέρειν ῥοπὴν πρός τι, huic nostro respondeat, &
illud sit Græcorum propriũ. Neq; uero ποιεῖν ῥοπὴν τῆς ζωῆς, efficere, uel fa-
cere momentum ausim dicere, nec ἔχειν τι βρῖθος πρὸς τὸν βίον, habere pondus
C ad uitam. Fortè Cicero hoc posterius dixit 2. de finibus, Grauissimas esse senten-
tias ad beatè uiuendum. Quis enim uestrum non edidicit Epicuri κυρίας δόξας;
id est, maximè ratas. quia grauissimæ sint ad beatè uiuendum breuiter enunciatæ
sententiæ. Illud autem ἔχειν, quoniam non solũ dicimus habere, sed etiam esse, fit,
ut Cicero hac in parte Græcorum copiam uicerit. Neq; enim illud ἔχειν ῥοπὴν,
solum dicit habere momentum, sed esse in eo momenta, & momenti esse. ut 4. de
finib. Vt cum ad beatam uitam nullum momentum ea res haberet, ad appetitio-
nem autem rerum esse in his momenta diceret. Vides ut in eadem oratione illud
ἔχειν ῥοπὴν duobus modis dixerit, imo uero tribus. Nam hæc oratio ad illam
pertinet. Esse enim unam rationem qua & principia rerum continerentur agen-
D darũ & ultima bonorũ continerẽtur, atq; ut Aristonis esset explosa sententia, di-
centis, nihil differre aliud ab alio, nec esse res ullas præter uirtutes & uitia inter
quas quicquam omnino interesset: sic errare Zenonem, qui nulla in re nisi in uirtu
te aut uitio propensionem nõ minimi quidem momenti ad summum bonum adipi-
scendum esse diceret. Ac Græci quidem, ut facilè perspici ex omnibus locis supe-
rioribus potuit, semper in hoc genere πρὸς cũ accusandi casu adiũgunt, quos etiã,
ad, præpositionem adhibentes imitamur. Aristoteles tamen interdũ pro illo πρὸς

dicit εἰς, ut 2. huius operis cap. 3. οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τὰς πράξεις εὖ ἢ κακῶς E
χαίρειν ἢ λυπεῖσθαι, id est, Non enim in eo parua momenta sunt ad actiones &
officia, si quis rectè aut improbè lætetur ac doleat. In eodem est genere illud, χρή-
σιμος εἰς τὰ καλά. quo utitur Aristo. 8. lib. huius operis ca. 7. οὔτε γὰρ οἱ δεῖς
μετ' ἀρετῆς ζητοῦσι, οὔτε χρησίμους εἰς τὰ καλά. Iungit etiam hoc uerbũ cum
πρὸς, ut superiora, 1. cap. 3. huius, χρήσιμον δὲ καὶ τοῖς νομοθετοῦσι πρός τε
τὰς τιμὰς καὶ τὰς κολάσεις. Cicero posterius genus expreßit multis locis lib.
4. quæst. Tuscul. Nam isto modo quidem licet dicere utilem uinolentiam ad forti-
tudinem. Superius sic, Illud non minimi momenti &c. Sed ut hoc genus absolutum
perfectumq́; sit, iam alia etiam uerba idem significantia consideremus. Apud Græ-
cos συμφέρειν dicitur pro eo quod dicimus in hoc genere, conferre. Cicero in 1.
quæst. Academ. dicit, Conferre ad bene uiuendum. τὸ συμφέρον quidem, & τὰ F
συμφέροντα, pro commodis & utilitate, ut 8. huius operis lib. ca. 10. τὸ ἑαυτῷ
συμφέρον σκοπεῖν. de quo ego genere supra dixi. His etiam tribus generibus uti-
tur Aristo. προσφέρεσθαι πρὸς τὸ σῶμα, συμβάλλεσθαι τὰ εὐτυχήμα-
τα πρὸς μεγαλοψυχίαν, ὠφελεῖσθαι πρὸς τὴν αὐτοῦ τέχνην. Primum ge-
nus dicendi 6. huius usurpat cap. 1. οἷα δεῖ προσφέρεσθαι πρὸς τὸ σῶ-
μα εἴ τις εἴποιεν, ὅτι ὅσα ἰατρικὴ κελεύει. Vt si cum quæratur, quæ tandem
proficere debeant ad corpus, respondeat aliquis, quæ medicina præscribat. Alte-
rum quarto lib. cap. 3. δοκεῖ δὲ καὶ τὰ εὐτυχήματα συμβάλλεσθαι πρὸς με-
γαλοψυχίαν. Tertium uero 1. lib. cap. 6. καὶ τί ὠφεληθήσεται ὑφάντης
ἢ τέκτων πρὸς τὴν αὐτοῦ τέχνην, εἰδὼς αὐτὸ τἀγαθόν. Hoc postremum di- G
cit Cic. prodesse actiua uoce, paßiua significatione non solet dicere nec iuuabor
nec adiuuabor ab arte, sed ars prodest alicui, uel adiuuat, ut 2. de diuinat. Si o-
mnia fato, quid mihi diuinatio prodest? Iam anteà docui Ciceronem τὸ ὀφελεῖν
dicere quod prodest. Idem paulò post, Quid ergo adiuuat diuinatio? aut quid est
quod me moueant aut sortes aut exta, aut ulla prædictio? Illud autem συμβάλ-
λεσθαι dicit conducere, ut mihi quidem uidetur 1. de offi. Tũ autem aut inqui-
runt, aut consultant ad uitæ commoditatem iocunditatémque, ad facultates rerum
atque copias, ad opes, ad potentiã quibus se poßint iuuare & suos, cõducat id néc
ne, de quo deliberant. Nã illi προσφέρεσθαι nullũ uerbum nostrũ respõdere arbi-
tror, nisi fortè proficere. Ex illo enim τὸ πρόσφορον deductum est, quod Quint. H
puto profectũ nominare. Cic. 3. de finib. Minimè id quidẽ, inquam, alienũ multũq́;
ad ea quæ quærimus, explicatio tua ista profecerit. Hoc etiã intelligendũ est, Græ-
cos his uerbis δύνασθαι & ἰσχύειν dare μέγα, μεῖζον, & μέγιστα, ut dicãt μέ-
γα δύναται, μεῖζον ἰσχύειν. Nos autem non solemus dicere, magis potest, ma-
gis ualet, nec magnum, sed multum, plus, & plurimũ potest & ualet. Aristoteles
tertio lib. de arte dicendi, ὥστε τἆλλα ἔξω τοῦ ἀποδεῖξαι, περίεργά ἐστιν.

A ἀλλ' ὅμως μέγα δύναται, id est, Itaq; cætera præter probationẽ superuacanea sunt omnia, sed tamen multum possunt. Paulo infrà, οἱ γὰρ γεγραφόμενοι λόγοι μεῖζον ἰσχύουσι διὰ τὴν λέξιν, ἢ διὰ τὴν διάνοιαν.

Hoc ergo uere dicunt, εὖ οὖν λέγεται.) Ex hoc loco facile intelligi potest quàm sit Gallica lingua græcæ finitima. Ad uerbum enim exprimimus, Bene dicitur. In quo Latini non bene sed uerè dicunt, illud εὖ. ut Terentius in Adelphis cuius uerbis sum usus,

Profectò hoc uere dicunt, Si absis uspiam, aut
Sicubi cesses, euenire ea satius est
Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat
B Irata, quam illa, quæ parentes propitij.

Illis nunquam bene habiturum est corpus, οὐδ' ἐκεῖνοι εὖ ἕξουσι τὸ σῶμα.) Græcorum hoc dicẽdi est proprium, ἐκεῖνοι εὖ ἕξουσι τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχήν. Latini mutant casum, ut Cic. 2. de finibus, An id exploratũ cuiquam potest esse, quomodo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad uesperam? Cicero duobus alijs modis idem exprimit. Ibidem paulo antè, Ipse enim Metrodorus pene aliter, quàm Epicurus, beatum esse describit his ferè uerbis, Cum corpus bene constitutum sit, & sit exploratum ita futurum. Idem 5. Tuscul. quæst. Tu uero Metrodore, qui omne bonum in uisceribus medullisque condideris, & definieris summum bonum firma corporis affectione, exploratáque spe contineri: fortunæ aditus interclusisti. Hoc postremũ quod dixit, firmam corporis affectionem, Aristoteles 5. huius operis appellat εὐεξίαν. Itaque καχεξίαν infirmam corporis
C affectionem seu constitutionem licet dicere. uerba hæc sunt Aristotelis, εἰ γάρ ἐστιν ἡ εὐεξία πυκνότης σαρκὸς, ἀνάγκη καὶ τὴν καχεξίαν εἶναι μανότητα σαρκὸς, id est, Si enim in carnis craßitudine posita est firma corporis affectio, necesse est etiam infirmam corporis affectionem eße in carnis raritate. Alij hoc dicunt bonam & malam habitudinem, quàm inscitè, alijs licet existimare. Et quoniam congeri & conferri omnia in unum melius est, quàm dißipari, intelligendum hoc idem ab Aristotele, non solum dici, εὖ ἔχειν, ἢ κακῶς, sed etiam εὖ ἢ κακῶς διακεῖσθαι. ut 3. c. 10. lib. huius operis, οὐ γὰρ εἴ τισι κακῶς διακειμένοις ἡδέα ταῦτ' ἐστὶν, οἰητέον αὐτὰ ἡδέα εἶναι ἁπλῶς πλὴν τούτοις, id est, Non enim si ijs qui male animo cõstituti, uel affecti sunt, hæc iucũda sunt, ea esse iucũda omnino,
D putandũ est, nisi forte his talibus. Cic. sic in lib. de amic. Ergo hoc propriũ est animi bene cõstituti, & lætari bonis rebus, & dolere cõtrarijs. i. ἐστιν οὖν τοῦ εὖ διακειμένου ἢ εὖ ἔχοντος τὴν ψυχὴν, χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ. hoc .n. loco Cic. usus est re pro persona oratorie. Idẽ 1. de offi. Altera est res, ut cũ ita sis affectus aĩo ut supra dixi, res geras magnas illas qdẽ & maximè utiles &c. Arist. 10. huius op. li. c. 4. dat his uerbis εὖ ἔχειν & διακεῖσθαι præpositionẽ πρὸς cũ accusandi casu.

καθ' ἕκαστον δὲ βελτίστη ἐστὶν ἡ ἐνέργεια, τοῦ ἄριστα διακειμένου πρὸς τὸ κράτιστον τῶν ὑφ' αὐτήν. i. Atqui in omnibus actio est optima eius, qui optime ad id affectus est: quod est omniũ quæ sensui subiecta sunt, nobilißimum & optimũ. Et paulo pòst, τελειοτάτη δὲ ἡ τοῦ εὖ ἔχοντος πρὸς τὸ σπουδαιότατον τῶν ὑφ' αὐτήν. i. At ea demùm perfectißima est, quæ ab eo proficiscitur, qui probè affectus est ad eam rem gerendam quæ omniũ optima est earum quæ subiectæ sunt sensui. Cicero eodem modo dicit, 3. Tuscul. quæst. Et quemadmodũ oculus conturbatus nõ est probè affectus ad suũ munus fungẽdum, & reliquæ partes totúmue corpus cum à statu est motum, officio suo & muneri deest: sic cõturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. E

CAP. V.

QVIBVS probè uel malè affecti sumus animo in perturbationibus, καθ' ἃς πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς.) De hoc dicendi genere modo plura dixi. Quo loco quoniam docui illud πρὸς transferri ad à Cicerone, uidendum est, ne hic illud πρὸς τὰ πάθη rectè dicatur ad perturbationes, mihi quidem non uidetur. πάθη alij dicunt paßiones, alij affectus, Cicero interpretatur perturbationes uno uerbo: pluribus, non rectos animi motus. Verbum autem è uerbo, morbos, 3. Tusc. quæst. A. Videtur mihi cadere in sapientem ægritudo. M. Num reliquæ quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracundiæ? Hæc enim ferè sunt eiusmodi quæ Græci πάθη appellant, ego poterã morbos, & id uerbũ esset è uerbo, sed in consuetudinem nostram non caderet. Nam misereri, inuidere, gestire, lætari, hæc omnia morbos Græci appellant, motus animi rationi non obtemperantes. Nos autem hos eosdem motus concitati animi recte, ut opinor, perturbationes dixerimus, morbos autem nõ satis usitatè, nisi quid aliud tibi uideatur. A. Mihi uerò isto modo. Itaq; paßionis nomen omnino barbarũ ducendum est. Affectus autem est illud quidem latinum, sed illi uel ἕξις respondet, uel διάθεσις, quã barbari dicunt dispositionem. διάθεσιν enim D. Augustinus in Categorijs appellat affectionem, & Cic. in Rhetor. quam ueterem dicunt. F G

Ex perturbationibus nec boni nec improbi nominamur, οὐ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι.) Præpositio κατὰ iuncta cum accusandi casu & uerbis nominandi, ut καλεῖσθαι, προσαγορεύεσθαι, ὀνομάζεσθαι, & alijs eiusdem generis, inscitè dicitur secundum, à Cicerone aliàs ex, aliàs à uertitur. Vt 1. lib. de officijs, De tribus autem reliquis latißime patet ea ratio, qua societas hominũ inter ipsos, & uitæ quasi communitas continetur. Cuius partes duæ sunt, iustitia in qua uirtutis splendor est maximus, ex qua boni uiri nominantur. i. καθ' ἣν ἐπιεικεῖς λέγονται, ἢ ὀνομάζονται. Aristo. in Categorijs, ποιότητα λέγω, καθ' ἣν ποιοί τινες εἶναι λέγονται. i. Qualitatem autẽ dico, ex qua quales aliqui nominantur. Idem 6. huius operis cap. 10. ἔστι δὲ καὶ ἡ σύνεσις καὶ ἡ ἀσυνεσία καθ' ἃς H

A λέγομεν συνετοὺς καὶ ἀσυνέτους, οὔτε ὅλως τ' αὐτὰ ἐπιστήμη ἢ δόξῃ, id est, Nec uero sagacitas & hebetudo, ex quibus sagaces & hebetes appellantur, idem est quod scientia, & opinio.

Irascimur & timemus inconsulto, uirtutes autem aut quædam ipsa consilia sunt aut non sine cōsilio.) ὀργιζόμεθα καὶ φοβούμεθα ἀπροαιρέτως, αἱ δὲ ἀρεταὶ, προαιρέσεις τινὲς ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως.) Proprius erit in tertio libro de προαιρέσει differendi locus.

Relinquitur ut sint habitus, λείπεται ἕξεις αὐτὰς εἶναι.) Cicero hoc modo tractat argumentum 3. lib. de finibus, Circunscriptis his igitur sententijs quas posui, & his quæ similes earum sunt, relinquitur, ut summum bonum sit uiuere scientiam adhibentem earum rerum quæ natura eueniant, &c.

B

CAP. VI.

PROBE affectum reddere, officiúmq; ac munus eius probè exequi, εὖ ἔχον ἀποτελεῖ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ εὖ ἀποδίδωσι. Ego ut doceam multa uerba à Cicerone exposita hoc capite, idque una oratione, omnia necesse est græca unū in locum conferam. Paulo pòst sequitur, Virtus habitus erit quo & melior homo efficitur, & officio suo ac munere probè fungitur, ἀρετὴ εἴη ἂν ἕξις, ἀφ' ἧς ἀγαθὸς ἄνθρωπος γίνεται, καὶ ἀφ' ἧς εὖ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον ἀποδώσει. Ciceronis orationem ex tertio Tusc. quæst. paulo antè protuli, Et quemadmodum oculus cōturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum: sic conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. Ex quo loco facilè perspici potest illud εὖ dictum esse probè, & ἀποδιδόναι τὸ ἑαυτοῦ ἔργον, fungi suo munere, &
C exequi munus suum, quanquam hoc posterius magis dicitur ἀποτελεῖν. Illud autem quod dicit Cicero, Non est aptus ad exequendum munus suum, Aristot. hoc ipso cap. dicit, ἀγαθὸς cum infinito uerbo, ut ἀγαθὸς δραμεῖν, aptum ad currēdum. Appellat etiam ἔργον, munus, & officium, quod supra demonstraui. Hoc genus etiam alterū exprimit hoc capite, ἐπιτελεῖν τὸ ἔργον εὖ. εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη οὕτω τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ, πρὸς τὸ μέσον βλέπουσα.

Vt uirtus oculi oculum integrum efficit, ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ τόν τε ὀφθαλμὸν σπουδαῖον ποιεῖ. Quid Cicero sentiat de uirtute oculi, canis, & equi, licet existimare ex illo loco 1. lib. de legibus, Nam nec arboris, nec equi uirtus quæ dicitur, in quo abutimur nomine, in opinione sita est. Est igitur catachresis,
D cū uirtutē oculi & equi dicimus, σπουδαῖος quid significet perspicuum est, sed tamen non semper commode bonus dici potest latinè. Itaque qui hoc uerbum disertè interpretari uolet, necesse est in probatis auctoribus multum sit diuq; uersatus. Oculi à Cicerone dicuntur integri & ualentes in 4. Academic. quæst. ἵππος σπουδαῖος dici debet generosus, nobilis. Ex hac Græcorum phrasi intelligi potest nostra Gallica proximè accedere ad Græcam. In omnibus enim his dicendi ge

generibus illud bonum usurpamus, ex quo natā eße barbariem in latina arbitror. E

Ita perspici poterit, si, ὧδ' ἔσται φανερὸν, ἐὰν.) Cicero crebro hoc dicendi genus usurpat, quod splendidiorem facit orationem. in lib. de senect. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si usq; ad extremum spiritum dominatur in suos. 4. Academ. quæst. Meo autem iudicio ita est maxima in sensibus ueritas, si sani sunt & ualentes, & omnia remouentur quæ obstant & impediunt. Aristoteles interdum priore loco ponit οὕτω, posteriore tollit quidem illud ἐὰν, sed facile intelligitur in participio, ut paulo pòst hoc ipso capite, εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη, οὕτω τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ πρὸς τὸ μέσον βλέπουσα. i. Quòd si omnis scientia ita præclare munere suo fungitur, si medium intuetur, &c. Aliquando οὕτω, in priore mēbro, & εἰ in posteriore ponitur, ut apud eundem in Categorijs, οὕτω δὲ ῥᾷστα ἂν ἴσως τις λάβοι οἷς μὴ κεῖται ὀνόματα, εἰ ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τοῖς πρὸς αὐτὰ ἀντιστρέφουσι τιθείη τὰ ὀνόματα. Quæ uerba paulo post interpretabor. Cicero autem in hoc genere nunquam utitur in priore loco illo, sic. F

In omni natura cohærēte & cōtinuata, ἐν παντὶ δὴ συνεχεῖ.) συνεχὲς phi losophi hodie dicunt continuum. Cic. in 1. Acad. quæst. uertit, naturam cohærētem & continuatam, Et cū ita moueatur illa uis quam qualitatem eße dicimus, & cum sic ultro citróque uersetur, & materiam ipsam totam penitus commutari putant, & illa effici, quæ appellant qualia, e quibus in omni natura cohærente & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mundum.

In quibus & nimium est & parum & mediocritas, ἐν δὲ τούτοις ἔστιν ὑπερβολὴ, καὶ ἔλλειψις, καὶ τὸ μέσον.) Hæc propria sunt philosophorum uocabula, quæ quemadmodum latine dicerentur, multum diúque dubitaui. Neque enim probabā usitata illa & trita, exuperationem & defectionem. Tandem aliquando non solū multa lectione, sed diuturna cogitatione & collatione in ipso libro de officijs quod uolebam sum consecutus. uerba ipsa subieci, Prohibenda autem maxime est ira in puniendo. nunquam enim iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam seruabit, quæ est inter nimium & parum, quæ placet Peripateticis. In Oratore etiā ad Brutum ijsdem uerbis utitur, nisi quòd pro mediocritate dicit modū, In omnibúsque rebus uidendum est quatenus. & si enim suus cuique modus, tamen magis offendit nimium quàm parum. Neminē iam dubitare arbitror, quin hæc tria uerba, nimium, parum, & mediocritas illis tribus græcis respondeant, ὑπερβολὴ, ἔλλειψις, μέσον siue μεσότης. Nec uero his duobus, priora duo semper exprimo, partim quod alia occurrerint, partim ne minus usitata offenderent. Itaq; ὑπερβολὴν dico interdum exuperantiam, ut Cicero fecit 5. Tusc. quæst. Nonne omnē exuperantiam uirtutis oderunt? i. ὑπερβολὴν τῆς ἀρετῆς. ἔλλειψιν autem appello defectionem, quod melius aliud non repperi, & quod eo Cic. sit usus. Scribit G H

A enim 4. Tusc. quæst. his ferè uerbis, Omnium autem perturbationum fontem esse
dicunt intemperantiam, quæ est à tota mente etiã à recta ratione defectio. Quan-
quam mihi defectio uidetur potius ἔλλειψιν significare. Sed usu terendum est, ut
sit mollius. Est autem ἐλλείπειν deesse propriè & latinè, quemadmodum ὑπερ-
βάλλειν redundare. quod interdum dicitur πλεονάζειν. Dicam igitur ἐλλεί-
πειν τοῦ ἔργου, deesse officio & muneri. quo genere usus est Cic. 3. Tusc. quæst.
quod supra protuli. Et quemadmodum oculus conturbatus non est probe affectus
ad suum munus fungendum, & reliquæ partes totúmue corpus à statu motum,
officio suo & muneri deest, &c. Ita ἐλλείπειν τοῦ δέοντος est, discedere, recedere,
deficere à decoro. & πλεονάζειν τοῦ δέοντος ultra modum progredi. His gene-
ribus duobus usus est hoc ipso cap. Aristoteles, πρὸς ἡμᾶς δὲ, ὃ μήτε πλεονά-
B ζει μήτε ἐλλείπει τοῦ δέοντος. Quod autem hic appellat ἔλλειψιν, supra uocauit
ἔνδειαν. 2. cap. huius 2. πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο θεωρητέον, ὅτι τὰ τοιαῦτα πέ-
φυκεν ὑπὸ ἐνδείας καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι, id est, Primum hoc quidem
intelligendum est, hæc talia ab eo quod parum est & nimium labefactari solere.
Illud autem ὑπερβάλλειν in hoc genere Cicero disertè interpretatur, transire
modum. 4. Tusc. quæst. Aegre tulisse P. Rutilium fratris repulsam consulatus,
scriptum apud Fannium est: sed tamẽ transisse modum uidetur, quippe qui ob eam
causam à uita recessit. Idem genus sic etiam exprimit, prodire extra modum. 1.
lib. de officijs, Cauendum est etiam, præsertim si ipse ædifices, ne extra modũ sum-
ptu & magnificentia prodeas. Ita Aristot. qua in re modum quis transeat, indicat
C interdum. ut in quarto ὑπερβάλλειν τῇ δόσει, de prodigo loquens. i. modum
transire largitionibus, seu largiẽdo. & ὑπερβάλλειν τῷ παρὰ τὸ δέον ἀνα-
λίσκειν, id est, extra modum sumptu prodire. quod supra Cicero dixit, ὑπερ-
βάλλειν etiam excellere significat.

Sed nõ omni actioni & perturbationi modus adhiberi apponiq; potest, οὐ πᾶ-
σα δ' ἐπιδέχεται πρᾶξις, οὐδὲ πᾶν πάθος τὴν μεσότητα.) Si ad uerbum ex-
primatur, non uideatur latina oratio, Non recipit omnis actio mediocritatem. Ita-
que malui hoc interpretari audacius, ut Ciceronis orationẽ imitarer. Quod si cui
minus probetur, probet illud potius, inuenit modum, aut tenet.

Sunt enim quædam, quæ nomine suo uitiosa declarari uidentur, ἔνια γὰρ εὐ-
D θὺς ὠνόμασται συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος.) Cicero 3. de finibus, At
illi dicunt πάθη. Sit igitur perturbatio, quæ nomine ipso uitiosa declarari uide-
tur. His uerbis mihi hunc locum uidetur attigisse. εὐθὺς ὠνόμασται, nomine
ipso disertè dixit uerbũ è uerbo, ut primũ nominata sunt. ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν
ἐν τῷ περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ δειλαίνειν, καὶ ἀκολασταίνειν εἶναι μεσότητα, καὶ ὑπερ-
βολὴν, καὶ ἔλλειψιν. Cic. cuius uerba posui, disertissimè hũc locum interpretatus

L

est 4.Tusc. quæst. Quamobrem nihil interest, utrum moderatas perturbationes E
approbent, an moderatam iniustitiam, moderatam ignauiam, moderatam intemperantiam. Videre licet quàm feliciter casuum fecerit mutationē. Paulò antè idem expressit magis ad uerbum. Qui modum igitur uitio quærit, similiter facit, ut &c. Quo loco eleganter dixit, ἀξιοῦν περὶ τὴν κακίαν μεσότητα, quærere modum uitio. Itaq; eodem modo licet dicere, ἀξιοῦν μεσότητα περὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ δειλαίνειν, καὶ ἀκολασταίνειν, quærere modum iniustitiæ, ignauiæ, & intemperantiæ.

CAP. VII.

LATISSIME patent, κοινότεροι.) Cicero hoc dicēdi genere sæpe utitur cum alijs libris, tum in ijs quos de officijs scripsit. ut in 1. De tribus autem reliquis latißime patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos & uitæ quasi F
communitas continetur. Et 2. de finibus. Hoc dictum in una re latißimè patet, ut in omnibus factis re nō teste moueamur, ἐπὶ πλέον etiam dicitur quod patet latius. Aristot. 3. lib. huius operis cap. 2. ἡ προαίρεσις δὲ ἑκούσιον μὲν φαίνεται, οὐ ταὐτὸν δὲ ἀλλ' ἐπὶ πλέον τὸ ἑκούσιον.

Timoris uacuitate, τῇ ἀφοβίᾳ.) Duobus uerbis cogimur dicere. Hoc Cicero dicit aliter, ut 1. de officijs, Vacuitas ab angoribus. Quocirca non sine causa maiores motus animorum concitantur, maioráque efficienda Rēp. gerentibus q̃ quietis, quo magis his & magnitudo animi adhibenda est & uacuitas ab angoribus. Idem quarto de finibus, Appetere uacuitatem doloris dicit, quod uno uerbo dicit multis locis, indolentiam, Græci ἀλυπίαν. G

Nomine uacat, ἀνώνυμος.) Cicero uocabula Græcorum cōposita ex α præpositione priuante, ea quæ latine uno uerbo commodè dici nō possunt, duobus solet dicere, quorū alterum est uacans, uel uaco, uel careo. Sic dixit τὸ ἀνώνυμον, uacans nomine, primo lib. quæst. Tusc. Quintum genus adhibet uacans nomine, & sic ipsum animum Endelechiam appellat nouo nomine, quasi quandā continuatam motionem & perennem. Aliàs hoc dicit, habere aut non habere nomen, ut 4. lib. earundem, In multis etiam uitijs apparet, sed nomen res non habet. Quod ego genus illi magis Græcorum, ἔχειν ὄνομα, quàm superiori respondere arbitror Aristot. Idem etiam τυγχάνειν ὀνόματος hoc capite dixit, cui generi haud scio an ullum par habeamus. Neq; enim unquam legi tale genus, hoc uitium, uel illud hoc H
uel illud nomen optinuit aut adeptū est, in hoc dūtaxat genere. Hæc sunt eius uerba, διόπερ οὐδ' οὗτοι ὀνόματος τετυχήκασι. Hoc etiā dicit, ἀποδιδόναι τοὔνομα, ut 6. cap. 4. huius operis, ὄνομα δ' οὐκ ἀποδέδοται αὐτῇ. Quod latine non possumus rectè dicere, uerbum è uerbo. Nam illud quod Aristoteles appellat hoc cap. ὀνοματοποιεῖν. πειρατέον δ' ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αὐτοὺς ὀνοματοποιεῖν. Cicero dicit construere uerba, 4. de finibus, Quod quidem nemo medio-

A criter doctus mirabitur, cogitãs, in omni arte, cuius usus uulgaris communisq; non sit, multã nouitatem nominum esse, cum construantur earum rerum uocabula quæ in quaque arte uersentur. Illud idem uerbum è uerbo dicit, facere nomina, in pri. Academ. quæst, Aut enim noua sunt rerum nouarum faciẽda nomina, aut ex alijs transferenda. Cicero hoc idem dicit nominare. 3. lib. de finibus, Quanquam ex omnibus Philosophis Stoici plurima nominauerunt. Hoc à Græcis mutuatus est, qui hoc dicunt ὀνομάζειν. Aristo. 4. lib. huius operis cap. 4. ἀντικεῖσθαι δὲ ἐνταῦθ' οἱ ἄκροι φαίνονται, διὰ τὸ μὴ ὠνομάσθαι τὸ μέσον, id est, Hic autem inter se oppositi extremi uidentur, quoniam non est nominata mediocritas. Nam illud quod crebro usurpat in Categorijs κεῖσθαι & τιθέναι ὀνόματα & τίθεσθαι. Cicero dicit imponere nomina. οὕτω δὲ ῥᾷστα ἂν ἴσως τις λαμβάνοι μὴ
B κειμένων ὀνομάτων, εἰ ἀπὸ τῶν πρώτων ὄντων τοῖς πρὸς αὐτὰ ἀντιστρέφουσι τιθείη τὰ ὀνόματα. i. Ita autem profecto facilimè quisq; ea omnia quibus nomina nulla imposita sunt, intelliget si à primis rebus etiã ijs quæ illis ex contraria parte respondent, imponet nomina. Cic. 3. de finib. Quare attẽdo te studiose, & quæcũq; rebus ijs de quibus hic sermo est, nomina imponis, memoriæ commendo. Idem initio eiusdem libri, Idque cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam uerba parienda, sunt imponenda noua nouis rebus nomina. Plato in Cratylo præter superiora genera, hoc etiam usurpat, ἐπιθεῖναι ὀνόματα, quod unum uerbum è uerbo exprimens Cicero dicit, Imponere nomina. Nam ponere nomina, quod superioribus respondet, nunquam dicit, nec latine puto dici.

C Quod nimium est ἀπειροκαλία ἢ βαναυσία, & quod parũ, μικροπρέπεια.) Hæc uocabula quoniam in latinum cõmode & aptè ad res quæ his subiectæ sunt declarandas conuerti non poterant, integra coactus sum relinquere. Nam ἀπειροκαλία apud Græcos tritum est uerbum, philosophorum proprium in hoc genere, quod differendi causa fecerunt usitatum. Si mihi facere nomen concedatur id uitium nimium splendorem appellauero. Et ei contrarium, sordes.

Magnitudo animi, μεγαλοψυχία.) Cicero sic semper nunquam magnanimitatem dicit, itaque barbarum esse existimo. Magnanimi tamen uocabulum apud eum usitatum est, in 1. de officijs, Vt quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime uult princeps omnium, uel potius solus esse. Et paulo post, Vera autẽ
D & sapiens animi magnitudo, honestum illud quod maxime natura sequitur in factis positum, non in gloria iudicat. Idem paulo antè, Fortes igitur & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam.

Sunt etiam tres aliæ mediocritates finitimæ omnino, sed tamen differunt aliquid, εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς μεσότητες ἔχουσαι μέν τινα ὁμοιότητα πρὸς ἀλλήλας διαφέρουσι δὲ πρὸς ἀλλήλων.) Cic. 2. Tusc. quæst. Interest aliquid inter laborem & dolorem, sunt finitima omnino, sed tamen differunt aliquid.

In omnibus ferè rebus mediocritatem eße laudabilem, ὅτι ἐν πᾶσιν ἡ μεσότης E
ἐπαινετόν.) Cic. in 4. lib. Tusc. quæst. de mediocritate hac Peripateticorum disserens, non laudabilem eam, sed optimam eos dicere confirmat, quod nusquam legi, nisi forte hoc uerbo quod idem ualet, utatur pro altero. Hæc sunt uerba eius, Hæc tamen ita disputant, ut resecanda eße fateantur, euelli penitus dicant, nec posse, nec opus esse, ut in omnibus ferè rebus mediocritatem esse optimã existimẽt.

Qui enim indignatur, is dolet illorum rebus secundis, qui ijs iniuria fruuntur, ὁ μὲν γὰρ νεμεσητικὸς λυπεῖται ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσι.) Multi mirabuntur, quod ἀναξίως dixerim iniuria. Sed profectò me Cicero ipse defendet. Hæc sunt eius uerba ex 4. quæst. Tusc. Misericordia est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. Arist. 2. lib. Rhetoricorum, δεῖ γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀναξίως πράττουσι κακῶς, συναλγεῖν. Sed definitionem quam dat melius est ascribi. ἔστω F
δὴ ἔλεος, λύπη τις ἐπὶ τῷ φαινομένῳ κακῷ φθαρτικῷ καὶ λυπηρῷ τοῦ ἀναξίου τυγχάνειν. Hæc mihi definitio uidetur par illi Ciceronis, ut hanc ab eo mutuatus esse uideatur. Illa autem phrasis, λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσι, non potest rectè exprimi ad uerbum. Est enim hoc genus dicendi non latinũ sed gallicum, Doleo ex hominibus qui utuntur secunda fortuna. Latini enim rei nõ fortunæ casum his uerbis dare solent. Ita dixit Cicero ibidem, Nam si quis doleat eius rebus secundis, à quo ipse lædatur, non rectè dicitur inuidere: quod Græci etiã dicunt, λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις, in quo sunt nobis superiores. Aristoteles eodem lib. Rhetoricorum, τὸ γὰρ λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις κακοπραγίαις ἀντικείμενόν ἐστι φρονεῖν τινα, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἤθους τὸ λυπεῖσθαι G
ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις εὐπραγίαις, id est, Nam dolere eius rebus aduersis qui iniuria laboret, & ab eodem animi habitu gaudere, eius secundis rebus, qui ijs iniuria fruitur, sunt contraria. Cic. etiam dicit interdum λυπεῖσθαι ἐπί τινι, nomine personæ, percipere dolorem & luctum ex patre, in epistolis.

CAP. VIII.

Cum autem tres sint affectiones, τριῶν δὲ διαθέσεων οὐσῶν.) Supra docui τὴν διάθεσιν dici debere affectionem, nõ dispositionem: quod ex hoc loco facilè percipitur. In categorijs distinguit τὴν διάθεσιν ἀπὸ τῆς ἕξεως. ex eo quod illa breuis est, hæc permanentior. His libris altero utitur pro altero.

Sunt illæ omnes inter se contrariæ quodammodo, ταῦται πάσαις ἀντίκειν- H
ται πως.) Cicero nunquam dicit ἀντικείμενον oppositum, sed contrarium. Itaque in topicis tractans illum locum Aristotelis qui est in categorijs positus, facit quatuor genera contrariorum .i. ἀντικειμένων. Et quoniam hoc capite Aristoteles de contrarijs disserit, libet de his quid apud Ciceronem repererim, exponere. Hæc sunt eius uerba ex eo libro, Contrariorum autem genera sunt plura. unum eorum quæ eodem genere plurimum differunt, ut sapientia & stultitia. & paulo

A pòſt, Hæc quæ ex eodem genere contraria ſunt, appellantur aduerſa. Deinceps reliqua tria genera explicat, ut priuantia, quæ barbari dicunt priuatiue oppoſita, græcè dicuntur στερητικά. Vt ea quæ cum aliquo conferuntur, Græci τὰ πρός τι nuncupant, barbari ad aliquid. ut negantia, quæ Græci ἀποφατικά, barbari contradictoria. Ergo ſi latine loqui uolumus, illa ἀντικείμενα dicemus contraria: & illa quæ contraria uulgo dicuntur, aduerſa, græcè ἐναντία. Itaque ἐναντιοῦσθαι dicemus & repugnare & contrarium eſſe, & ἐναντιότης quo uerbo hoc capite utitur Ariſtot. non contrarietas (eſt enim barbarum) ſed repugnantia dicetur. & ἀντιτίθεσθαι contrarium ponere, & opponere. Quod ut intelligatur, cõferam duos hic locos Ariſtotelis atque Ciceronis. Ariſtoteles hoc ipſo capite τῷ

B γὰρ ἐγγύτερον εἶναι καὶ ὁμοιότερον τὸ ἕτερον ἄκρον τῷ μέσῳ, οὐ τοῦτο ἀλλὰ τοὐναντίον ἀντιτίθεμεν μᾶλλον. Proxima oratione ſic loquitur. Cicero 3. de finibus hoc dicit, ponere contraria uitia uirtutibus & opponere. Verba hæc ſunt eius, Virtutibus igitur rectiſſime mihi uideris & ad conſuetudinem noſtræ orationis uitia poſuiſſe contraria. Paulo pòſt, Hoc omni uirtuti uitium contrario nomine opponitur. Definiuit Cicero in Topicis, contrariorum genus quæ aduerſa nominauit, Græci ἐναντία quæ in eodem genere plurimum differunt. Ariſtot. eodem modo, eodem hoc cap. definit, τὰ δὲ πλεῖστον ἀπέχοντα ἀλλήλων, ἐναντία ὁρίζονται. ἐναντιότης autem dici debet repugnantia. ut dixi.

Nam quas ad res ſumus procliuiores, πρὸς ἃ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμεν.) Paulo pòſt idem dicit, εὐκατάφοροι ἐσμὲν πρὸς ἀκολασίαν. 4. libro

C huius operis dicit, ἀποκλίνειν πρὸς τὰς ἡδονάς. 10. capite 1. ῥέπειν πρὸς τὰς ἡδονάς. Cicero 4. Tuſcu. quæſt. extremo, Ergo ut optima quiſque ualetudine affectus poteſt uideri alius, ut natura ad aliquem morbum procliuior: ſic animus alius ad alia uitia propenſior. Hoc ſolet dicere in malis ſemper, in bonis aptior. Simpliciter natus & aptus ad aliquid, & in bonis facilitatem, & in malis procliuitatem nominat. Eodem lib. Sed hæc in bonis rebus, quod alij ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur, in malis procliuitas. Ariſtot. poſtremo cap. huius ſecundi, ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν. Ex illo loco quem hic protulimus, facile percipitur, illud φύειν, in bonis & malis rebus dici. Itaque cum requirerem quod uerbum græcum par eſſet illi noſtro aptus, repperi tandem, εὐφυής. ut Ariſtoteles dixit ſexto libro huius operis, εὐφυὴς πρὸς τὰς ἀρετάς, id eſt, aptus

D & natus ad uirtutes.

CAP. IX.

QVOCIRCA difficile eſt in quaque re excellere, διὸ καὶ ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον εἶναι ἐν ἑκάστῳ.) bonus & probus dicitur, quæ hic non conueniet interpretatio, propter ἐν ἑκάστῳ. Porro ſi uerbũ è uerbo exprimamus, gallica uideatur, nõ latina oratio. Neque enim Latini ſic loqui ſolent, Difficilè eſt eſſe probũ,

Difficile est esse magnanimum. Hoc Cicero à persona in rē transferre solet. ut de E
amicitia, Itaque uere amici difficillime reperiuntur in ijs qui in honoribus rēque
publica uersantur .i. Difficillimum est eos esse ueros amicos qui &c. Ita transtuli
aliquot locis, quod idem censeo esse faciendum omnibus.

Nec enim quicquã difficilius, quàm reperire in omni re quod sit omni ex par-
te perfectum, ἐν ἑκάστῳ γὰρ τὸ μέσον λαβεῖν, ἔργον.) τὸ μέσον uerbum è uerbo
medium dicitur, quo uerbo utitur Cicero in libro de Vniuersitate, transferens lo-
cum Platonis ex Timæo, in quo est μεσότητας, quas se dicit nõ audere appella-
re medietates. Interdum τὸ μέσον decorum, & modum appellat, ut in 1. lib. de of-
ficijs. His enim rebus quæ tractantur in uita modum quendam adhibentes, & or-
dinem, & honestatem & decus conseruabimus. Quod idem interdum solet dicere
Tenere modum, & seruare. Verg. 10 AEneid. F
Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ
Et seruare modum rebus sublata secundis.
Hoc Aristot. dicit hoc capite, τυγχάνειν τοῦ μέσου. ἐπεὶ οὖν τοῦ μέσου τυχεῖν
ἄκρως χαλεπόν. &c. i. Quoniam igitur difficillimum est tenere modum, &c.
Et quoniam quod cuiusque rei medium est, id difficile est reperire, fit ut τὸ μέ-
σον accipiatur pro uirtute, quæ mediocritas est inter nimiũ & parum. Quoniam-
que uirtus omnis perfecta absolutáque est, τὸ μέσον etiam rectè perfectio dici po-
test, pro quo τὸ εὖ paulo pòst usurpat. Itaque hunc locum expreßum à Cicero-
ne arbitror in lib. de amicitia, Rarũ istud genus, & quidem omnia præclara rara,
nec quicquam difficilius, quàm reperire quod sit omni ex parte perfectum. Nam
paulo pòst Aristot. hoc capite addit, διόπερ ἐστὶ τὸ εὖ σπάνιον καὶ ἐπαινετὸν G
καὶ καλόν. Facilè est intelligere à Cicerone hos duos locos conclusos esse in
unum. Eundem locum etiam attigit in 2. libro de finibus, In omni enim arte uel stu-
dio, uel quauis scientia, uel in ipsa uirtute optimum quicque rarißimum. In quo il-
lud τὸ εὖ quoniam si ad uerbum dixisset, non satis commodè fecisset, maluit
optimum appellare, ut esset splendidæ orationi locus. Animaduerti etiam τὸ εὖ
ab eo dici præstantiam & laudem. Nam Græci quicquid in quáque arte excellit,
& præstat, id solent τὸ εὖ nominare. Velut Aristot. ne ab eo quem mihi propo-
sui discedam, 4. ca. huius 2. lib. τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν τεχνῶν γινόμενα, τὸ εὖ
ἔχει ἐν ἑαυτοῖς. Cic. 3. de finib. Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè cõue-
nire, neq; multi cothurni paucis anteponerentur, nec maiores minoribus: sic quorũ
omne bonum &c. Idem 4. quæst. Tuscula. De quibus est etiam merita melius, q̃ H
corporum adiumenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in his ipsis
est. Sed quo maior est in eis præstantia & diuinior, eo maiore indigent diligen-
tia. in quo quoniam superius exemplum Aristot. uidetur adumbrasse, mihi etiam
uidetur τὸ εὖ dicere salutem, & præstantiam, τὸ εὖ ψυχῆς, salus animi. Idem

A 2. de natura Deorum τὸ εὖ dicit absolutum & perfectum, Vt enim in uite, ut in pecude, nisi quæ uis obstitit, uidemus naturam suo quodã itinere ad ultimum peruenire. Atq; ut pictura & fabrica cæteræq; artes habent causam absoluti operis effectũ: sic in omni natura ac multo etiã magis, necesse est absolui aliquid & perfici. Proferã locum unũ Arist. ex quo τὸ εὖ idem ualere intelligemus, Scribit enim in hoc secundo cap. ὅθεν εἰώθασιν ἐπιλέγειν τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις, ὅτι οὔτ' ἀφελεῖν ἔστιν, οὔτε προσθεῖναι. ὡς τῆς μὲν ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως φθειρούσης τὸ εὖ, τῆς δὲ μεσότητος σωζούσης, id est, Vnde solent de operibus undique perfectis & absolutis prædicare, nihil nec ijs adimi posse, nec addi, quòd nimiũ & parum operis præstantiam & laudem corrumpat, conseruétq; mediocritas. Quid
B autem intersit inter τὸ μέσον, & τὸ εὖ si à me requirat aliquis, mihi quidem uenit in mentem quod Cice. de honesto & decoro dicit, respondere. Hæc sunt eius uerba ex 1. lib. de officijs, Qualis autem sit differentia honesti & decori, facilius intelligi quàm explicari potest. Quicquid enim est quod deceat, id tum apparet, cum antegressa est honestas. Et paulo post, Quare pertinet quidem ad omnem honestatem hoc quod dico decorũ, & ita pertinet, ut non recondita quadam ratione cernatur, sed sit in promptu. Est enim quiddam quod intelligitur in omni uirtute quod deceat, quod cogitatione magis à uirtute potest q̃ re separari. Nec uero hoc decorũ uult ex sola uirtute existere. Nã & poëtas decorũ sequi dicit. Itaq; τὸ μέσον honestati, & τὸ εὖ decoro comparare licet. Quocirca utrunque coniungit interdum Aristoteles, ut postrema huius quod interpretamur capitis oratione.
C οὕτω γὰρ ῥᾷστα τοῦ μέσου καὶ τοῦ εὖ τευξόμεθα, id est, Sic enim facillimè quod perfectum rectúmque sit, consequemur.

Quocirca quo animo senes illi erga Helenen affecti fuerunt, ὅπερ οἱ δημογέροντες ἔπαθον πρὸς τὴν Ἑλένην.) πάσχειν enim πρός τινα, affectum esse animo erga aliquem, uel in re aliqua, rectè dicimus.

Ad omnémque rationem illorum uox accommodari debet, καὶ ἐν πᾶσι τὴν ἐκείνων ἐπιλέγειν φωνήν.) Hunc mihi locum uidetur tacite imitatus esse Cicero 3. quæst. Tusc. Itaque ad omnem rationem Teucri uox accommodari potest. Est autem ἐπιλέγειν concludere. Hinc ἐπίλογος conclusio & peroratio. Interdum hoc uerbum habet casum præpositionis, id est, datiuum. Vt ex loco quem superiore annotatione protuli, perspici potest. ἐπιλέγειν τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις, id est
D prædicare de ijs operibus quæ suis numeris omnibus perfecta sunt.

ANNOTATIONES IN LIBRVM TERTIVM. CAP. I. E



SVNT igitur ea non uoluntaria facta, ἀκούσια.) Vt ἑκούσια non uoluntaria. His raro utitur Cicero in neutro. Illud autem ἀκούσια, non dicit inuoluntaria, sed non uoluntaria. Idem 4. Tusc. quæst. Mihi quidem in tota ratione ea quæ pertinet ad animi perturbationem, una res uidetur causam continere, omnes eas esse in nostra potestate, omnes iudicio susceptas, omnes uoluntarias. Arist. 5. ca. huius 3. lib. ἑκούσιοι εἰσιν αἱ ἀρεταί. quo loco plura de hoc genere dicemus. F

Vel imprudētia, ἢ δι' ἄγνοιαν.) ἡ ἄγνοια si sine genitiuo casu ponatur, imprudentia appellatur latine. & ἀγνοοῦν imprudens, ut εἰδὼς sciens. Sin cum eo casu iungatur, ignoratio à Cicerone dicitur, nunquam ignorantia, nisi semel, nisi forte locus deprauatus sit. ut in 1. Academ. quæst. extremo, Errorem autem & temeritatem, & ignorantiam, & opinationem & suspitionem: & uno nomine omnia quæ essent aliena firmæ & constantis assensionis, à uirtute sapientiáque remouebat. Idem 1. de finibus, Nam cum ignoratione rerum bonarum maxime hominum uita uexetur, ob eúmque errorem & uoluptatibus maximis sæpe priuētur, & prauissimis animi doloribus torqueantur, sapientia est adhibenda, &c. Aliàs quod Græci ἄγνοιαν dicunt, appellat imprudentiam. Idque uel ex ea diuisione intelligitur, G quā & alij Rhetores faciunt, & ipse locis pluribus. ut 2. Rhetoricæ quam ueterem dicunt, Purgatio est per quam eius qui accusatur, non factum ipsum, sed uoluntas defenditur. ea habet partes tres, imprudentiam, casum, necessitudinem. Imprudentia est, cum scisse aliquid is qui arguitur negat. Vt autem illud ἄγνοια interdum commodê latine ignoratio, ut dixi, appelletur, at certe ἀγνοῶν non potest rectè dici ignorans sine accusandi casu. Itaque hoc quod Aristot. hoc cap. dicit, ἀγνοῶν πράττει, non ignorans facit, dici debet, sed imprudens. Hoc quanquam mediocriter doctis persuasum sit, tamen locos aliquot proferam, ne quis operam nostram desideret. Cic. 2. de finibus, Si scieris, inquit Carneades, aspidem occulte latere uspiam, & uelle imprudentem super eum assidere, cuius mors tibi emolumentum factura sit, improbe feceris, nisi admonueris ne assideat. Tertio de officijs, Quæritur etiam, si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro H bonis, cum id rescierit, soluturus ne sit eos si cui debeat, pro bonis. Hoc autē differimus à Græcis in hoc genere, quod aliud dicunt esse ἀγνοοῦντα ποιεῖν, aliud δι' ἄγνοιαν: nos utrunque genus idem ualere dicimus. Verba hæc sunt Aristotelis, quæ in hoc capite posita sunt, ἕτερον δ' ἔοικε καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν τοῦ

A ἀγνοοῦντος.i. Aliud autem est imprudentia facere aliquid, aliud imprudentem. Quid autem differāt, deinceps explicat. Nam ait ebrios & animo commotos homines imprudentes quæ faciant facere omnia, non imprudentia. Ex quo facile est intellectu, eos solum qui imprudētia faciant aliquid, nunquā peccare. eos qui imprudētes, peccare in ijs rebus quæ ad mores pertinēt. Quod autē hoc cap. dicit δι' ἄγνοιαν, dicimus in ablatiuo, imprudentia. Vt Cic. 2. lib. Rhetoricæ ad Herenniū. Si autē imprudētia reus se peccasse dicet, primū quæretur, utrū potuerit scire an nō potuerit. Illud etiā cognitione & animaduersione dignū est, Cic. illi imprudens cōiungere genit. casum. Vt 2. lib. ueteris Rhet. quā uocant. Imprudētes legis cum existerent, uitulum immolauerunt. Quod interdū usurpabo, ut explicando eo loco 6. cap. huius libri. τοὺς ἀγνοοῦντάς τι τῶν ἐν τοῖς νόμοις ἃ δεῖ ἐπίστασθαι

B καὶ μὴ χαλεπά ἐστι, κολάζουσι .i. Imprudentesq; alicuius eorum quæ legibus continentur, quæ & sciri æquum est, nec difficilia sunt, puniunt. Illud autem quod pauloante Ciceronē ostendi dicere, Imprudentia peccare, Aristoteles quinto libro huius operis, appellat, ἁμαρτάνειν δι' ἄγνοιαν. ὅσα μὲν γὰρ μὴ μόνον ἀγνοοῦντες, ἀλλὰ καὶ δι' ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι συγγνωμονικά.

Vi autem id fit, βίαιον δέ.) uerbum è uerbo, uiolentum est, quo uerbo utitur Cicero, 5. de finibus. Atque hæc ut uere dicitur parua esse ad beate uiuendum momēta ista corporis cōmodorum, sic nimis uiolentū est, nulla esse dicere. Terēt. existimo in Adelphis sic exposuisse τὸ βίαιον, ut hic interpretor, hæc sunt eius uerba. Et errat longe, mea quidem sententia,

C Qui imperium credat grauius esse aut stabilius
Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.

Βίαιον autē à βίᾳ ductum est. Hinc supra dixit βίᾳ γιγνόμενα.i. quæ ui & necessitate fiunt, ut idem sit βίᾳ γίγνεσθαι, & βίαιον. Hunc locum cum tractant Rhetores & oratores, necessitudinem, seu necessitatem nominant, ut ex hac Ciceronis quæ in secūdo ueteris Rhetoricæ posita est, definitione intelligi licet. Necessitudo autem infertur, cum ui quadam reus id quod fecerit fecisse defenditur. Sequitur eiusmodi oratio quæ pertinet ad exemplum quod hic affert Aristoteles. δι' εἰ πνεῦμα κομίσαι ποι, ἢ ἄνθρωποι κύριοι. uerba hæc sunt Ciceronis. Lex est apud Rhodios, ut si qua rostrata in porta nauis deprehensa sit, publicetur. Cū

D magna in alto tempestas esset, uis uentorum inuitis nautis, Rhodiorum in portum nauim coegit. Paulo post sequitur, Vi & necessario sumus in partum coacti, uidetur hic Cicero dicere, cogi, ἀναγκάζεσθαι. Nam illud κομίσαι & κομίζειν multis locis transfert deferre. Vt uis uentorum nos in portum detulit. Hoc idem dicit, Conijcere in portum eodem libro ueteris Rhetoricæ, Cum rostratam nauim in portu deprehensam lex publicarit, cunque hæc nauis inuitis nautis ui tempestatis in portum coniecta sit, oporteat ne eam publicari?

ἀναγκάζειν autem & βιάζεσθαι idem ferè ualent.i.necessitatem & uim infer- E
re,cogere. Hoc in loco diutius quàm uellem commoror, quòd nihil sit prope tota
in philosophia quod magis illoto, ut ita dicam, sermone tractetur. Hinc uerba illa
barbara inuenta & trita sunt,Necessitari,uiolentari,ut illa duo superiora græca
in nostram linguã transferri possent,quæ apud Aristotelem legebantur. Nec hoc
modo factum est.sed illa inter se differre, usurpatum est : & illud cogi,quòd par
est illis Græcis duobus, cœptum est in aliam rem transferri. Atque hoc satis non
fuit,sed Aristotelis sententia suam confirmare conantur, quasi enim hæc ille uer-
ba excogitarit aut fabricatus sit,illi definitiones suorum uerborum se ab eo mu-
tuatos esse prædicant.Sed ut tandem hunc locũ concludamus,intelligi par est, illa
uerba idem apud Græcos efficere,iisque paria nostra esse,uim & necessitatem in-
ferre,cogere,& impellere,uim adhibere.Cicero pro Roscio Amerino, Nulla res F
tanta existat iudices,ut posit uim mihi maiorem adhibere metus, quàm fides.Iti-
dem, Luxuries igitur hominem nimirum, & æris alieni magnitudo, & indomitæ
animi cupiditates,ad hoc scelus impulerunt. Aristot.hoc ipso cap. καὶ γὰρ τὸν Εὐ-
ριπίδου Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάσαντα μητροκτονῆσαι.
Ita hunc locum transtuli.Et enim ridicula uidentur ea quæ ad cædem maternam
Almæonem Euripidis impulerunt. Si Latini hoc uerbo utãtur,solent ipsum iunge-
re uel cum accusandi casu & ad præpositione,uel cum ut.Idem eadem oratione.
Quæ me igitur res præter cæteros impulit, ut causam Sexti Roscij reciperem?
Græci autem τῷ ἀναγκάζειν dant uerbum infinitum, ut ex superiore exem-
plo perspicere possumus. Noua autem est illa oratio qua hoc cap. utitur,ἔνια δ'
ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθανατέον παθόντα τὰ G
δεινότατα. Nam cum illud ἔστιν licet exponatur eo loco propter uerbum infini-
tum,illud ἔνια mirũ est esse positum uel in accusandi uel in nominandi casu. Hunc
autem locum Ciceronem secutus sic trãstuli. Sunt autem quædam certè partim ita
fœda partim ita flagitiosa,nemo ut ad ea impelli ulla ratione iure posit,potiúsque
oppetenda mors est,grauissimis toleratis cruciatibus. In quo ἀλλὰ conuerti, quoque,
ut facit Cicero multis locis,transferens locos Platonis & aliorum. Vt illum Pla-
tonis ad Archytam,ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ
αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζει,
τὸ δέ τι γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι. Cicero 1.lib.de officijs, Sed quo- H
niam,ut præclare scriptum est à Platone,non nobis solum nati sumus,ortúsque no
stri partem patria uendicat, partem parentes,partem amici.&c. Quocirca Lau-
rẽtius Valla uehemẽter errauit,qui illud quoque,in eo loco Ciceronis significare nam,
seu nanque confirmat. Multos ego alios locos proferre possum,quos Cicero con-
uertens,ἀλλὰ dicit quoque.

Expetendæ enim sunt tum cũ geruntur, αἱρεταὶ γάρ εἰσι τότε, ὅτε πράτ-

A τοιπαι.) τότε, ὅτε, tum, cum. Plato solet dicere τότε ὅταν. ὅταν non differt ab ὅτε nisi quòd subiunctiuum modum sibi asciscit, & ὅτε indicatiuum. Graeci has duas quasi particulas nūc coniungunt in oratione, nunc separant, nos interdum eas quae illis pares sunt etiam separamus. Quod ut intelligi possit, proferam locū Platonis ex Timaeo, & Ciceronis interpretationem. ἔστι δ᾽ ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατὸν, ὡς ὅ γε τέλεος ἀριθμὸς χρόνου, τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων, τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλὴν, τῷ τοῦ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ. Hunc locum sic conuertit Cicero in lib. de Vniuersitate. Attamē illud perspici & intelligi potest, absoluto perfectoq; numero tēporis absolutum perfectūq; annum tunc compleri denique, cum se octo ambitus confectis suis cursibus ad idem

B caput retulerunt, cumq; eos permensus est idē & semper sui similis orbis. Ex quo licet intelligi, Ciceronem addere illud denique quod non est in Graeco. idque facere solet saepissimè. Alterum eius locum, ut res intelligatur, non erit alienū apponere. In 3. de finibus extrema pagella. Nec expectet ullū tempus aetatis, ut tum deniq; iudicetur beatus ne fuerit, cum extremum uitae diem morte confecerit. Separant Graeci has duas particulas interdum. ut Aristoteles in primo, τὰ μὲν τὰ φυσικά. τότε γὰρ εἰδέναι φαμὲν ἕκαστον, ὅταν τὴν πρώτην αἰτίαν οἰώμεθα γνωρίζειν, id est, Tum enim quid intelligere nos praedicamus, cum primam eius causam nobis cognitam esse arbitramur.

Stare in eo quod sit iudicatum, τὸ ἐμμεῖναι τοῖς γνωσθεῖσι.) Cicero hunc lo

C cum 1. lib. de finibus transtulit, Nec enim satis est iudicare quid faciendum, non faciendúmue sit, sed stare etiam oportet in eo quod sit iudicatum. Ita pluralem numerum transtulit in singularem, quod interdum si non necessario, at certe ad ornatum orationis faciendum est. Illud autem ἐμμεῖναι interdū permanere dicit, ut hic locus sic rectè conuerti possit, permanere in sententia. Nā & γνώμη sententia dicitur, & γνῶναι sentire. De hoc genere in 7. lib. plura Deo iuuante dicemus.

Genere non uoluntaria sunt, tēpore uolūtaria, καθ᾽ αὑτὰ μὲν ἀκούσιά ἐστι, νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε ἑκούσια.) Cicero lib. de officijs 2. Tota igitur ratio taliū largitionū genere uitiosa est, tempore necessaria. Omnibus licebit existimare, utrū illud καθ᾽ αὑτὰ quod uerbum è uerbo exprimentes, per se dicimus, recte uer-

D terim genere. Quod ut facerem me hic admonuit Ciceronis locus. Nec uero adeo ignarus sum graeci sermonis, quin sciam τῷ γένει dici genere. ut Aristot. idem 7. huius operis cap. 4. ἐπεὶ δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ τῶν ἡδονῶν, αἱ μέν εἰσι τῷ γένει καλῶν καὶ σπουδαίων. &c. i. Quoniam autem cupiditatum & uoluptatum aliae sunt genere honestae & bonae, &c.

Sed non alienum est, quae quótque sint exponere, ἴσως οὖν οὐ χεῖρον διελέσθαι αὐτὰ, τίνα καὶ πόσα ἐστί.) Cicero 3. de finib. Sed non alienum est, quo facilius

uis uerbi intelligatur, huius uerbi rationem faciendi Zenonis exponere. Ex quo E
loco perspicuum est διοικεῖσθαι exponere uertendum esse, quod supra ostendimus.
ὧν dixi sed, quoniam hoc loco mihi magis uidetur cõgruere, quàm igitur uel aliud
eiusdẽ generis. Aristoteles illud quod hic dicit χεῖρον alio loco appellat ἄτοπον,
ut primo lib. huius operis cap. 10. ἄτοπον δὲ ἴσως τὸ μηδὲν μηδ' ἐπί τινα χρόνον συνικνεῖσθαι τὰ τῶν ἐκγόνων τοῖς γονεῦσι. Hoc autem cap. quod explicamus
bis idem uerbũ usurpat. hoc Cicero dicit absurdum est. 5. de finibus, Atq; etiam
illud si quis dicere uelit perabsurdũ sit, ita diligi à sese quẽq;, ut ea uis diligendi
ad aliam rem quampiam referatur, non ad eum ipsum qui sese diligat. Hoc idem
dicit incommodum est.

CAP. II

SEQVITVR, ut de consilio dicẽdum sit, περὶ προαιρέσεως ἕπεται διελθεῖν.) Sic Cic. lib. 1. de offi. Sequitur ut de una reliqua parte honestatis dicẽdũ F
sit. Hoc loco institui dicere quibus modis quod Græci dicunt προαίρεσιν, Latini,
præsertim Cicero quem potissimũ in hoc genere sequimur, soleat conuertere. In
quo ingenue fateor nullum mihi uerbum plus exhibuisse negotij, nullũ plus solicitudinis attulisse. Ferè omnes reperio electionẽ προαίρεσιν dicere, quàm rectè, alij
iudicabunt. Ego multis uarijsq; modis transtuli, aliàs consilium, aliàs propositum,
modo institutum, modo delectum, nunc animum, nũc iudicium, nunc uoluntatem, &
primam animi susceptionem. Ac cũ eam appello consilium, non sic intelligo, ut cum
dicimus dare consilum, nam hoc græcè dicitur βουλή, sed ut definitur à Cicerone
2. lib. ueteris Rethoricæ, Consilium est aliquid faciendi non faciendiue excogitata
ratio. Quæ mihi definitio cum ea congruere uidetur, quam Aristot. proximo capite conficit, ὄντος δὲ τοῦ προαιρετοῦ, βουλευτοῦ, ὀρεκτοῦ τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἡ προαίρεσις ἂν εἴη βουλευτικὴ ὄρεξις τῶν ἐφ' ἡμῖν. Quod his ferè uerbis transtuli. G
Quoniam autem quod sub delectum cadit, omne cadit sub deliberationem & appetitionem eorum quæ in nostra sunt potestate: efficitur, ut consilium sit appetitio
eorum quæ in nobis sita sunt, cum est antegressa deliberatio. Quanquam Eustratij definitio propius ad illam Ciceronis accedit. προαίρεσις δέ ἐστι δυοῖν προκειμένοιν κρίσις ἀνθρώπου, τὸ δὲ προτιθεῖσα πρὸ τοῦδε καθ' ὁρμήν τινα ἢ ἕξιν,
id est, Propositum seu consilium, iudicium est hominis quo duobus propositis hoc
illi conuenienter suæ appetitioni anteponit. Nam quanuis Cicero non faciat mentionem duorum propositorum, tamen facilè intelligitur. Nam cum ait Cicero, excogitatã rationem, eam excogitatam & inuẽtam deliberando existimare debemus. H
Eodem pertinet quod in fine huius secundi capitis ait Aristot. ἡ δὲ προαίρεσις,
μετὰ λόγου καὶ διανοίας. i. Consilium coniunctum est cũ ratione & animo. Scio
electionem dici προαίρεσιν à cæteris, sed quoniam id uerbum apud Ciceronem
nõ est tritum nec usitatum, hic quæro uerbum Ciceronis quod illi sit par omnino.
Ac me quidem fateor nullum aliud quærendo reperisse, quàm consilium, in hoc

A duntaxat genere. Nam quicquid his duobus capitibus tradit Aristo. eo pertinet, ut tandem aliquando id esse προαίρεσιν doceat, quod cum antegressa est delibera- tio sequi solemus. Id alij ut dixi electionem appellant, ego consilium nomino. Est enim hæc omnis non rerum sed nominum controuersia. Nõ est opus proferre mul- tos locos ex epistolis Ciceronis, quibus sententia nostra comprobetur. Hoc tantum dico, omnes qui aliquid operæ in Ciceronis libris posuerunt, sæpe hoc genus dicen di legere potuisse, Consilium profectionis meæ tibi omne perscribam. Quibus locis quid cõsilium significet, nisi quod hic appellat Aristo. προαίρεσιν, prorsus ignoro. Nam inter hoc & illud alterum consilium quod Græci uocant seu βουλὴν, seu λογισμὸν, hoc interest, quod illud potest non probari ei cui datur, hoc non potest non probari, quippe cum id iam sequatur. Itaque Cicero 2. lib. epistolarum fami-
B liarium, scribens ad M. Cælium, se de prouincia decedentẽ Cælium ei præposuisse, tandẽ de hoc suo facto sic loquitur, Hoc tu meũ cõsilium laudes necesse est, mutari enim non potest. Quis adeo ignarus est quin intelligat id ipsum secutum esse cùm diu multumq; deliberasset? Atqui hoc uocat Arist. τὸ προαιρετὸν & προαίρεσιν. Addam etiam illud Ciceronis, quod hanc sententiam non minus indicat. Scribit his ferè uerbis ad Seruium Sulp. 4. lib. epistolarum familiarium. Nam statueram nõ mehercule inertia, sed desiderio pristinæ dignitatis in perpetuũ tacere. Fregit hoc consiliũ meum & Cæsaris magnitudo animi, & senatus officium Cic. eligere hoc dicit quod Græci προαιρεῖσθαι, uel αἱρεῖσθαι ut 1. lib. de offic. Quod tempus à natura ad eligendum quam quisque uiam uiuendi sit ingressurus datum est. Et in
C epistola ad Octauium, In duobus autẽ malis cum fugiendũ maius sit, leuius est eli- gendum. Quem locum ab Aristotele mutuatus est. Scribit enim 5. lib. huius operis, his ferè uerbis, ὅτι τῶν ἁπλῶς κακῶν, τὸ ἐλάχιστον αἱρεῖσθαι δεῖ. Ego nisi græca cum latinis coniunxissem, ex duobus malis, non in duobus, dicendum putassem. Itaque hoc genus dicendi ut nouum notandum est. Sic multis alijs locis loquitur, Quòd si quis analogiam sequi uelit, sic concludet, ut à προαιρεῖσθαι προαίρεσις deducta est, sic ex eligo sibi electionem duci uideri. Et tamen Cicero nunquam di- cit electionem. In 4. quidem de finibus legitur electio, sed si quis diligenter illum locum considerarit, deesse, s, intelliget, ut sit uerbũ Stoicorũ, qui selectionẽ uocabãt προαιρετὸν Cicero dicit præpositũ, Exponens locũ Aristot. qui in fine huius cap. positus est, ὑποσημαίνειν δ' ἔοικε καὶ τοὔνομα, ὡς ὂν πρὸ ἑτέρων αἱρετόν. 4.
D de finib. Nam bonum ex quo appellatũ sit, nescio, præpositũ ex eo credo, quod præ- ponatur alijs. Nam αἱρεῖσθαι interdum anteponere, præponere, & anteferre dici- tur, præsertim si præpositio ἀντὶ præponatur cum genitiuo. Vt Aristot. 1. cap. hu ius lib. ποῖον δ' ἀντὶ ποίου αἱρετέον, οὐ ῥᾴδιον ἀποδοῦναι. i. Quæ autẽ qui- bus anteponenda sint, non est facile explicare oratione. προαιρεῖσθαι etiã deligere, sequi, constituere & proponere dicitur, ut Aristoteteles primo libro huius operis.

οἱ μὲν οὖν πολλοὶ παντελῶς ἀνδραποδώδεις φαίνονται βοσκημάτων βίον E
προαιρούμενοι. Illud autem προαιρεῖσθαι τὸν βίον Cicero interdum dicit delige-
re genus uitæ, ut 1. lib. de officijs, Ad hanc autem rationem quoniam maximã uim
natura habet, fortuna proximam, utriusque omnino habenda est ratio in deligen-
do genere uitæ, sed naturæ magis. Interdum cõstituere uitam. ut ibidem, Nam cum
in omnibus quæ aguntur, & eo modo quo quisque natus est, ut supra dictum est,
quid deceat exquirimus, tum in tota uita cõstituenda multo est rei cura maior ad-
hibenda. Aliàs sequi, ut ibidem, Nonnulli tamen siue felicitate quadam, siue boni-
tate naturæ, siue parentum disciplina, rectam uitæ secuti sunt uiam. Ibidem Cic.
uocat προαίρεσιν consilium, & institutum, & studium. Qui igitur ad naturæ suæ
non uitiosæ genus, consilium uiuendi omne contulerit, is constantiam teneat. Ac ne
quis putet consilium accipi aliter, attendat studiose quæ sequuntur. Id enim maxi- F
me decet, nisi forte se intellexerit errasse in deligendo genere uitæ. Hæc ille &c. quis
dubitat, quin si consiliũ uiuẽdi sic diceretur illic, ut cũ dicimus, dare consiliũ uiuen
di, post male addidisset, in deligendo genere uitæ? cũ præsertim post addat, cõstan
tiam teneat, quod perinde ualet ac si diceret, Qui institutum uiuendi ad naturam
suã nõ uitiosam accõmodatum secutus sit, is in eo permaneat. Itaq; addit deinceps,
Quod si acciderit (potest autem accidere) facienda morum institutorúmq; muta-
tio est. Facile est intellectu, hic institutum appellari quod dicũt Græci προαίρεσιν.
Nonnunquam coniungit hæc duo uerba pro uno, studium & institutum. ut eodem
loco. Hoc Herculi Iouis satu edito potuit fortasse contingere, nobis non item, qui
imitamur quos cuique uisum est, atque ad eorũ studia institutaq; impellimur. Ita-
que hæc duo etiam coniunxi cum in prima huius operis oratione conuerterẽ προ- G
αίρεσιν. Sed ad alia ueniamus. Dicitur interdũ προαίρεσις propositum. Non est
alienum quo res magis intelligatur, aliquot Demosthenis locos proferre. Hæc sunt
eius uerba ex oratione περὶ στεφάνου. τότε τοίνυν τὰ μὲν ἔμελλεν ὡς ἐδόκει
τῶν δεινῶν. τὰ δ' ἤδη παρῆν ἐν οἷς τὴν προαίρεσίν μου σκόπει τῆς πολι-
τείας, μὴ τὰ συμβαίνοντα συκοφάντει. Tum quidem alia futura erant, ut
uidebantur, misera & acerba, alia iam aderant. His temporibus quid mihi in Rep.
administranda fuerit propositum, considerare, non quæ euenerint calumniari de-
bes. Sic Cicero pro Sextio. Sed ut reuertar ad illud, quod mihi in hac omni est o-
ratione propositum. Itaq; προαιρεῖσθαι proponere & suscipere dicitur. ut apud
eundem in eadem oratione, καὶ μὴν καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἄξιός εἰμι ἐπαίνου τυ-
χεῖν, ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα προῃρούμην πολιτεύματα, ἀφ' ὧν ἅμα δό- H
ξαι καὶ τιμαὶ καὶ δυνάμεις συνέβαινον τῇ πόλει, id est, Atqui ob eam etiam
rem laudibus ornari debeo, quod eam mihi partem Reip. proposuerim uel susce-
perim, uel ad eam partem Reip. accesserim, quæ huic ciuitati simul & gloriam pe-
perit, & honorem, & opes. προαίρεσις interdum animus & uoluntas dicitur, ut

A distingunt philosophi ab effectu uoluntatem, quam Cicero ut magis exprimat, uocat primam susceptionem 3. de finibus his uerbis, Nam ut peccatum est patriam prodere, parentes uiolare, fana depeculari quæ sunt in effectu: sic in libidine esse, peccatũ est etiam sine effectu. Verũ ut hæc non in posteris & in consequẽtibus, sed in primis continuo peccata sunt: sic ea quæ proficiscũtur à uirtute, susceptione prima, non perfectione rectè sunt iudicanda. Ex quo perspici potest, susceptionẽ primam ab eo uocari uoluntatem, & perfectionem executionem quam uocant, & actum exteriorem. Hinc Cicero sæpe dicit, suscipere facinus, & perficere. Ego ne cui uidear aliter ac sunt, hæc Ciceronis uerba intelligere & interpretari, proferã locum Aristotelis ex 10. libro huius operis, qui huic Ciceronis accommodatus est.

B ζητεῖται δὲ πότερον κυριώτερον τῆς ἀρετῆς ἡ προαίρεσις, ἢ αἱ πράξεις, ὡς ἐν ἀμφοῖν οὔσης. τὸ δὴ τέλειον δῆλον ὡς ἐν ἀμφοῖν ἂν εἴη. Alij quoniam nullum aliud uerbum habent, hic προαίρεσιν conuertunt electionem. Sed cui dubium est, quin conferat hoc loco Arist. uoluntatem in uirtute & actionẽ, utra plus possit ad uirtutem? Sed uolo eiusmodi exemplum & locum proferre, in quo cũ προαίρεσιν alij transferant electionem, omnes intelligent quàm id inscite faciant, & ad consuetudinem nostræ orationis imperite. Scribit Aristo. 8. huius operis libro, his ferè uerbis, ἐν δὲ ταῖς κατ' ἀρετὴν, ἐγκλήματα μὲν οὐκ ἔστι, μέτρῳ δ' ἔοικεν ἡ τοῦ δράσαντος προαίρεσις. τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ τοῦ ἤθους ἐν τῇ προαιρέσει τὸ κύριον. Si quis superiora cum his coniunxerit, facilè in nostram descẽdet sententiam. Nam paulo antè quæsiuit, utrum in his amicitijs quæ fructibus & emolu-

C mentis diriguntur, ex utilitate quam is qui beneficium accipit, ex beneficio ipso consecutus est, referendæ gratiæ officium ponderandum sit, an ex eius beneficio qui ipsum dedit. Itaque in his querelas dixit existere, cum ij qui contulerunt beneficium, se prædicant ea in alterũ beneficia contulisse, quæ summa sunt, quæq; ab alio non potuissent consequi. Hi contra extenuantes, & exigua se accepisse ab illis, & quæ ab alijs ferre potuissent. Cõcludit deinceps ita hunc locũ, ut dicat reddendum esse tantum beneficium quantũ quisq; acceperit, aut etiam maius: quoniam præclarius. Tum uerba quæ supra protuli, addit, quibus quid in amicitia quàm uirtus cõciliauerit, tenendum sit ac seruandum tradit. Quæ sic interpretor, In ijs autem amicitijs quas uirtus conciliat, nullæ querelæ existunt, nullæ obiurgationes: in ijsq; ex animo eius qui dedit, beneficiũ est omne põderandum. Virtutis enim & morum

D laus omnis in animi iudicio & uolũtate consistit. Quis quæso sensus erit, si sic dicas, Mensura autem est eius electio qui beneficium contulit? aut quis sic unqnam locutus est nisi plane latini sermonis ignarus? Proferam ex primo de officijs Ciceronis locum, qui meam confirmabit sententiam. Acceptorum autem beneficiorũ sunt delectus habendi, nec dubium quin maximo cuiq; plurimum debeatur. In quo tamen in primis quo quisque animo, studio, beneuolentia fecerit, ponderandum est.

Multi enim faciunt multa temeritate quadam sine iudicio uel modo in omnes, uel E
repentino quodam quasi uento, impetu animi incitati, quæ beneficia æque magna non sunt habenda, atque ea quæ iudicio, considerate, constanterq; delata sunt. In his locis illud animo & iudicio interpretor, ἕξει, & προαιρέσει, ὧν ποιεῖ. Cicero paulo antè eodem lib. προαίρεσιν dicit uoluntatem. Videre etiam licet plerosque nō tam natura liberales q̄ quadā gloria ductos ut beneficia uideantur facere multa, quæ uidentur magis proficisci ab ostentatione, q̄ à uoluntate. pro quo tamen ἕξιν licet dicere. ut Aristot. 1. cap. lib. 4. huius operis, κατὰ τὴν οὐσίαν δ' ἡ ἐλευθεριότης λέγεται. οὐ γὰρ ἐν τῷ πλήθει τῶν διδομένων τὸ ἐλευθέριον, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ διδόντος ἕξει. Cui enim dubium est, quin hoc ἐν τῇ τοῦ διδόντος ἕξει, idem ualeat atque illud quod supra protulit, ἡ τοῦ διδόντος προαίρεσις. Hunc itaque locum sic exposui. Sed ad facultates omnis referenda est liberalitas. Non enim ex F
numero beneficiorum quæ dantur, sed ex animo & uolūtate dantis omnis est liberalitas iudicanda, uel sic. Nō enim in multitudine beneficiorum quæ dantur, liberalitas posita est, sed in dantis animo & uoluntate. Ita ἡ ἕξις intelligenda est in eo etiam loco 3. huius. διὸ καὶ ἀνδρειοτέρου δοκεῖ εἶναι τὸ ἐν τοῖς αἰφνιδίοις φόβοις ἄφοβον καὶ ἀτάραχον εἶναι, ἢ ἐν τοῖς προδήλοις. ἀπὸ ἕξεως γὰρ μᾶλλον ἦν, καὶ ὅτι ἧττον ἐκ τῆς παρασκευῆς. τὰ προφανῆ μὲν γὰρ, κἂν ἐκ λογισμοῦ καὶ λόγου τις προέλοιτο, τὰ δ' ἐξαίφνης κατὰ τὴν ἕξιν. Quæ ita transtuli. Quocirca fortioris maiorisque animi est potius in subitis repentinisque terroribus & casibus omni animi perturbatione metuq; uacare, q̄ in prouisis & manifestis, q̄ ea magis ab animi habitu proficiscantur, sintq; minus præparata. Nam quæ G
præmeditata sunt & prouisa, consilio & ratione sequi quilibet potest. At uero repentina & improuisa animi potius iudicio & uoluntate. Nam illud προαιρεῖσθαι dicendum esse sequi & approbare, ex illo loco Aristot. qui in 8. libro huius operis positus est, intelligi potest, τοῦτο δὲ συμβαίνει, διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν πάντας ἢ τοὺς πλείστους τὰ καλά, προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα, id est, hoc ita contingit, propterea quòd omnes uel certè plurimi honesti illi quidem studio ducuntur, attamen quæ utilia sunt sequuntur & approbant. Sed ut ad nostram προαίρεσιν reuertamur, alium locum etiam proferam, in quo pro animo & uolūtate dicitur. Hæc sunt Aristot. posita in 9. lib. huius operis cap. 1. ἐν οἷς δὲ μὴ γίνονται διομολογίαι τῆς ὑπουργίας, οἱ μὲν δι' αὑτοὺς προϊέμενοι, εἴρηται ὅτι ἀνέγκλητοί εἰσι, τοιαύτη γὰρ ἡ κατ' ἀρετὴν φιλία. τὴν ἀμοιβὴν τε ποιητέον κατὰ τὴν H
προαίρεσιν. αὕτη γὰρ τοῦ φίλου καὶ τῆς ἀρετῆς. i. Quis enim sensus erit, si κατὰ προαίρεσιν ποιητέον τὴν ἀμοιβὴν dicas, electione facienda est remuneratio? & tamen sic Argyrophylus trāstulit, & hunc locum & superiorem. Nunc animi iudicium dici προαίρεσιν, doceo Aristot sententia, quam Cic. transtulit. Scribit in 7. lib. huius operis his uerbis, διὸ καὶ τὰ θηλέα οὔτε σώφρονα, οὔτε ἀκόλαστα λέγο-

A μὲν. ἀλλ' ἢ κατὰ μεταφορὰν. ὃ εἴ τινι ὅλως ἄλλο πρὸς ἄλλο διαφέρει γένος τῶν ζώων ὕβρει ὃ συνομωλία ᾧ τὸ παμφάγον εἶναι. οὐ γὰρ ἔχει προαίρεσιν οὐδὲ λογισμὸν, ἀλλ' ἐξέστηκε τῆς φύσεως ὥσπερ οἱ μαινόμενοι τῶν ἀνθρώπων. Coactus sum hunc locum altius repetere, ut res intelligeretur. Hunc locum Cicero 2. lib. de finibus sic adumbrauit, ut facilè quod uolo intelligi poßit. Bestiarum uerò nullum iudicium puto. Quanuis enim deprauatæ non sint, prauæ tamen esse possunt. Vt bacillum aliud est inflexum & incuruatum de industria, aliud ita natum: sic ferarum natura non est illa quidem deprauata mala disciplina, sed natura sua. Illud, οὐκ ἔχει προαίρεσιν τὰ θηρία, dicit, Bestiarum nullum iudicium puto. Et illud, ἐξέστηκε τῆς φύσεως, deprauatæ sunt natura sua. Illud autem quod postremò ait, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι τῶν ἀνθρώπων ἐξέστηκεν, dicit in oratione p
B Roscio Amerino, Exuere hominem ex homine. & multis alijs locis discedere à natura. Illud autem quod ipse Cicero dixit, de industria, Aristot. dicit ἐκ προαιρέσεως, 5. lib. huius operis, ἂν δ' ἐκ προαιρέσεως βλάψοι ἀδικεῖ. Hoc facilè intelligi potest ex illo eiusdem Ciceronis loco, qui in 1. de offic. positus est. Atq; illæ quidem iniuriæ quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpe à metu proficiscuntur. Nam ἀδικεῖν non est aliud quàm inferre uel facere iniuriam, βλάπτειν ergo ἐκ προαιρέσεως, est nocere de industria. Quò inscitius interpretati eũ locum uidentur omnes qui adhuc hos de moribus libros in nostrum sermonem è Græco transtulerunt. Omnes enim dicũt, Nocere ex electione. quo quid potest fingi dicíque ineptius? De his autem generibus dicendi, De industria, consultò, cogi-
C tatò inferre uel facere iniuriam, uel nocere, uel uiolare, dicam in quinto lib. itemq; de contrarijs eorũ. Restat, ut ostendam προαίρεσιν dici propositum. Primum mihi uideor ita hoc facilè posse demonstrare, si eum doceã σκοπὸν & προαίρεσιν pro eodem dicere. Scriptũ est apud eum in 6. lib. huius operis, ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθὸν, ἡ δὲ φρόνησις τὰ πρὸς τοῦτον. Eodem cap. id est 12. paulopóst ita est, τὴν μὲν οὖν προαίρεσιν, ὀρθὴν ποιεῖ ἡ ἀρετή. τὸ δ' ὅσα ἐκείνης ἕνεκα πέφυκε πράττεσθαι, οὐκ ἔστι τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ἑτέρας δυνάμεως. Ac ne quis iudicet, quæso, antequam ea quæ deinceps tradit ille, intellexerit. Quænam ergo sit illa uis, ita deinceps explicat, ἔστι δέ τις δύναμις, ἣν καλοῦσι δεινότητα. αὕτη δ' ἐστὶ τοιαύτη, ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα,
D δύνασθαι ταῦτα πράττειν καὶ τυγχάνειν αὐτῶν. Quis non uidet quod prius dixerat τὴν προαίρεσιν, post σκοπὸν eum dicere? Ergo aliter illo sexto libro, atque hoc secundo τῇ προαιρέσει utitur. Nam hoc secundo inter βούλησιν & προαίρεσιν interesse dicit, quòd uoluntas est finis propria, προαίρεσις in ijs cernitur quæ ad σκοπὸν finémque referuntur. Non est autem dubium quin σκοπὸν pro fine superiore loco dixerit, pro quo cum ibidem προαίρεσιν usurpet, fit ut tantum intersit inter hanc & illam προαίρεσιν, quantum inter finem &

ea quæ ad finem spectant, interest. Quocirca in septimo libro pro σκοπῷ dicit τὸ οὗ ἕνεκα his uerbis, ἡ γὰρ ἀρετὴ καὶ μοχθηρία τὴν ἀρχὴν, ἡ μὲν φθείρει, ἡ δὲ σώζει. ἐν δὲ ταῖς πράξεσι τὸ οὗ ἕνεκα ἀρχή. Finis autem eo dicitur principium agendi, quòd ab eo rerum agendarũ ratio proficiscatur. Neq; enim quisquã qui modo est sana mente, agit quicquam, nisi finẽ sibi proponat. Quod idem multo declarat apertius extrema pagina 6. lib. huius operis, δῆλον δὲ, κἂν εἰ μὴ πρακτικὴ ἦν ὅτι ἐδεῖτο ἂν αὐτῆς διὰ τὸ τοῦ μορίου ἀρετὴν εἶναι, καὶ ὅτι οὐκ ἔσται ἡ προαίρεσις ὀρθὴ ἄνευ φρονήσεως οὐδ' ἄνευ ἀρετῆς. ἡ μὲν γὰρ τὸ τέλος, ἡ δὲ τὰ πρὸς τέλος ποιεῖ πράττειν. Ex hoc loco perspici potest, quod ante σκοπὸν dixerat, eum hic τέλος nominare. Cic. in 3. de finibus, de proposito sic loquitur, Vt enim si cui propositũ sit collineare hastam aliquò aut sagittã, sicut nos ultimum in bonis diximus, sic ille faciet omnia quæ possit, ut collineet, & tantum nitatur ut omnia faciat quo propositum assequatur. F

CAP. III.

VTRVM in deliberationem cadant omnia, πότερα περὶ πάντων καὶ πᾶν βουλευτόν ἐστι.) βουλευτὸν quod in deliberationem cadit. Ita Cicero in primo de officijs, Nam honestum ne factu sit an turpe, id quod in deliberationẽ cadit, dubitant. in quo considerando sæpe animi in contrarias sententias distrahuntur. Alij quàm ineptè id dicant Consultabile, existimare licet. Ego de uerbis sic exeuntibus, quemadmodum rectè dici, & disertè exponi debeant, in sexto disseram.

Ad res autem magnas eligendas, homines in consilium adhibemus, συμβούλους δὲ παραλαμβάνομεν εἰς τὰ μεγάλα.) Hunc locum attigit Cicero in primo G de officijs libro, Nec uero alienum est ad ea eligenda quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, uel etiam usu peritos, & quid his de unoquoq; genere officij placeat exquirere. Hoc igitur non dubitabo dicere, παραλαμβάνειν τοὺς συμβούλους, id esse quod Latini dicunt, Adhibere in consilium. Neq; enim latine potest commode, assumere consultores. Plato quidem initio libri qui Laches inscriptus est, quod dicimus adhibere in consilium, uerbum è uerbo dicit, παραλαμβάνειν εἰς τὴν συμβουλήν. ὑμᾶς δὲ ἡμεῖς ἡγησάμενοι καὶ ἱκανοὺς γνῶναι, καὶ γνόντας ἁπλῶς ἂν εἰπεῖν ἃ δοκεῖ ὑμῖν, οὕτω παρελάβομεν εἰς τὴν συμβουλὴν περὶ ὧν ἐμέλλομεν ἀνακοινοῦσθαι. Eodem lib. hæc etiam ita exprimit, παρακαλεῖν εἰς συμβουλὴν, & παρακαλεῖν συμβούλους. H

Sed omnes propositum sibi finẽ quemadmodũ & quibus rebus assequãtur inquirũt, ἀλλὰ θέμενοι τέλος τι, πῶς καὶ διὰ τίνων ἔσται σκοποῦσι.) θέσθαι τέλος. Cicero dicit proponere finem: & Aristot. hæc etiam dicit, προτίθεσθαι τὸν σκοπὸν, & τυγχάνειν σκοποῦ. ut paulò antè ostendi. Illud autem quod hic usurpat, διὰ τίνων ἔσται τὸ τέλος Græcorum est proprium genus.

CAP. IIII.

A ATQVI cōsequens est, ut qui bonum sub uoluntatē cadere dicūt, συμβαίνει δὲ, τοῖς μὲν βουλητὸν τἀγαθὸν λέγουσι.) Βουλητόν, quod sub uoluntatem & appetitonem cadit, uel quod uoluntate appetitur. Sic enim Cicero solet transferre nomina ea quæ in τὸν exeunt. quod in sexto docebo. Alij dicunt affectabile uoluntate, alij multo ineptius, uolibile.

Sed quod cuiq; uisum est, ἀλλ᾽ ἑκάστῳ τὸ δοκοῦν.) τὸ δοκοῦν, & τὸ φαινόμενον. Cicero dicit, quod est uisum, & quod uidetur, ut 4. lib. Academ. quæst. Nam aliter appetitio (eam enim esse uolumus ὁρμὴν) qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod est uisum, moueri nō potest. Et paulo pòst, Quomodo autē moueri animus ad appetēdum potest, si id quod uidetur percipi nō potest, accommodatúm ne naturæ sit an alienum?

B Quod occurrit, τὸ τυχόν.) Ita Cicero eodem lib. Quod si aliquid aliquando acturus est, necesse est id ei uerum quod occurrit uideri. Aliàs τὸ τυχὸν, appellat quiduis.

Quæ in morbis sunt, τοῖς δ᾽ ἐν νόσοις,) Hoc genus mutuati sumus à Græcis, τὸ σῶμα ἐν νόσῳ ἐστί. Nam ita Cicero loquitur 3. lib. quæst. Tusc. Qui enim animus est in aliquo morbo (morbos autem hos perturbatos motus, ut modo dixi, philosophi appellant) non magis est sanus, q̄ id corpus, quod in morbo est. Hoc etiā habemus à Græcis, εἶναι ἐν τοῖς πάθεσι. Aristoteles septimo libro huius operis capite secundo, καὶ γὰρ οἱ ἐν τοῖς πάθεσι τούτοις ὄντες, ἀποδείξεις καὶ

C ἔπη λέγουσιν Ἐμπεδοκλέους.

Excellitque profectò sapiens plurimum in perspiciendo quid in re quaq; uerū sit, καὶ διαφέρει πλεῖστον ἴσως ὁ σπουδαῖος τῷ τἀληθὲς ἐν ἑκάστοις ὁρᾶν.) Sic Cicero in 1. libro de officijs, Vt enim quisque perspicit quid in re quaq; uerissimum sit, quiq; & acutissimè & celerrimè potest & uidere & explicare rationē, ita prudentissimus & sapientissimus rite haberi solet. In secundo, illud ὁρᾶν dicit inspicere, & ἐν ἑκάστοις, in una quaque re. Etenim uirtus omnis ferè in tribus rebus uertitur, quarum una est in inspiciendo quid in unaquaque re uerum syncerúmque sit.

At uero animis multitudinis tenduntur insidiæ à uoluptate, τοῖς πολλοῖς δὲ

D ἡ ἀπάτη διὰ τὴν ἡδονὴν ἔοικε γίνεσθαι.) Ciceronem arbitror hunc attigisse locum & alium secundi huius operis in 1. lib. de legibus, At uero animis omnium tenduntur insidiæ, uel ab ijs quos modo enumeraui, qui teneros & rudes cum acceperunt, inficiūt, & flectunt ut uolunt, uel ab ea quæ penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni uoluptas, malorum autem mater omnium.

Itaque pleriq; uoluptatem appetunt ut bonum, dolorem aspernantur ut malum, αἱροῦνται οὖν τὸ ἡδὺ ὡς ἀγαθὸν, τὴν δὲ λύπην ὡς κακὸν φεύγουσι.) Hūc

locum Cic. expreßit ad uerbum in lib. 2. de finibus, A primo, ut opinor, animantium orta petitur origo summi boni. simul atq; natum animal est, gaudet uoluptate, & eam appetit ut bonum, aspernatur dolorem ut malum. E

CAP. V.

EFFICITVR ut actiones quæ in illis uersabuntur, omnes iudicio suscipiãtur, omnes sint uoluntariæ, (αἱ περὶ ταῦτα πράξεις κατὰ προαίρεσιν εἶεν ἂν καὶ ἑκούσιοι.) Libera sunt iudicia omnium. Itaq; licebit existimare omnibus an illud κατὰ προαίρεσιν εἶεν rectè dixerim. Iudicio suscipi. Mihi quidem Cicero ita uidetur dixisse in 4. Tusc. quæst. Mihi quidem in tota ratione ea quæ pertinet ad animi perturbationem, una res uidetur causam continere, omnes eas eße in nostra potestate, omnes iudicio susceptas, omneis uoluntarias. Hæc enim tria in hoc capite Aristoteles usurpat, duo quæ iam exposui, & illud ἐφ' ἡμῖν εἶναι, quod deinceps explicabimus. F

Quas enim res in nobis situm est ut agamus, eas etiam in nobis situm est, ut ne agamus, (ἐν οἷς γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ πράττειν, καὶ τὸ μὴ πράττειν.) Græci dicunt hoc genus, ἐφ' ἡμῖν. Cicero, In nostra est potestate, In nobis situ͂ est, In nobis est. Græci addunt infinitum uerbum, Latini ut Cicero, ut, cum optandi modo. Quod facilè sequentes loci indicabunt. In libro de fato sic loquitur, ut hoc capite Aristo. ἐφ' ἡμῖν δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κακία. At si causa appetitus nõ est sita in nobis, ne ipse quidem appetitus est in nostra potestate. Quod si ita est, ne illa quidem quæ appetitu efficiuntur, sunt sita in nobis. Non sunt igitur neq; assensiones, neq; actiones, in nostra potestate. Ex quo efficitur, ut neque laudationes iustæ sint, nec uituperationes, nec honores, nec supplicia. Si quis hunc locum cum capite quod ipsi interpretamur, cõtulerit, penè eadem reperiet. nũc doceo Ciceronẽ his in generibus addere ut particulã. Ibidem extrema pagina, Omninóq; cum hæc sit distinctio, ut quibusdam in rebus uere dici poßit, cum hæ causæ antegressæ sint, non esse in nostra potestate, quin illa eueniant quorum causæ fuerint, quibusdam autem in rebus, causis antegreßis, in nostra tamen esse potestate, ut illud aliter eueniat: hanc distinctionem utriq; approbant, sed alteri censent quibus in rebus cum causæ antecesserint, non sit in nostra potestate ut aliter illa eueniant, eas fato fieri: quæ autem in nostra potestate sint, ab his fatum abesse. Eadem est ratio illius, esse situm in nobis. Idem in 1. lib. de finibus, Est autem situm in nobis, ut & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda iucundè ac suauiter meminerimus. Hoc genus Cicero uerbum è uerbo exprimens dicit, eße in nobis, in eodem libro de fato, Nam tum nihil esset in nostra potestate, si res ita se haberet. nunc uero fatemur, acuti hebetésne, ualentes imbecillíne simus, non esse id in nobis. Ibidem hoc ita exprimit, uoluntatis est, ut. Qui autem ex eo cogi putat, ne ut sedeamus quidem, aut

G

H

A *ambulemus, nostræ uoluntatis esse, is non uidet quæ quamque rem res consequatur. Hæc quatuor dicendi genera hoc capite usurpaui, in quo Aristoteles toties repetit illud* ἐφ' ἡμῖν, *ut nisi uarietate quadam orationem distinxissem, satietatem non facilè uitaßem. Et Cicero quidem, ut intelligi potuit, illa omnia genera nunquam cum uerbo infinito exprimit, sed cum, ut, particula. At uerò hi omnes qui ante me hunc locum tractarunt, quasi uerò latina in hoc par sit græcæ, ita infinitum uerbum adiungunt more Græcorum. Græci etiam hoc dicunt uno uerbo,* κύριος *cum infinito modo, ut Aristo. hoc capite,* κύριος γοῦν τοῦ μὴ μεθυσθῆναι, *id est, Erat in eius potestate, ut uino ne obrueretur.*

Nec si uelit quidem cohibere se poßit, aut iniustus esse desinat, sitque iustus.
B οὐ μὴν ἐάν γε βούληται, ἄδικος ἀναπαύσεται, καὶ ἔσται δίκαιος.) *Hunc locum Cicero tractat multis uerbis in quarto Tusculanarum quæstionum, Qui modum igitur uitio quærit, similiter facit, ut si posse putet, eum qui se è Leucade præcipitauerit, sustinere se, cum uelit. Vt enim id non potest, sic animus perturbatus & incitatus nec cohibere se potest, nec quo loco uult insistere omnino. Et paulo post, Quod cum ipsum per se odiosum est, tum eo molestius, quia sunt in lubrico, incitatáque semel in procliue labuntur, sustinerique nullo modo possunt.*

Nam quæ à natura hominibus tributæ sunt deformitates, eas nemo uituperat, & cet. τοῖς μὲν γὰρ διὰ φύσιν αἰσχροῖς, οὐδεὶς ἐπιτιμᾷ. *&c.) Hoc loco docet Aristoteles eas deformitates & uitia quæ uel à natura comparantur, uel*
C *casu eueniunt, non solere uituperari, hominésque potius his commoueri misericordia. Hunc eundem locum tractat Plato in illo libro qui inscribitur Protagoras, faciens ipsum Protagoram loquentem,* ὅσα γὰρ ἡγοῦνται ἀλλήλοισ κακὰ ἔχειν ἄνθρωποι φύσει ἢ τύχῃ, οὐδεὶς θυμοῦται, οὐδὲ νουθετεῖ, οὐ δὲ διδάσκει, οὐδὲ κολάζει τοὺς ταῦτα ἔχοντας, ἵνα μὴ τοιοῦτοι ὦσιν, ἀλλ' ἐλεοῦσιν. οἷον τοὺς αἰσχροὺς, ἢ σμικροὺς, ἢ ἀσθενεῖς. τίς οὕτως ἀνόητος, ὥστε τι τούτων ἐπιχειρεῖν ποιεῖν; ταῦτα μὲν γὰρ ἴσασιν οἶμαι, ὅτι φύσει τε καὶ τύχῃ τοῖς ἀνθρώποις γίγνεται τὰ κακὰ καὶ τὰ ἐναντία τούτοις. ὅσα δὲ ἐξ ἐπιμελείας καὶ ἀσκήσεως καὶ διδαχῆς οἴονται γίγνεσθαι ἀγαθὰ ἀνθρώποις ἐάν τις ταῦτα μὴ ἔχῃ ἀλλὰ τἀναντία τούτων κακὰ, ἐπὶ τούτοις που οἵ τε θυμοὶ γίγνονται καὶ αἱ κολάσεις, καὶ αἱ νουθετήσεις, *&c. Hunc locũ studiosorum causa*
D *trãstuli. Quæ .n. mala & uitia sibi homines existimãt uel à natura tributa esse, uel casu suscepta, ea nemo in ijs in quibus insunt, nec odio digna nec admonitiõe, nec doctrina, nec deniq; supplicio, ut ne tales sint iudicat, sed misericordia potius, quales sunt deformes, uel breues, uel imbecilli, & infirmi. Quis.n. adeo amẽs est, ut aliqd eorũ facere conetur? cũ præsertĩ sciat uel natura cõparata uel casu ut hæc quæ p-*

nitiosa sunt, sic ea quæ his sunt contraria. At uero quæ disciplina, quæ exercitatione, quæ doctrina comparari putant, ea si bona sint, nec in aliquo esse animaduertant, sed contraria potius, tum eos odio dignos ducunt, eos admonent, & supplicio coercent. Si quis & hæc & alia quæ eodem in libro posita sunt, attendat & perpēdat, intelliget eadem illic à Platone, & hic ab Aristotele tractari. E

Ingenium, εὐφυΐα.) de huius ui uocabuli in sexto libro proprius erit disserendi locus, quo loco ostendam ἀφυῆ à Platone dici eum, quem Latini tardum appellant.

Causas adiuuamus habituum, τῶν ἕξεων συναίτιοί πως αὐτοί ἐσμεν.) αἰτία causa, συναίτιος ut dicatur concausa, non hoc patitur latina oratio. Ego συναίτια dico quæ causas rerum adiuuāt & adiuuantia causarum, Ciceronis auctoritatem secutus, qui in libro de Vniuersitate transferens locum Platonis qui positus est in Timæo, ita conuertit. Locum utrunque coniungam, ut omnes intelligant, me libēter quæ didicerim, ei accepta referre unde hauserim. Hoc etiam conducet omnibus ad libros ex græca in nostram orationem trāsferendos. Verba Ciceronis hæc sunt, Atqui hæc omnia ex eo genere sunt, quæ rerum adiuuant causas, quibus utitur ministris Deus cùm optimi speciem quoad fieri potest, effecit. Sed æstimāt pleriq; non hæc adiuuantia causarū, sed has ipsas esse omnium causas, quæ uim habeāt frigoris & caloris, cōcretionis & liquoris. Plato in Timæo, ταῦτ᾽ οὖν πάντ᾽ ἐστὶ τῶν ξυναιτίων, οἷς θεὸς ὑπηρετοῦσι χρῆται, τὴν τοῦ ἀρίστου κατὰ τὸ δυνατὸν ἰδέαν ἀποτελῶν. δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων, οὐ ξυναίτια ἀλλ᾽ αἴτια εἶναι τῶν πάντων ψύχοντα, καὶ θερμαίνοντα, πηγνῦντα, καὶ διαχέοντα. Qui locus Ciceronis me ut alia doceā, admonet. ψύχοντα & θερμαίνοντα, disertè ab eo exponi uidemus, quæ uim habent frigoris, & caloris, pro quibus barbara uocabula in philosophia inueterata sunt, frigefactiua & calefactiua. de quo genere supra satis multa dixi. κατὰ τὸ δυνατόν, quoad fieri potest. Ex iisdē etiam locis facilè intelligi potest, interdum quæ exprimunt Græci uerbo quod Grammatici passiuum appellāt, in uerbum actiuum esse transferēda. Nam quod Plato dicit, δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων, Cicero dicit, Sed æstimant pleriq;. quanquam puto legendum existimant. Codices alij etiam emendandi sunt, in quibus Ministerijs positum est pro, Ministris, Nam apud Platonē est ὑπηρετοῦσι. Hoc etiam notandum est, ab eo, δὲ, uersum esse, sed, quod plerisq; locis faciēdum est. Hoc etiam addam. illud συναίτια dici etiā à Cicerone causas adiuuantes, & αἴτια causas principales & perfectas, idque in libro de fato, Causarum enim, inquit, aliæ sunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximæ. F G H

CAP. VI.

TIMEMVS autem res eas omnes quæ formidolosæ sunt, φοβούμεθα δὲ δηλονότι τὰ φοβερά.) Græci ferè neutris adiectiuorum utuntur. Latini

A nunc neutris etiam utuntur, nūc fœmineis, adiecto rei nomine. φοβεῖσθαι quidem & timere dicitur, & metuere & reformidare, & uereri interdum, ex quo uerbo φοβερὸς ductum est, quod nomen aliàs alijs uerbis ex superioribus exprimi licet. Cicero 4. quæst. Tusc. fortitudo est igitur animi affectio legi summæ in perpetiēdis rebus obtemperans, uel conseruatio stabilis iudicij in eis rebus quæ formidolosæ uidentur, subeundis & repellendis, uel scientia rerum formidolosarum. Hic uocat τὰ φοβερὰ res formidolosas. Alio loco uocat terribiles res. Paradoxo secundo, Mors terribilis est ijs, quorum cum uita omnia extinguntur, non ijs quorum laus emori non potest. Itaque Aristo. hoc ipso capite dicit, φοβερώτατον δ' ὁ θάνατος, quod sic transtuli, Omnium autem rerum nihil morte terribilius est, nihil acerbius. B Nonnunquam τὸ φοβερὸν dicit horribile, & pertimescendum. ut epistola penul. primi lib. epistolarū famil. Tibiq; persuade præter culpam & peccatum homini accidere nihil posse, quod sit horribile aut pertimescendum. i. nihil homines debere pertimescere, præter culpam atque peccatum. Quibus uerbis adumbratum locum qui in hoc capite positus est, arbitror, πενίαν δ' ἴσως οὐ δεῖ φοβεῖσθαι οὐδὲ νόσον, οὐδ' ὅλως ὅσα μὴ ἀπὸ κακίας, μηδὲ δι' αὑτόν. i. ut ego interpretatus sum, Nec uero paupertas horribilis est aut pertimescēda, nec morbus, nec omnino quicquam præter culpam & quæ præstare poßimus. Audacius fortasse uidebor hæc transtulisse, οὐδ' ὅσα μὴ ἀπὸ κακίας, μηδὲ δι' αὑτόν. Sed tamen idē ualent quæ uerbum è uerbo exprimens, dicat aliquis. Nec omnino ea omnia, quæ non uitio & culpa eueniunt, nec quæ in aliquo sita sunt. Sed in alijs etiā perspiciamus quod diximus. C τὰ δεινὰ, Cicero dicit ea quæ acerba sunt. & τὰ καλὰ, ea quæ præclara. 1. de officijs, Nam & ea quæ eximia plerisq; & præclara uidentur, parua ducere, eaq; ratione stabili firmáq; contemnere, fortis animi magnique est. & ea quæ uidentur acerba, quæ multa & uaria in hominum uita fortunáq; uersantur, ita ferre ut nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis, robusti animi est magnæq; constantiæ. Idem dicit τὰ μεγάλα, res magnas, χαλεπὰ res arduas, συμφέροντα, res utiles, ἐπίπονα, res plenas laborum. eodem libro de officijs, Altera est res, ut cum ita sis affectus animo ut supra dixi, res geras magnas illas quidem & maximè utiles, sed uehementer arduas plenasq; laborum & periculorum. Aristotelis est penè idem locus in. 6. lib. huius operis. διὸ Ἀναξαγόραν καὶ Θαλῆν καὶ τοὺς τοιούτους σοφοὺς μὲν, φρονίμους δ' οὔ φασιν εἶναι, ὅταν D ἴδωσιν ἀγνοοῦντας τὰ συμφέρονθ' αὑτοῖς, καὶ περιττὰ μὲν καὶ θαυμαστὰ καὶ χαλεπὰ, καὶ δαιμόνια εἰδέναι αὐτοὺς φασιν, ἄχρηστα δ' ὅτι οὐ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ ζητοῦσιν. id est, Quocirca Anaxagorā, Thalem cæterósq; tales sapientes nominant, prudentes non item. cum eos cernant, eas res quæ ipsis utiles sint, ignorare. Quos eosdem tenere ac scire aiunt res minus neceßarias illas quidē & admirabiles, uehementer arduas & diuinas, sed inutiles, quòd ea non quærāt, quæ

hominum uitæ conducant. Ac ne longior ponatur oratio in re minime fortaßè dubia, hunc locum tandem sic concludamus, ut intelligamus neutra adiectiuorum, quibus Græci utuntur sæpißimè, duobus his modis exprimenda esse, nunquam neutris simpliciter. i sine adiunctione, nisi forte adiectiuum nomen omnia addatur: ut Cic. fecit cum plærisq; alijs locis tũ in lib. de Vniuersitate, Sed cum soliditas mũdo quæreretur, solida autem omnia uno medio nunquam duobus semper copulentur, ita contigit, ut inter ignẽ & terram, aquam Deus aëremq; poneret. Nam apud Platonem est tantũmodo στερεὰ, id est solida. hæc enim sunt eius uerba ex Timæo, quæ Cicero hic conuertit. νῦν δὲ στερεὸν γὰρ αὐτὸ προσῆκεν εἶναι, τὰ δὲ στερεὰ, μία μὲν οὐδέποτε, δύο δὲ ἀεὶ μεσότητες συναρμόττουσι. οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θείς. Illud addam, φοβεῖσθαι ὕβριν & φθόνον περὶ παῖδας καὶ γυναῖκα, esse id quod dicimus, Timere liberis & uxori uim & inuidiam. Aristot. hoc cap. οὐδὲ δὴ εἴ τις ὕβριν περὶ παῖδας καὶ γυναῖκα φοβεῖται, ἢ φθόνον, ἤ τι τῶν τοιούτων, δειλός ἐστι, id est, Nec si quis liberis & uxori uim timeat, uel inuidiam, uel aliquid eiusdem generis, timidus & ignauus putandus est.

Itaq; metum definiunt, mali expectationem, διὸ καὶ τὸν φόβον ὁρίζονται προσδοκίαν κακοῦ. Sic definit Cicero 4. lib. Tusc. quæst. Et si spes est expectatio boni, mali expectationem esse necesse est metum. προσδοκία expectatio dicitur. quibusdam etiam locis ἐλπὶς debet dici expectatio, præsertim si ponatur in plurali numero.

Sunt enim qui in periculis bellicis ignaui sint ac timidi, ijdem liberales & ad largiendum paratißimi. ἔνιοι γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς κινδύνοις δειλοὶ ὄντες, ἐλευθέριοί εἰσι καὶ πρὸς χρημάτων ἀποβολὴν εὐθαρσῶς ἔχουσι. Hunc locũ Cic. attingit obscurius in 1. de officijs, Sunt enim qui in rebus contrarijs parum sibi constant: uoluptatem seuerißime contemnant, in dolore sint molliores. gloriam negligant, frangantur infamia.

Præsertim cum omnium rerum sit extremum, quod ultra iam nullo in malo aut bono sunt mortui, πέρας γὰρ & οὐδὲν ἔτι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν εἶναι.) Cic. lib. 6. epistolarum familiarium ad Toranũ, Nunc uerò euersis omnibus rebus cum consilio profici nihil poßit, una ratio uidebitur quicquid euenerit, ferre moderatè, præsertim cum omnium rerum mors sit extremum. Idem 1. quæst. lib. Tusc. Concesseras enim nullo in malo mortuos esse. Quanquam hoc Ciceronis græce potest dici ἔχειν τι κακόν. Itaq; proferam locũ Platonis ex apologia Socratis quem Cicero conuertit primo lib. Tusc. quæst. ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν οὔτε ζῶντι οὔτε τελευτήσαντι. Nõ est dubium quin eadem sit ratio dicendi, qua utitur Plato, & qua Aristoteles, Nam alter dicit, οὐκ ἔστιν κακὸν οὐδὲν τελευτήσαντι, Aristoteles τεθνεῶτι. Nunc quemadmodũ hunc Platonis

A locum Cicero cõuerterit, uideamus. Hæc sunt uerba eius. Nec enim unquam bono quicquam mali euenire poteſt, nec uiuo nec mortuo. Quare pro eo quod poſui, hoc licet dicere.

Illos mortem non timere docuit exercitatio, οἱ δὲ εὐέλπιδές εἰσι παρὰ τὴν ἐμπειρίαν.) εὐέλπιδας εἶναι πρὸς τὸν θάνατον, Cicero conuertit non timere mortem. 1. lib. Tuſc. quæſt. Ne uos quidem iudices, ij qui me abſoluiſtis, mortem timueritis. Platonis uerba tranſtulit ex apologia Socratis, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς χρή, ὦ ἄνδρες δικασταί, εὐέλπιδας εἶναι πρὸς τὸν θάνατον. Qui me locus admonuit, ut ita conuerterem. Cicero, ni fallor, etiam hoc dicit, Fidenti eſſe animo. eodem lib. Quorum ſimilitudinem aliquam qui arripuerit, non eam fama populari, ſed uera bonorum laude metiẽs, fidenti animo, ſi ita res fert, gradietur ad mortem. Illud au
B tem quod Cicero dicit in eo loco, quem modo protuli, Si ita res fert, Græci dicunt, εἰ οὕτως ἔτυχε. Vt Ariſtot. hoc 3. libro cap. 4. Ἄλλῳ δὲ ἄλλως φαίνεται, καὶ εἰ οὕτως ἔτυχε, τἀναντία. id eſt, Alij autem aliud uidetur, & ſi ita res fert, etiam contraria. Contrarium autem illius εὔελπις, eſt δύσελπις. i. qui diffidit, & deſperat. Ariſtot. proximo capite δύσελπις δή τις ὁ δειλός. Affectio ſuperioris dicitur εὐελπιστία, id eſt, confidentia.

Qui autẽ nimis confidit ijs in rebus quæ terrorem afferunt, ὁ δὲ θαρρεῖ τῷ ὑπερβάλλων περὶ τὰ φοβερά.) θαρρεῖν cõfidere, fidere. Idẽ ualet θαρσύνεσθαι, quo utitur hoc ipſo cap. eſtque contrarium eius φοβεῖσθαι. Quod Cic. docet 3. Tuſc. quæſt. Qui fortis eſt, idem eſt fidens, quoniam confidens mala con
C ſuetudine loquendi in uitio ponitur, ductum uerbum à confidendo quod laudis eſt. Qui autẽ eſt fidens, is profecto nõ extimeſcit. Diſcrepat enim à timendo confidere. Illud enim diſcrepat, dicit pro contrariũ eſt, aliter enim nõ probaret ſumptionẽ, Qui eſt fidens, is non extimeſcit.

CAP. VIII.

APVD quos ignaui inglorij ſunt, fortes honorati, παρ' οἷς οἱ δειλοὶ ἄτιμοι, οἱ δὲ ἀνδρεῖοι, ἔντιμοι.) hoc genus ſupra docui à Cice. conuerti, apud quos in honore & precio, apud quos dedecori eſt. quod etiam, hic libenter poſuiſſem, niſi hæc duo uerba, quæ aliquot locis apud Ciceronem uſitata ſunt, reuocanda, & quaſi poſtliminio latinæ linguæ reſtituenda cenſuiſſem. Longa eſt oratio Ciceronis in 1. de legibus, cuius hoc eſt principium, Nam & uoluptate capiun
D tur omnes. in cuius extrema hæc leguntur, Propterque honeſtatis & gloriæ ſimilitudinem, beati qui honorati ſunt, uidẽtur: miſeri autẽ qui ſunt inglorij. In lib. de ſeneƈt. Nuſquam enim tantum tribuitur ætati, nuſquam eſt ſenectus honoratior. In neutro autem genere paulo antè quæ Græci dicunt τὰ ἔντιμα, appellat honorabilia. Hæc enim ipſa ſunt honorabilia quæ uidentur leuia atq; communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli.

Quales Homerus facit Diomedem & Hectorem, τοιούτους δὲ καὶ ὅμηρος

ποιεῖ, δι' τ̀ Διομήδη καὶ τ̀ ἔχθρα.) Hoc genus dicendi etiam à Græcis mutuati sumus Cic. 1. Tusc. quæst. Quæ est igitur eius oratio qua facit eum Plato usum apud iudices iam morte mulctatum. E

Eorũ in numerũ ascribere licet, τάξαι δ' αὑτοὺς εἰς τοῦτο.) τάττειν εἰς ταῦτα id esse arbitror quod Cice. dicit ascribere in eorum numerum. ut 2. Philip. Tu uerò ascribe me talem in numerum. i. εἰς τοιοῦτο τάξον. Illud etiam eodẽ pertinet, quo in hoc cap. utitur Arist. καὶ τ̀ θυμὸν διὰ τὴν ἀνδρείαν ἐπιφέρουσι. Cice. mihi uidetur hoc genus expreßiße, 1. de finib. Vt enim æquè doleamus animo cum corpore dolemus, fieri tamen permagna acceßio potest, si aliquod æternum & infinitum impendêre malũ nobis opinemur, quod idem licet transferre in uoluptatẽ.

Non fortißimo quisque & maximo animo maximè ad bellum idoneus est: οὐχ οἱ ἀνδρειότατοι μαχιμώτατοι εἶσι.) De hoc genere dicendi supra diximus. F

Cum periculum impendet, ὅταν ὑπερτείνῃ ὁ κίνδυνος.)

Et mors tali saluti anteponenda, καὶ ὁ θάνατος τ̀ τοιαύτης σωτηρίας αἱρετώτερος.

Se periculis obijciebant. ἐκινδύνευσαν.) Superiore cap. dixit, βουλόμενοι πρὸ τῶν κινδύνων κινδυνεύειν. Ita κινδυνεύειν est quod Cicero dicit aliàs obijcere, aliàs offerre se periculis, primo de offic. Sed fugiendum etiam illud est, ne offeramus nos periculis sine causa, quo nihil stultius esse potest. Cui simile est quod hoc cap. Aristot. dicit, ὁρμᾶν πρὸς τ̀ κίνδυνον. οὐ δή ἐστιν ἀνδρεία διὰ τὸ ἀλγηδόνος ἢ θυμοῦ ἐξελαυνόμενα πρὸς τ̀ κίνδυνον ὁρμᾶν.

Qui ira incitati tanquã belluæ toto impetu in eos feruntur, qui uulnerarint, οἱ διὰ θυμὸν ὥσπερ τὰ θηρία ἐπὶ τοὺς τρώσαντας φερόμενοι.) φέρεσθαι διὰ θυμὸν ἐπί τινα, dico ferri toto impetu ira incitatum in aliquem. Nam illud φέρεσθαι nunquam simpliciter dicitur ferri in hoc genere. Quod idem dicit facere impetum in aliquem ira incitatũ, in 1. de officijs, Nam qui iniustè impetum in quempiam facit, aut ira aut alia perturbatione incitatus, is quasi manus uiolenter uidetur afferre socio. Quod etiam Aristoteles hoc cap. dicit, προσέρχεσθαι. ἐπεὶ ἄν γε ἐν ὕλῃ ἢ ἐν ἕλει ᾖ, οὐ προσέρχονται. loquitur de belluis. i. Nam si sint in pastu occupatæ uel in lustris, iam non faciunt impetũ in quenquam. Sed quoniam de illa ratione dicendi quæ apud Græcos est usitatißima, hic mentionẽ feci, quam accusandi casu exprimunt adiecta διὰ præpositione, hic non est alienũ quibus modis Cicero hoc genus transferre soleat, exponere. ergo διὰ θυμὸν, & διὰ πάθος, ira incitatum dicitur, quæ nostra est ratio dicendi. Nam Græci illud διὰ θυμὸν solum dicunt. Itaq; in alijs nominibus idẽ licet dicere, ut διὰ φόβον ποιεῖν τι. i. metu inductum facere quippiã, uel ductũ, uel impulsum. In hoc genere Latini sæpe uerbum è uerbo exprimẽtes, dicũt propter metum, propter auaritiã, & alia eiusdem generis. Cic. 3. Tusc. quæst. Sed quia nec qui propter metum præsidiũ, quod G H

A est ignauiæ, nec qui propter auaritiam clam depositũ non reddidit, quod est iniustitiæ, nec qui propter temeritatem male rem gessit, quod est stultitiæ, frugi appellari solet. eas tres uirtutes, fortitudinem, iustitiam, prudẽtiam, frugalitas est cõplexa. Aristot 5. huius operis, cap. 2. τῶν μὲν γὰρ τὰς ἄλλας μοχθηρίας ὁ ἐνεργῶν, ἀδικεῖ μὲν πλεονεκτεῖ δ' οὐδέν. οἷον ὁ ῥίψας τὴν ἀσπίδα διὰ δειλίαν ἢ ὁ κακῶς εἰπὼν διὰ χαλεπότητα, ἢ οὐ βοηθήσας χρήμασι δι' ἀνελευθερίαν. Interdum illud διὰ Cicero dicit per, nec nisi semel inuenire potui, idq; in 4. Tuscul. quæst. extremo. Quomodo autẽ si naturalis esset ira, alius alio magis iracũdus esset? aut finem haberet prius q̃ esset ulla ulciscendi libido, aut quenquam pœniteret, quod fecisset per iram? Quod uerbum è uerbo dicit Aristot. ποιεῖν διὰ θυμόν. Cicero alio etiam modo hoc genus transfert auferendi casu, nullo addito par

B ticipio. ut 1, lib. de offic. Sed in omni iniustitia permultum interest, utrũ perturbatione aliqua animi, quæ plerunque breuis est & ad tempus, an consulto & cogitato fiat iniuria. Paulo post, Sunt etiam qui aut studio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum suum se negotium agere dicant, ne facere cuiquam uideantur iniuriam. Quanquam Græci per datiuum etiã hoc genus exprimunt. Aristot. enim dicit, θυμῷ & ὀργῇ ποιεῖν, quod supra ostendi eum dicere, διὰ θυμὸν ποιεῖν. ut 5. lib. huius operis, cap. 8. οὐ γὰρ ἄρχει ὁ θυμῷ ποιῶν, ἀλλ' ὁ ὀργίσας. & in 7. lib cap. 6. ἔτι οὐδεὶς ὑβρίζει λυπούμενος, ὁ δ' ὀργῇ ποιῶν, πᾶς ποιεῖ λυπούμενος. Ibidem ultimo cap. 10. huius operis, οἱ μὲν πολλοὶ ἀνάγκῃ μᾶλλον, ἢ λόγῳ, πειθαρχοῦσι, & ζημίαις ἢ τῷ καλῷ. Ibidem,

C οὐ γὰρ πεφύκασι αἰδοῖ πειθαρχεῖν ἀλλὰ φόβῳ. Quapropter hoc postremum transferendi genus quo Ciceronẽ usum paulo ante demonstraui, ad hoc Græcorum accomodandum est.

Concitationem animi & impetum, τὴν τοῦ θυμοῦ ἔγερσιν καὶ ὁρμήν.) ἐγείρω, excito, & concito. Cic. 3. Tusc. quæst. Magna uis est in uirtutibus, eas excita si forte dormiunt. In 2. Ira exardescit, libido excitatur, in eandẽ arcem confugiendũ est, eadem sunt arma sumẽda. hinc ἔγερσις θυμοῦ, animi cõcitatio. Idẽ in 4. Cum autem hic feruor cõcitatióq; animi inueterauerit, & tanq̃ in uenis medullisq; insederit, tum existit & morbus & ægrotatio. ὁρμὴ autẽ uerbum Stoicorũ à Cice. multis locis appetitus & appetitio nominatur. Aristot. quantum equidem intelli

D gere & consequi potui, nunquam eo uerbo in eam rem utitur, sed pro eo dicit modo ὄρεξιν, modo ἐπιθυμίαν, modo ἔφεσιν. ὁρμὴν autem hic appellat impetum animi, Cicero secundo libro quæstionum Tusculan. Ex hoc cursu atque impetu animorum ad ueram laudem atque honestatem, illa pericula adeuntur in prælijs, non sentiunt uiri fortes in acie uulnera. Itaq; ὁρμᾶν uocat concitari, impelli, cæco quodam quasi impetu ruere, ferri, & rapi. ut in 7. huius operis, cap. 6. οὕτως ὁ θυμὸς διὰ θερμότητα καὶ ταχύτητα τῆς φύσεως ἀκούσας μὲν,

οὐκ ἐπίταγμα δὲ ἀκούσας ὁρμᾷ πρὸς τὴν τιμωρίαν.i. Sic ita feruore & E
festinatione inflammata, audit illa quidem rationẽ, sed præscriptione non intellecta rapitur ad ultionem. Cic. 1. de offic. lib. Itaque illa tria quæ proposita sunt ad gloriam, omnia iusticia conficit, & beneuolentiã, quòd prodesse uult plurimis, & ob eãdem causam fidem & admirationẽ habet, quòd eas res spernit & negligit, ad quas plæriq; inflammati auiditate rapiuntur.

Non igitur quidem fortitudo est, dolore & iracundia inflammatum, sese temerè offerre periculis, nihil eorum quæ molesta & aspera interueniunt, prouidẽtem. Nam isto modo quidem licet dicere fortes asinos cũ esuriũt, quòd ne uerberibus quidem à pastu deterrẽtur: & adulteri multa faciũt audacius, οὐ δὴ ἔστιν ἀνδρεῖα διὰ τὸ ἀλγηδόνος καὶ θυμοῦ ἐξελαυνόμενα πρὸς τὸν κίνδυνον ὁρμᾶν, οὐθὲν τῶν δεινῶν προορῶντα. ἐπεὶ οὕτω γε κἂν οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι ἂν εἶεν πεινῶντες. τυπτό F
μενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς νομῆς, καὶ οἱ μοιχοὶ δὲ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν, τολμηρὰ πολλὰ δρῶσι.) Hunc locum expressit Cicero lib. 4. Tusc. quæst. Nõ igitur quidem desiderat fortitudo aduocatam iracundiam. satis est instructa, parata, armata per sese. Nam isto modo quidem licet dicere utilem uinolentiam ad fortitudinem, utilem etiam dementiã, quòd & insani & ebrij multa faciunt uehementius. Illud autem τυπτόμενοι γὰρ &c. Exposuit ferè totum in 5. de finib. Videmúsne ut pueri ne uerberibus quidem à contemplandis rebus perquirendísque deterreantur? Quam transferendi rationem diligenter notare debemus. Ita ἀφίστασθαι cum genitiuo, par est nostro illi generi quod tam crebro Cicero usurpat, Deterreri ab aliqua re. Quo modo conuerti interdum debet ἀπέχεσθαι, ut Cicero fecit in G
1. lib. de legibus, Quòd si pœna, si metus supplicij, non ipsa turpitudo deterreret ab iniuriosa facinorosaq; uita, nemo est iniustus, at incauti potius habendi sunt improbi. Aristot. extremo cap. 10. lib. huius operis, οὐ γὰρ πεφύκασιν αἰδοῖ πειθαρχεῖν, ἀλλὰ φόβῳ, οὐδ' ἀπέχεσθαι τῶν φαύλων διὰ τὸ αἰσχρὸν, ἀλλὰ διὰ τὰς τιμωρίας. Idem uerbum etiam arcere significat. Cice. 1. de legib. Quòd si homines ab iniuria, pœna non natura arcere deberet, quænam solicitudo uexaret impios sublato suppliciorũ metu? Nã id ipsum significare idem quod abstinere, notius est quàm ut probatione egeat. Cicero 2. lib. de finib. Nam nec uir bonus ac iustus haberi debet, qui ne malum habeat, abstinet se ab iniuria. Illud autẽ ἀφίστασθαι etiam remouere se & discedere & recedere dicitur. Cicero 1. lib. de officijs, H
Multi autem & sunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes, à negotijs publicis se remouerunt, ad ociúmque profugerunt. Qui Cicero, locũ hunc qui sequitur Aristotelis magna ex parte exprimit. Scribit enim cap. 3. quarti huius operis, his ferè uerbis, ἀφίστανται δὲ ἀπὸ τῶν πράξεων τῶν καλῶν καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ὡς ἀνάξιοι ὄντες. Cicero eodẽ libro paulo post locum eũ quem modò protulimus, Quapropter & his forsitan concedendum sit Rempub. non ca

A pestentibus, qui excellenti ingenio, ocio doctrinæq; sese dediderunt, & ijs qui aut ualetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiore causa impediti, à Rep. recesserunt. Hoc loco tradi est melius genus dicendi, quod & Cicero, ut pleraq; alia, est mutuatus à Græcis, & ego his libris sum persecutus. Locos igitur Ciceronis aliquot proferam, quò facilius genus hoc quod dico, intelligatur. Scribit in 3. de officijs his ferè uerbis, Quæ quidem cõtemnere & pro nihilo ducere, cõparantem cum utilitate cõmuni, magni animi est & excelsi. Paulo post, Itémq; magis est secundum naturam pro omnibus gentibus, si fieri poßet, cõseruandis ac iuuandis maximos labores molestiásq; suscipere, imitantes Herculem illum, quẽ hominum fama beneficiorum memor in concilio cælestium collocauit, quàm uiuere in solitudine, non modo
B sine ullis molestijs, sed etiam in maximis uoluptatibus, abundantem omnibus copijs, ut excellas etiam pulchritudine & uiribus. De natura deorum lib. 3. Miserum est enim nihil proficiẽtem angi, nec habere ne spei quidem extremum. Nunc quo facilius omnes perspiciant quemadmodum hoc Græci dicant, græca conferamus cum latinis. In fine eius capitis quod nunc exponimus, ita loquitur Aristot. διὸ ϗ ἀνδρειοτέρου δοκεῖ εἶναι, τὸ ἐν τοῖς αἰφνιδίοις φόβοις, ἄφοβον ϗ ἀτάραχον εἶναι, ἢ ἐν τοῖς προδήλοις. Eodem pertinet locus quem hic interpretamur, qui me ut hoc genus hic potißimum tractarem, admonuit. Idem 1. cap. huius 3. lib. ἔνια δ' ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθανατέον παθόντα τὰ δεινότατα. Cicero sæpius hoc genere utitur, cum in oratione ponitur licet, quod par est uerbo Græcorũ ἔστι, cum infinito modo. In libro de amicit. Deinde non so-
C lũ ab aliquo oblatas criminationes depellere, sed ne ipsum quidẽ esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse uiolatũ, id est boni uiri f. Hæc sunt eius uerba posita in 1. de offic. lib. Hæc præscripta seruantẽ, licet magnificè, grauiter, animoseq; uiuere. In hoc loco unus solum accusandi casus ponitur. In eo qui sequitur quatuor, ut genus dicendi alienius esse uideatur. Est autem apud eũdem in 2. de officijs, Cum autem non poßint ne multi quidem aut iurisperiti eße aut diserti, licet tamen opera prodeße multis, beneficia petentem, cõmendantem iudicibus, magistratibus inuigilantem, pro re alterius, eos ipsos qui aut consulunt, aut defendũt, rogantem. Aristot. 1. cap. lib. 4. huius operis, sic quatuor casus quos accusatiuos uocant, adhibet, πλουτεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον τὸν ἐλευθέριον, μήτε ληπτικὸν ὄντα μήτε φυλακτικόν, προετικὸν δὲ, καὶ μὴ τιμῶντα δι' αὑτὰ τὰ χρήματα, ἀλλ'
D ἕνεκα τοῦ δόσεως. hos casus seruaui in eo transferendo loco. Difficile est autem liberalem locupletem esse, nec accipientem aliunde, nec sua custodientẽ, quin etiã largientẽ pecuniámq; nõ propter se amantem, sed ad beneficentiam liberalitatẽq; conferentem.

CAP. VIII. E

NAM qui iis in rebus animi perturbatione uacat. ὁ γὰρ ἐν τούτοις ἀτάραχος.) ταραχὴ perturbatio, ἀτάραχος, qui uacat perturbatione. Itaque in fine superioris cap. dixit ἀτάραχον εἶναι, i. animi perturbatione uacare. hæc om̃ia nomina quibus, α, priuãs præponitur, ut ἄφοβος, ἀδεὴς, & alia eiusdem generis sic exponuntur à Cicerone, uacuus, uel qui uacat, uel qui caret, uel liber. Quomodo etiam exponi debet illud genus dicẽdi, ἄνευ φόβου εἶναι, & alia generis eiusdem. Cicero de Vniuersitate, Nihil porro igni uacuũ uideri potest, nec uero tangi quod careat solido, solidum autẽ nihil quod terræ sit expers. Platonis uerba ex Timæo proferam quæ his Cicero cõuertit, ut res intelligatur, χωρισθὲν δέ τι πυρὸς οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ, στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς. Nam alia genera adeo usitata & crebra sunt apud eundẽ, ut res pro- F
batione non egeat. Sed tamen non erit alienum eiusmodi proferre, in quo uerbum græcum eius generis interpretatur, lib. 5. de finibus, & sæpe ἀθαμβίαν appellat. i. animum terrore uacuum.

CAP. IX.

NISI fortuitu, πλὴν κατὰ συμβεβηκός.) Equidem fateor diu multũq; me in Ciceronis libris uersatum esse, ut hoc genus, κατὰ συμβεβηκὸς quod alii inscite interpretantur, per accidens, possem ab eo expositum inuenire. Tribus ergo modis reperi ab eo esse id dictum, temere, casu, fortuito seu fortuitu. In 4. Academic. quæst. Non enim fortuito hunc artificem dicemus esse, illum negabimus, sed cum alterum percepta & cõprehensa tenere uidemus, alterum non item. Illud fortuito dico τύχῃ, siue διὰ τύχην, & κατὰ συμβεβηκός. G

Quòd ex his redeant in memoriã cupiditatum, ὅτι διὰ τούτων ἀνάμνησις γίνεται αὐτοῖς τῶν ἐπιθυμιῶν.) Hunc locũ ut sic interpretarer, me admonuit Cic. ille locus positus in lib. de senect. Nec sepulcra legens uereor (quod aiũt) ne perdam memoriam, His enim legendis redeo in memoriã mortuorum. Nam si uerbum è uerbo exprimens dicam, Quod propter eas recordatio fit uel oritur cupiditatũ, & inepta oratio, nec satis latina uidebitur. Itaq; malim dicere, subit eos recordatio. Nam ἀνάμνησις recordatio dicitur à Cicerone, non reminiscentia, quanquam ἀναμιμνήσκεσθαι dicat & recordari & reminisci. Quod quo facilius intelligi possit, proferam locum Platonis qui positus est in lib. qui inscribitur Phædon & in eo qui Menon, quẽ ipse Cicero cõuertit. Primùm ex Menone, ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ ἄλλων οἷόν τε εἶναι αὐτὴν ἀναμνησθῆναι ἅ γε καὶ πρότερον ἠπίστατο. Paulo post, τὸ γὰρ ζητεῖν ἄρα καὶ τὸ μανθάνειν, ἀνάμνησις ὅλον ἐστί. Paulo etiam infrà, Ναί, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἁπλῶς λέγεις τοῦτο, ὅτι οὐ μανθάνομεν, ἀλλὰ ἣν καλοῦμεν μάθησιν, ἀνάμνησίς ἐστι. In Phædone, καὶ μὴν ἔφη ὁ Κέβης, ὑπολαβών, καὶ κατ' ἐκεῖνόν γε τὸν λόγον, ὦ Σώκρατες, εἰ ἀληθής ἐστιν, ὃν σὺ εἴωθας θαμὰ λέ- H

A γειν, ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο, ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα, καὶ κατὰ τοῦτο ἀνάγκη που ἡμᾶς ἐν προτέρῳ τινὶ χρόνῳ μεμαθηκέναι ἃ νῦν ἀναμιμνησκόμεθα. τοῦτο δὲ ἀδύνατον, εἰ μὴ ἦν που ἡμῶν ἡ ψυχὴ, πρὶν ἐν τῷδε τῷ ἀνθρωπίνῳ εἴδει γενέσθαι. Paulo post, ἑνὶ μὲν λόγῳ, ἔφη ὁ Κέβης καλλίστῳ, ὅτι ἐρωτώμενοι οἱ ἄνθρωποι ἐάν τις καλῶς ἐρωτᾷ, αὐτοὶ λέγουσι πάντα, ᾗ ἔχει. καίτοι εἰ μὴ ἐτύγχανεν αὐτοῖς ἐπιστήμη ἐνοῦσα καὶ ὀρθὸς λόγος, οὐκ ἂν οἷοί τ' ἦσαν τοῦτο ποιεῖν. Cicero in 1. lib. Tuscul. quæst. hos duos Platonis locos tractat. Habet primum memoriam & eam infinitam rerũ innumerabilium. quam quidẽ Plato recordationem esse uult uitæ superioris. Nam in illo lib. qui inscribitur Menon, pusionẽ quendã Socrates interrogat quædã geometrica de dimensione quadrati. Ad ea sic ille respondit ut puer, & tamẽ ita faciles inter-
B rogationes sunt, ut gradatim respondens eo perueniat, quasi geometrica didicisset, ex quo effici uult Socrates, ut discere nihil aliud sit, quàm recordari. Quem locũ multo etiam accuratius explicat in eo sermone quem habuit eo ipso die, quo excessit è uita. Docet enim quenuis, qui omnium rerum rudis esse uideatur, bene interroganti respondentem, declarare, se non tũ illa discere, sed reminiscendo recognoscere. Et paulo post, Ita nihil aliud est discere, nisi recordari. In lib. de senect. Magnóq; esse argumento, homines scire pleraq; anteq̃ nati sint, q̃ iam pueri cum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere uideãtur, sed reminisci & recordari. Quod autem dixit supra, Recognoscere, Plato in Phædone appellat ἀναλαμβάνειν. Ex his locis perspici po-
C test, quod Plato nominandi casu dicit, Ciceronem infinitis uerbis explicare. id quod eo fecit q̃ μάθησις in hoc genere non rectè disciplina dici putauit.

Est enim in gustatu saporum iudicium, τῆς γὰρ γεύσεώς ἐστιν ἡ κρίσις τῶν χυλῶν.) Cic. 4. lib. Academ. quæst. Quid de tactu & eo quidem quẽ philosophi interiorem uocant, aut doloris aut uoluptatis, in quo Cyrenaici solo putant ueri esse iudicium, quia sentiatur? Cic. sæpius dicit gustatũ q̃ gustum. Ibidem paulo ante, Nihil necesse est de gustatu & odoratu loqui, in quibus intelligẽtia & si uitiosa, est quædam tamen. Idem 2. de nat. Deorum, Gustatus præclare septus est, ore enim continetur & ad usum apte & ad incolumitatis custodiam.

Quæ iure ut maximũ probrum obiectatur, καὶ δόξειεν ἂν δικαίως ἐπονείδιστος.) ὀνειδίζειν enim ferè solet Cic. conuertere ut probrum & uitium obijcere &
D obiectare, uel uitio dare. Nam ὄνειδος ex quo ductum est ὀνειδίζειν, probrũ dicitur, & crimen, & uitium. Cic. in Salustium, Quid enim mentiri turpe duces, qui ausus sis eloquentiam ut uitium obijcere? Paulo post, Quæ si tu mihi ut uitia obijcis, temeritas tua reprehendetur, non mea uitia culpabuntur.

Neq; enim libidinosorum tactus toto corpore æquabiliter fusus est, οὐ γὰρ περὶ πᾶν τὸ σῶμα ἡ τοῦ ἀκολάστου ἁφή.) uerba sunt Ciceronis quæ in 2. de natura [illegible]rum posita sunt, Tactus autem toto corpore æquabiliter fusus est.

CAP. X. E

ALII enim alijs rebus mouentur, ἕτερα γὰρ ἑτέροις ἐστὶν ἡδέα.) *Cicero
multis locis dicit moueri pro delectari & gaudere. In lib. de amicit. Ne-
que uerò qui non ijsdem rebus mouetur & natura consentit, aut fidus
aut stabilis potest esse. Paulo antè, Simplicem præterea & communē & consentiē
tem, & qui rebus ijsdem moueatur, eligi par est. Itaq; apud Aristot. est, χαίρειν
τοῖς αὐτοῖς. unde hunc locum mutuatus est. Hūc locum etiam hoc modo trās-
ferri latine licet. Alios alia delectant, Alijs alia sunt uoluptati.*

Quod secundum naturam est, ὃ κατὰ φύσιν.) *Cicero nunquam κατὰ dicit secundū,
nisi in hoc genere κατὰ φύσιν. Dicit enim multis locis in lib. de finib. Viuere secundum
naturam. quo de genere in 1. libro disserui. Item, abundare rebus quæ sunt secundū
naturam. ut in quarto, Eadémq; omni uita quæ in una uirtute consisteret, illam ui* F
*tam quæ etiam cæteris rebus quæ essent secundum naturam abundaret, magis ex-
petendam non esse, sed magis sumendā. Sæpissimè eandem præpositionē interpre-
tatur ex, ut ibidem docuimus in his generibus dicendi, κατ' ἀρετὴν ζῆν, & κατὰ
λόγον, κατὰ πάθος. eodem modo iudicandū est de his, κατὰ συνθήκην. i. ex instituto.
κατὰ νόμον, ex lege. Aristot. in primo de pronunciatione.* ὄνομα μὲν οὖν ἐστι φωνὴ
σημαντικὴ κατὰ συνθήκην ἄνευ χρόνου, ἧς μηδὲν μέρος ἐστὶ σημαντικὴ κεχωρι-
σμένη. *i. Ac nomen quidē uox est ex instituto significans, expers temporis, cuius
pars nulla significat separatim. Cicero nōnunquam, ex, præpositionem tollit. ut 5.
de finibus, Ergo instituto ueterum, quo etiam Stoici utuntur, hinc capiamus exor-
dium.* κατ' ἐμὴν δόξαν, & κατά γ' ἐμὴν δόξαν, *mea sententia, meo iudicio,*
quod genus mutuatus est Cicero à Platone, apud quē illud κατ' ἐμὴν δόξαν, & G
κατά γ' ἐμὴν δόξαν *est usitatissimum. In Timæo.* ἔστιν οὖν δὴ κατ' ἐμὴν δόξαν
πρῶτον διοριστέον τάδε. *In quo illud* δὴ *ualet quidē, quod Cicero solet ferè inter-
ijcere cum dicit* δόξαν *sententiam, nisi fortè illud* δὴ *uacat. Nā cum idem dicit iu-
dicium, nō addit, in 4. Academ. quæst. Meo autem iudicio ita est maxima in sen-
sibus ueritas, si sani sunt & ualentes. Pleni sunt libri Ciceronis illius alterius gene
ris, ut non sit necesse hoc exēplis facere longius. Plato sæpe addit* γε *in hoc genere
quod Cicero dicit quidem. In Philebo,* σωτηρίαν τοίνυν αἰσθήσεως τὴν μνήμην
λέγων, ὀρθῶς ἄν τις λέγοι, κατά γ' ἐμὴν δόξαν. *Interdum illud* κατὰ *cum suo ca
su prætermittimus, ut in orationibus,* κατὰ Θεογνίν, κατὰ Πλάτωνα. *Neq; enim
latinè dicitur, Secundum Platonem. Et quoniam hoc genus tritum est & usitatum* H
*apud Græcos, libet quemadmodum Cicero ipsum transferat, exponere. Vnum lo
cum proferam Platonis ex Timæo quem ipse conuertit,* οὕτως οὖν κατ' ἐκείνους
ἡμῖν ἡ γένεσις καὶ περὶ τούτων τῶν θεῶν ἐχέτω καὶ λεγέσθω. *Sic Cicero, Sic
ut ab his est traditum, horum Deorum ortus habeatur atque dicatur. Ita licebit
dicere* κατὰ Πλάτωνα, *ut traditum est à Platone, ut Plato tradit, ut est apud*

A Platonem. Aristoteles etiam dicit, κατά γε τούτους cum uult ex eo quod alij concedunt, aliquid conficere. Barbarè dicunt philosophi, per te, per illum, uerbi causa, uirtutes connexæ sunt. Ciceronem supra ostendi hoc dicere, illorum ratione. κατὰ item interdum ad ualet, ut Plato in Timæo dicit, κατὰ δὲ παράδειγμα δημιουργεῖσθαι. πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα, εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται. Cicero hunc locum interpretatur his uerbis in libro de Vniuersitate, Rectène igitur unum mundum dixerimus, an sint plures, an innumerabiles, dictu uerius & melius? Vnum profectò. siquidem factus est ad exemplum. in quo loco perspicere licet, nō semper ὀρθὸν dici rectum sed uerū. Itaq; quoniā ὀρθότης uerbum è uerbo barbarè dicitur rectitudo, idcirco in sexto lib. ueritatem ὀρθότητα

B trāstuli. Ex eodem loco intelligere possumus, quanq̄ hoc notum est & peruulgatū, quibus adiectiuis damus posterius supinum quod uocant, ijs Græcos uerbum infinitum iungere. Nam λέγειν ὀρθότερον, dictu uerius & melius dicit. αἰσχρὸν ποιεῖν & λέγειν dicit Isocrates in parænesi ad Demonicum. Non dico hic κατὰ significare propter multis locis, q neminem ignorare arbitrer. Omnes enim paßim illud κατὰ uel propter dicunt, uel secundum, quorum posterius dixi barbarum, prius latinum est, si causam dicat, ut Cicero dicit, Propter uirtutes iure laudantur, quod Aristoteles dicit in 2. huius operis, κατὰ τὰς ἀρετὰς ἐπαινούμεθα. κατὰ in Cicero transtulit ex Timæo Platonis, cuius uerba hæc sunt, οὗ δ' ἔστι τ' ἄλλα ζῶα καθ' ἓν καὶ κατὰ γένη μόρια, πάντων ὁμοιότατον αὐτῷ εἶναι τιθῶμεν.

C Cicero sic, Cuius ergo omne animal quasi particula quædam est, siue in singulis, siue in diuerso genere cernatur, eius similem mundum esse dicamus. Ibidem quod Plato dicit, κατὰ ταὐτὰ ἔχον. Cicero uertit, quod unius modi suiq; simile est, & τὸ κατὰ τὰ σώματα μεριστὸν, quod diuiduum est in corpora. Verba Platonis hæc sunt, τῆς ἀμερίστου, καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας, καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς τοῦ ἑτέρου, καὶ κατὰ ταῦτα ξυνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ. Cicero sic hunc locum transtulit. Ex materia quæ indiuidua est, & quæ semper unius modi suiq; similis, & ex ea quæ corporibus diuidua gi-

D gnitur, tertium materiæ genus admiscuit ex duobus in medium, quod esse eiusdem naturæ, & quod alterius, idq; interiecit inter indiuiduum atque id quod indiuidū esset in corpora. κατὰ etiam à ualet. Ibidem enim quod Plato dicit κατὰ πλευρὰν περιάγειν ἐπὶ δεξιά. Cicero conuertit, à latere in dextram partem detorquere, & quod ille, κατὰ διάμετρον ἐπ' ἀριστερὰ περιάγειν. hic à media linea ad leuam dirigere. τὴν μὲν δὴ ταὐτοῦ κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιὰ περιήγαγε, τὴν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον ἐπ' ἀριστερά. Cic. sic, Eamq; quæ erat

eiusdem naturæ detorsit à latere in dextram partem, hanc autem citimam à media E linea direxit ad leuam. Nō possum silentio præterire genus dicēdi elegantissimum, quod ex Timæo Platonis Cicero disertissimè interpretatus est. Quod enim ille dicit, κατὰ νοῦν γίγνεσθαι, hic interpretatur, ex mente gignere. Vtriusque uerba subijciam, & primum Platonis, ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγένητο, μετὰ τοῦτο πᾶν τὸ σωματοειδὲς ἐντὸς αὐτῆς ἐτεκταίνετο, καὶ μέσον μέσῃ ξυναγαγὼν προσήρμοττεν. Cicero autem hunc conuertēs locum, passiuum ita in actiuum trāstulit. Animū igitur cum ille procreator mundi Deus ex sua mēte & diuinitate genuisset, tum deniq; omne quod erat concretum atque corporeū substernebat animo, interiúsq; faciebat, atque ita mediæ mediam accommodās copulabat. Ibidem quod ille dicit, καθ' ὅσον ἂν ἐθέλωσι, hic exponit, eátenus, quoad ipsi uolunt, addens scilicet eátenus, quod par est græco ἐς τοσοῦτον. F Verba Platonis hæc sunt, ἐπεὶ οὖν πάντες ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς καὶ ὅσοι φαίνονται καθ' ὅσον ἂν ἐθέλωσι θεοὶ γένεσιν ἔσχον, λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας, τάδε. Cicero sic, Quando igitur omnès & qui mouentur palamq; ostenduntur, & qui eátenus nobis declarantur, quoad ipsi uolunt, creati sunt, tum ad eos is Deus qui omnia genuit, fatur hæc. In omnibus codicibus deprauatè legitur, quo pro quoad. ego enim collatione Græcorum & Latinorum, plures locos & Græcos Platonis emendaui, & Ciceronis Latinos. Nam illud κατὰ nōnunquam idem ualere quod quoad, facilè hinc intelligi potest, quod Platonis illud κατὰ τὸ δυνατὸν transfert quoad fieri potest, cui generi interdum addit, eius, ut dicat, quoad eius fieri potest. Verba Platonis & Ciceronis alio loco protuli, quo συναίτιος quomodo transferri oporteret, explicaui. κατὰ etiam pro efficit & ua- G let, ut in hoc dicendi genere Græcorum κατ' ἀξίαν. i. pro dignitate.

Expletio enim, ἀναπλήρωσις γάρ.) Cæteri dicunt ἀναπλήρωσιν repletionem, & ἀναπληροῦν replere, quæ duo, barbara sunt uocabula. pro his Cicero dicit, expletionem, completionem, cōplere, explere. Paradoxo 1. Neq; enim unquā expletur nec satiatur cupiditatis sitis. In 1. de finibus, Quæ enim cupiditates à natura proficiscuntur, facile explentur sine ulla iniuria. In 5. Quod si non sensus ei modo sit datus, uerum etiam animus hominis, non necesse est & illa pristina manere & tuenda, & inter hæc multo esse chariora quæ accesserint, animique optimam quāq; partem charissimam, in eaq; expletione naturæ summi boni finem con H sistere, cum longè multumq; præstet mens atq; ratio?

CAP. XI.

Ac dolor quidem naturam eius in quo est ex sua sede & statu dimouet, ac labefactat, καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίστησι καὶ φθείρει τὴν τοῦ ἔχοντος φύσιν.) De hoc dicendi genere supra diximus. Hoc tantū addam, τὴν φύσιν mihi uideri posse dici mentem, ut νοῦν naturam.

A Est inter hæc enim quædam similitudo, ἔχουσι γάρ τινα ὁμοιότητα.) Verba sunt Ciceronis, ex secundo Tusculanarum quæstionum.

Nimiúmque exultat ac luxuriat, καὶ πολλὴν αὔξησιν ἔχει.) Ita hoc mihi uidetur exponendum, nisi fortè uelimus dicere, quod amplificatum est. ut Cicero 4. Tusculan. quæst. dicit, Aegritudo autem cæteræq; perturbationes amplificatæ certè pestiferæ sunt.

Longius euagabuntur, ἐπὶ πολὺ ἥξει.) Ita me transtulisse secutum Ciceronem, alio loco docui.

Quo sunt maiores & uehementiores, &c. κἂν μεγάλαι καὶ σφοδραὶ ὦσι.) hunc etiam supra locum tractaui.

Vt enim puer ex præscriptione pædagogi debet uiuere, &c. ὥσπερ γὰρ τὸν
B παῖδα δεῖ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ ζῆν,) Hunc locum abunde tractauimus cum de his generibus diceremus, uiuere ex uirtute, uiuere è natura.

ANNOTATIONES IN LIBRVM QVARTVM CAP. I.

AESTIMATIO, ἡ ἀξία.) Sic Cicero τὴν ἀξίαν
C interpretatur in 3. de finibus. Nam cum æstimatio, quæ ἀξία dicitur, neque in bonis numerata sit, nec rursus in malis, quantūcunq; eò addideris, in suo genere manebit.

Qui sumptus faciunt & profundunt pecunias in eas res quæ sunt intemperantiæ, εἰς ἀκολασίαν δαπανηρούς.) Cicero appellat uno uerbo sumptuosos in 6. paradoxo, Venio enim iam ad sumptuosos, relinquo istum quæstuosum. & ita libenter transtulissem, si aut simpliciter dixisset, δαπανηρούς, aut hanc orationem consuetudo nostri sermonis passa esset, & in sumptuosos ad libidinem. Quæ autem dixi, sunt Ciceronis etiam.

D Facultatum effusio, ἡ τῆς οὐσίας φθορά.) τὴν οὐσίαν Cicero in hoc genere facultates appellat, quod ex eo facile intelligi potest, quia quod hoc cap. Aristot. dicit, κατὰ τὴν οὐσίαν διδόναι, hic dicit in secūdo de officijs pro facultatibus. φθορὰν autem dixi effusionem, quòd φθείρειν τὴν οὐσίαν id esse putem quod Cicero dicit, Effundere patrimonia, in 2. de officijs, Multi enim effuderunt patrimonia inconsultè largiendo. Hoc etiam dicit hoc cap. ἀναλίσκειν τὰ ὑπάρχοντα. Galli nostri finitimi sunt Græcis. Nam hoc dicunt, Gaster ses biens.

Largitio, δόσις.) Sic Cicero in secũdo de officijs, Causa igitur largitionis est, si aut necesse est aut utile. Alij inscitè dationem δόσιν nominant, cum sit plane barbarum uocabulum. Atq; utinam ut hoc uerbum apud Ciceronem usitatum est, sic tritum aliquod & usitatum inuenire potuissem quod par esset græco λῆψις. Quod quoniam non potui, malui uerbo uti pro nomine, quàm nomen usurpare quod cæteri, acceptionem. Quanquam semel eo usus est, idq; in Topicis. E

Non est autem dubiũ, quin) οὐκ ἄδηλον δ' ὅτι.) Genus hoc dicendi apud Aristotelem usitatissimum est, idq; Cicero ab eo ut plæraq;, habuit. Quod quoniam excellens est magnumq; affert orationi ornamentum, nec à quoquam, quod sciam, adhuc tractatum, non alienum erit aliquot locos utriusque coniungere. Hunc ergo quem hic tractamus primum proferam, οὐκ ἄδηλον δ' ὅτι τῇ μὲν δόσει ἕπεται τὸ εὖ ποιεῖν καὶ τὸ καλὰ πράττειν, τῇ δὲ λήψει τὸ εὖ πάσχειν. i. Non est autem F dubium, quin dantem beneficium datum honestaq; actio comitetur, accipientem uerò beneficium acceptum. Idem 10. lib. huius operis, cap. 8. ὅτι δὲ ταῦτα πάντα τῷ σοφῷ μάλιστα ὑπάρχει, οὐκ ἄδηλον. hoc ergo genus Aristot. duobus modis tractat, & præponendo οὐκ ἄδηλον & postponendo. Cicero autem semper præponit. Scribit enim in 2. de officijs his ferè uerbis. Quamobrem id quidem non est dubium, quin illa benignitas quæ constat ex opera & industria, & honestior sit & latius pateat, & posit prodesse pluribus. In 1. de legib. Nec est dubium, quin is qui liberalis benignúsue dicitur, officiũ non fructũ sequatur. Cic. hoc ita interpretatur cum nulla est negatio, nec dictio priuans. Nam nemini est dubium, quin hæc duo idem ualeant, οὐκ ἄδηλον ὅτι, & δῆλον ὅτι. Proferam ergo Platonis locum ex Timæo, quem Cicero transtulit in lib. de Vniuersitate, παντὶ δὴ σαφὲς, ὅτι πρὸς τὸ ἀΐδιον. Cic. sic, Nõ igitur dubium, quin æternitatẽ maluerit exequi. G

Non grauate, ἀλύπως.) Nam si dicas, nõ molestè, non patietur latina oratio. Nam dicere illud quo hic utitur, διδόναι ἡδέως ἢ ἀλύπως, Dare seu largiri libenter seu ultrò, aut nõ molestè certè, alienũ sit à nostra consuetudine. Nullũ autem uerbum scio quod par sit illi græco, nisi hoc, Non grauatè, quo Cicero utitur.

Ad petendum procliuis, αἰτητικός. Nam αἰτεῖν poscere est, & rogare, & petere. Itaq; Cic. ἀπαιτεῖν è græco uertit repetere.

Vt ad largiendum suppetant copiæ, ὅπως ἔχῃ διδόναι.) Cic. 1. de offic. Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerunque rapiendi, & auferendi per iniuriam, ut ad largiendum suppetant copiæ. H

Sed ex facultatibus omnis põderanda liberalitas est, κατὰ τὴν οὐσίαν δ' ἡ ἐλευθεριότης λέγεται.) Aliorum liberum sit iudicium, an hoc rectius dicatur, Sed ad facultates omnis est liberalitas referenda & reuocanda. an uerò, Sed ex facultatibus omnis nominanda liberalitas est.

Quamobrẽ, ὅθεν.) Quoniam hæ particulæ quæ ualent ad conficiendũ & concludendũ quod ex oratione effici uolumus, usitatæ sunt apud Græcos & Latinos, hic libet quæ nostræ græcis pares sint, exponere. Cic. quidem illud ὅθεν exponens

A locũ Platonis ex Timæo, in lib. de Vniuersitate, interpretatur, Quãobrem. utrũq; locũ proferã & primũ Platonis. ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος ξυνιστάναι σῶμα ὁ θεὸς ἐποίει. Sic Cic. Quamobrẽ mũdum efficere moliẽs Deus, terrã primũ ignemq; iũgebat. Aliquãdo illud idẽ uertit, unde in 1. de offic. Vnde præclare in epistola quadam Alexandrũ filium Philippus accusat, q̃ largitione beneuolentiã Macedonum consectetur. Omnes ita cõuertunt. Aristo. Sed ad alia ueniamus. Quoniã autem Cic. sæpe Quocirca usurpat, nec illud multis notũ est, cui græco uerbo respõdeat, id primũ consideremus. Tribus quidẽ locis eo uerbo Cic. utitur in lib. de Vniuersitate, quẽ ex Platonis Timæo totũ transtulit. Itaq; omnes facilè quod uerbũ pro eo græci dicant, intelligent. καὶ δὴ semel conuertit
B Quocirca. Verba Cic. hæc sunt, Quocirca nobis sic cerno esse faciendũ, ut de utroq; nos quidem dicamus genere causarũ. Platonis uerba quæ trãstulit, scripsi, καὶ δὴ καὶ ταῦτα ἡμῖν λεκτέα μὲν ἀμφότερα τὰ τῶν αἰτίων γένη. καὶ δὴ etiã Quamobrẽ Cic. dicit, transferẽs in 1. Tusc. quæst. locũ Apologiæ Socratis. Vtriusque uerba proferam, Ciceronis primũ, Quamobrẽ siue sensus extinguitur, morsq; ei somno similis est qui nõnunquam etiã sine uisis somniorũ placatissimam quietem affert: Dij boni quid lucri est emori? Plato sic, καὶ εἴτε δὴ μηδεμία αἴσθησίς ἐστιν, ἀλλ' οἷον ὕπνος, ἐπειδάν τις καθεύδων μηδ' ὄναρ μηδὲν ὁρᾷ, θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη ὁ θάνατος. quem locum cum à se dicat conuersum Cicero, in eóque quod simpliciter à Platone prolatum est, ipse ad interrogationem reuocarit, cui dubium est quin nobis idem facere liceat? Bis οὖν dixit Quocirca. Verba Ci-
C ceronis & Platonis supra protuli & coniunxi, cum de hoc genere diximus, προσχρῆσθαι τῷ παραδείγματι. Illud ipsum δὴ transfert aliàs ergo, aliàs igitur, modo itaque, modo ideoque quod semel usurpat, atque iterum. Igitur quidem hoc loco, Omne igitur cælum, siue mundus siue quo alio uocabulo gaudet, hoc à nobis nũcupatus sit. Plato sic, ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅ τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὀνομάσθω. Ibidem plus septies ita cõuertit,. Alium locũ ex Phædro proferam quẽ Cic. 1. lib. Tusc. quæst. & in 6. de Rep. trãstulit, μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτὸ οὔποτε λήγει κινούμενον. Cic. hoc sic, Solũ igitur quod se ipsum mouet, quia nunq̃ deseritur à se, nunquã ne moueri quidẽ desinit. Δὴ Itaq;. Cic. in lib. de Vniuersitate, Itaq; illi in flumen immersi, neq; tenebant, neq; tenebãtur, sed ui magna tũ fere-
D bant tũ ferebãtur. Plato, αἱ δὴ εἰς ποταμὸν ἐνδεθεῖσαι πολὺν, οὔτ' ἐκράτουν, οὔτ' ἐκρατοῦντο βίᾳ δ' ἐφέροντο καὶ ἔφερον. Δὴ Ideoq;. Plat. eodẽ lib. oratio lõga est, tantum id dicam, Ciceronem ex longa oratione fecisse duas, in quarum posteriorem ex principio prolixæ Platonis, illud δὴ ideoque transtulit. hæc sunt eius uerba. Ideoque ex inordinato in ordinem adduxit. Δὴ ergo. Cicero sic transtulit eodem libro multis locis. Sed ne longior sim in re minimè fortasse dubia, tantum hoc addam, me locos Ciceronis & Platonis coniunxisse

paulo antè cum de hoc genere καθ' ἕν, & κατὰ γένη differerem. Illud etiam E addam illud ipsum δὴ, sæpe uacare in oratione non solum apud Platonem, sed etiam apud Aristotelem alióſque complures. Locos Ciceronis & Platonis ſupra cōiunxi, cum docerē κατὰ ualere, à, præpositionem. Valet etiam Δὴ Atqui uel certè μὴ δὴ præsertim quoties εἰ uel aliud eiuſdē generis præponitur. Cicero, Atqui ſi pulcher est hic mundus, ſi probus eius artifex, profectò ſpeciem æternitatis imitari maluit. Plato, εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος, ὅ τε δημιουργὸς ἀγαθὸς, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν. Sic Aristot. illud, εἰ δή τι τέλος ἐστι τῶν πρακτῶν, &c. quod positum est in 1. lib. huius operis, cap. 2. & transtuli ipſe, & transferendum ita prolato Ciceronis loco demonstraui. Sed alia tractemus. Supra docuimus Ciceronem dixiſſe οὖν Quocirca, nunc quemadmodum aliàs transferat, uideamus. Locos Ciceronis & Platonis ſupra protuli & coniunxi cum de hoc genere κατ' ἐκείνους dicerem. οὖν, Atqui, Ciceronis & Platonis locos contuli, cum de uerbo συναίτιος dicerem. οὖν itaque. Cicero, Itaque cum de re stabili & mutabili diſputatur, oratio talis ſit, qualis illa quæ neq; redargui neque conuinci poteſt, τοὺς μὲν οὖν μονίμους καὶ βεβαίους καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς μονίμους καὶ ἀμεταπτώτους, καθ' ὅσον προσήκει λόγοις εἶναι καὶ ἀκινήτοις Quo in loco transferendo perſpicere licet Ciceronem ſuū eſſe uoluiſſe, & tamen orationē Platonis obſcuriſſimam ita tractaſſe, ut facillimè intelligi poſſit. Nonnūquam illud ipſum οὖν adiungitur illi μὲν, & tum, ualet illud μὲν quidem, ipſum autem οὖν atque, ſeu ac. De hoc genere ſatis multa dixi, cum idem genus tractarem, tumq; locos duos Platonis Ciceroniſque coniunxi. Illud idem μὲν οὖν Cicero uertit, atque ita. Cicero eodem lib. Atque ita cum alterū eſſet exteriorem amplexus orbem, illum eiuſdē naturæ, hunc alterius notauit. Plato, τὴν μὲν οὖν ἔξω φορὰν ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταὐτοῦ φύσεως, τὴν δ' ἐντὸς, τῆς θατέρου. G Interdum illud μὲν non exponit quaſi redundet, ac tum deniq; illud οὖν interpretatur itaque. quod intelligi poteſt ex ijs locis quos contulimus, cum ipſum οὖν itaque efficere diceremus. ὥστε interdum itaque transfert. ut ibidem, Itaque neſciunt hos ſyderum errores, id ipſum eſſe, quod rite dicitur tempus multitudine infinita, uarietate admirabili præditos. Plato ſic, ὥστε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐκ ἴσασι χρόνον ὄντα τὰς τούτων πλάνας, πλήθει μὲν ἀμηχάνῳ χρωμένας, πεποικιλμένας δὲ θαυμαστῶς. Interdum è græco ita. Nam illud ita ſæpè ad concludendum ualet. Cicero ibidem. Ita totum animal mouebatur illud quidem, ſed immoderatè & fortuitu. Plato, ὥστε τὸ μὲν ὅλον κινεῖσθαι ζῷον, ἀτάκτως μὲν ὅπῃ τύχοι προϊέναι καὶ ἀλόγως. Quo loco intelligi licet & notari par eſt, μὲν ualere H illud quidem, ſed, quo de genere dixi alio loco. Hoc etiam intelligendum eſt & obſeruandum, id ipſum ὥστε in priore loco iunctum eſſe cum modo indicandi, in poſteriore cum infinito, quod cum ſit potius ualet ut. Ariſtot. 1. lib. huius operis capite

A 2. πρόεισι γὰρ οὕτως εἰς ἄπειρον, ὥστ᾽ εἶναι κενὴν καὶ ματαίαν τὴν ὄρεξιν, id
est, Progredietur enim ſic in infinitum, ut inanis ſit & fruſtra appetitus futurus.
Itaque hic Cicero adiungit ſuperiori orationi, Vt ſex motibus ueheretur, quod
Plato dicit, τὰς ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἔχον, quaſi uim illius ὥστε, in eum locum
transferens. Illud autem etiam notabimus, cū ἀτάκτως diſertè expoſuiſſe, immo-
deratè. ἀτάκτως κινεῖσθαι, immoderate moueri. Itaque εὐτάκτως moderatè
licebit dicere. Quocirca in 1. de offic. εὐταξίαν uocat modeſtiam & moderatio-
nem. n. i. uirtutem quæ, ut ipſe explicat, ſit ſciētia rerum earum quæ aguntur aut di-
cuntur, loco ſuo collocandarum. ἀταξίαν autem idē exponens locū Platonis ex
Timæo, appellat inordinatum, reformidans nimirū inordinationis, quod barbarū
B eſt, uocabulum. τάξιν uero ordinem. Vtriuſq; locum proferam ut res intelligatur.
Cicero in lib. de Vniuerſitate, Ideoq; ex inordinato in ordinem adduxit. εἰς τάξιν
αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας. Sed ad propoſitum reuertamur, διὸ δὴ, expo-
nit ergo, quod uerbum quoniam apud Græcos initijs orationis uſitatum eſt, hoc
etiam quod illud explicat, toti præponit orationi. Plato ſic, διὸ καὶ σφαιροειδὲς
ἐκ μέσου πάντῃ, πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον. Cicero, Ergo globoſus eſt
fabricatus, quod ſphæroeiden Græci uocant, cuius omnis extremitas paribus à me-
dio radijs attingitur. In omnibus libris quos quidem legere potui, &, poſitum eſt,
ui:ioſe mea quidem ſententia. Itaque quoniam falſum eum puto qui primus hunc
Ciceronis librum impreſſit, quòd exeſis, ut conijcio, aliqua ex parte literis non
potuerit aliud aſſequi, Ergo reſtituendum putaui. Quanquam διὸ δὴ mihi ma-
C gis uidetur dici itaque. In quo etiam falli ille potuit. Ἆρα Cicero conuertit ergo
in interrogatione argumētando. Vertit enim locum Platonis qui poſitus eſt in Gor
gia idq; in 5. libro Tuſc. quæſt. Tantum quod ad hunc locum pertinet, proferam.
Ἄθλιος ἄρα οὗτός ἐστιν ὁ Ἀρχέλαος κατὰ τὸν σὸν λόγον; Cicero paucis uerbis
hunc tractauit locum. Miſer ergo Archelaus? Omittit κατὰ τὸν σὸν λόγον, quod idē
facit in libro de Vniuerſitate, Itaque proprium genus puto eſſe Græcorum, quod
in noſtra lingua gallica retinemus. In hoc enim genere dicimus, Secundum tuū di-
ctum. Illud etiam addam, ὡς ἔπος εἰπεῖν propriam eſſe illorum phraſim, quam
ſecutus Ciceronem qui eam omiſit in libro de Vniuerſitate, ferè prætermiſi in his
transferendis libris. Locos Platonis & Ciceronis protuli paulo ante, cū ὥστε ex-
ponerem. Quāobrem qui libros ex græca uel alia lingua inſtituit uertere in aliā,
D is neceſſe eſt & quid illa ferat ex qua transfert, & hæc in quam conuertit, diligē
ter animaduertat. τοίνυν ſæpè ergo ualet. Cicero conuertens in libro de ſenectute
locū Xenophontis qui poſitus eſt in Oeconomico, illud τοίνυν dicit atqui. Vtriuſ-
que locos coniunxi alio loco, cum de his particulis dicerem in 1. lib. εἰ δή. εἰ μὲν δή.
καὶ, Cicero itaque dicit, in libro de Vniuerſitate, Longa eſt & Ciceronis interpre
tis, & Platonis oratio. Itaque tantūmodo locum indicabo. Cicero, Itaq; cum acce-

pissent immortale principium mortalis animantis &c. Plato, καὶ λαβόντες ἀθάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζώου &c. Cicero etiam δὲ interdum uertit igitur. atq; haud scio, an culpa id cõtingat librariorũ, qui uerbi similitudine fallũtur. Δὴ enim & δὲ, finitima sunt. Ciceronis uerba sunt hæc ex lib. de Vniuersit. Toto igitur omnino cõstituto, syderibus parem numerũ distribuit animorum & singulorum adiunxit ad singula &c. Plato, συστήσας δὲ τὸ πᾶν, διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἔνειμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον &c. Sic δὲ positum in multis locis in eodem libro, Cicero igitur conuertit. E

Pecuniamq; non propter se amantem, sed ad beneficentiam liberalitatemq; conferentem, καὶ μὴ τιμῶντα δ' αὐτὰ τὰ χρήματα, ἀλλ' ἕνεκα τῆς δόσεως.) Alijs iudicare licebit, rectène illum Ciceronis locum qui in 1. de officijs positus est, imitatus sim. Nihil enim est tam angusti animi tamq; parui q̃ amare diuitias, nihil honestius magnificentiúsq;, q̃ pecuniam contemnere si non habeas, si habeas ad beneficentiam liberalitatemq; conferre, τιμᾶν τὰ χρήματα ἕνεκα τῆς δόσεως. F

Quas in res si profuderit pecunias, ἢ εἰς ταῦτα ἀναλώσας.) Cic. 2. de offic. Omnino duo genera sunt largorum, quorũ alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & uiscerationibus, & gladiatorum muneribus ludorũ uenationúmq; apparatu pecunias profundũt in eas res quarum memoriam aut breuem aut nullam sunt relicturi omnino, ἀναλίσκειν εἰς ταῦτα, hic dicit, proximo cap. dicit δαπανᾶν περὶ ταῦτα, ὅσα μὴ πολυχρόνια τῶν ἔργων, quæ uerba Cic. exposuit, pecunias profundunt in eas res quarum memoriam &c.

Opportunus est iniuriæ, δύναται ἀδικεῖσθαι.)

Deprauatis corruptísque moribus præditus, δοκεῖ οὐκ εἶναι φαῦλος τὸ ἦθος,) G Paulo post dicit, μέτριοι τὰ ἤθη, Cicero appellat homines qui cõmodis sunt moribus in lib. de amicit. Atq; hoc quidem uidere licet, eos qui anteà commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari.

Cum enim dando egere cœperunt, alienis bonis manus afferre coguntur, ταχὺ γὰρ ἐπιλείπει αὐτοὺς τὰ ὑπάρχοντα, ἀναγκάζονται οὖν ἑτέρωθεν πορίζειν.) Verba sunt Ciceronis posita in 2. de officijs quibus hunc locum explicaui Neque enim necesse est uerbum pro uerbo reddere.

Quare huiusmodi largitio non debet liberalis uideri, διόπερ οὐδ' ἐλευθέριοι αἱ δόσεις αὐτῶν εἰσι.) Cicero hunc locum in 1. de offic. magna ex parte trãstulit. Quare L. Syllæ, & C. Cæsaris pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos, non debet liberalis uideri. H

Eos potißimum locupletant, τούτους πλουσίους ποιοῦσι.) Cicero etiam dicit uerbum è uerbo exprimens, opulentos & copiosos efficere, 3. de natura Deorum extremo, Iouémque Opt. Max. ob eas res appellant, nõ q; nos iustos, temperatos, sapientes efficiat, sed quod saluos, incolumes, opulentos, copiosos.

A Quas copias his suppeditari æquius est & relinqui, eas lucro auferunt, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν φιλοκερδαίνουσιν, οἷς δεῖ διδόναι.) Cicero primo de offic. Quas enim copias ijs suppeditari æquius est & relinqui, eas transferunt ad alienos.

CAP. II.

NEC solum ijs opus, sed is etiam qui efficit, honestandus est, καὶ μὴ μόνον τῷ ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ ποιοῦντι πρέπειν δεῖ.) Cicero hunc locum in primo de officijs adumbrauit, Ornanda est enim dignitas domo, at non ex domo tota dignitas quærenda: nec domo dominus, sed domino domus honestanda est.

Est etiam magnifici & honorati uiri, domum ædificare, cuius modus & dignitas ad diuitias & opes accommodanda est, ex quo aliqua dignitas quærenda, μεγαλοπρεποῦς δὲ καὶ οἶκον κατασκευάσασθαι πρεπόντως τῷ πλούτῳ, κόσμος γάρ τις καὶ οὗτος.) Cicero primo de officijs hunc mihi uidetur locum tanquam
B adumbrasse. Et quoniam omnia persequimur (uolumus quidem certè) dicendum est qualem hominis honorati & principis domum placeat esse, cuius finis est usus, ad quem ædificandi descriptio est accommodanda, & tamen adhibenda dignitatis commoditatisque diligentia. Cn. Octauio, qui primus ex illa familia consul factus est, honori fuisse accepimus, quòd præclarã ædificasset in palatio & plenam dignitatis domum. Paulo post sequitur quod paulo antè protuli, Ornanda est enim dignitas domo, at non ex domo tota dignitas quærenda. hoc quod postremũ dixit cum eo conuenit, quod ait Aristot. κόσμος γάρ τις καὶ οὗτος .i. dignitas aliqua ex domo quærenda, uel domus est honori & dignitati.

C Nec insignem habeant deformitatem, μήτε λίαν αἰσχήμονος.) αἰσχήμων deformis. Hoc autem rem ipsam transferre malui, quod idem Cicero facere soleat.

CAP. III.

ERGO is demũ magno excelsoq; animo putandus est, δοκεῖ δὲ μεγαλόψυχος εἶναι.) Alio loco Ciceronem ostendi μεγαλόψυχον dicere magnanimum. Id intelligere debemus raro eum facere. Nam libentius pluribus uerbis solet dicere. Aliàs elatum animum, aliàs excelsum, modo magnum, interdum fortem & altum. túmque ferè duo ex his coniũgit. Cicero primo de officijs cum de fortitudine disserit, ne semper uno uerbo utatur necessario, his omnibus utitur. Omnino, inquit, fortis animus & magnus duabus rebus maximè cernitur. Quanquã autẽ hæc
D ipsa ad μεγαλοψυχίαν trãsferri possunt, tamẽ μεγαλόψυχον uidẽtur potius attingere. Nã ipsam μεγαλοψυχίαν tũ magnitudinẽ animi ibidem appellat, tũ elationẽ. Sed ea, inquit, animi elatio quæ cernitur in periculis & laboribus, si iustitia uacat, pugnátq; nõ pro salute cõmuni, sed pro suis cõmodis, in uitio est. Interdũ elationem & magnitudinẽ animi coniungit: Sed illud, inquit, odiosum est, quod in hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas innascitur, μικροψυχίαν aũt nunquam uno uerbo dicit (est enim pusilanimitas uerbũ barbarũ)

sed pluribus, itemque μικρόψυχον. Nunc enim demissum, angustum & paruũ animum, modo abiectum & pusillum appellat quem dicunt μικρόψυχον, & μικροψυχίαν animi demissionem & abiectionem. 1. lib. de officijs, Nihil enim est tam angusti animi tamq; parui quàm amare diuitias, &c. E

Quorum maximum ponimus, id quod & Dijs tribuimus, & omnes expetunt ij qui in magistratu & honore sunt, & quod rerũ gestarum uel præclarissimarũ, quasi mercedem desiderãt, qualis est gloria. μέγιστον δὲ τοῦτ' ἂν θείημεν, ὃ τοῖς θεοῖς ἀπονέμομεν καὶ ἧ μάλιστα ἐφίενται οἱ ἐν ἀξιώματι, καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ἆθλον. τοιοῦτον δ' ἡ τιμή.) *Τιμὴν hic gloriam uoco, propter hũc Ciceronis locum qui est positus in 1. de officijs, Facillimè autem ad res iniustas impellitur, ut quisque est altissimo animo & gloriæ cupido. Qui locus est sanè lubricus, q̃ uix inuenitur qui laboribus susceptis periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. Itaq; parum abfuit quin in extrema oratione, pro illis,* τοιοῦτον δ' ἡ τιμή, *gloriam tantummodo dixerim.* F

Tacentibus nobis, ἄνευ λόγου.) *Verbum è uerbo exprimentes si dicamus, sine uerbo, lingua latina non patietur.* λόγον *autem hic non rationem interpretor, sed uerbum.*

Quo quisq; melior, μείζονος γὰρ ἀεὶ ὁ βελτίων ἄξιος.) *Alio loco hæc multis uerbis dicendi genera tractaui.*

Quid enim turpe faciat, cui nihil magnum esse uideatur? τίνος γὰρ ἕνεκα πράξει αἰσχρά, ᾧ οὐθὲν μέγα.) *Cicero ita locum tractat in 4. Tuscul. quæst. Quid enim uideatur ei magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiúsque mundi nota sit magnitudo?* G

Nam & maiores eas splendidioresq; facit, μείζους γὰρ αὐτὰς ποιεῖ.) *Cic. in lib. de amicit. Nam & secundas res splendidiores facit amicitia &c.*

Ob eámq; causam uix in quoq̃ uera animi magnitudo reperitur, διὰ τοῦτο χαλεπὸν τῇ ἀληθείᾳ μεγαλόψυχον εἶναι.) *Alio loco docui hæc genera dicẽdi non esse consuetudinis nostræ, Facile est esse diuitem, Difficile est esse bonũ & sapientem, Difficile est esse magnanimum. Quo loco etiam docui has phrases proprias esse Græcorũ, quas nostra lingua gallica retinuisset. Ita Cicero solet dicere ut feci, Ait enim in lib. de amicit. Itaque ueræ amicitiæ difficillimè reperiuntur in ijs qui in honoribus réque publica uersantur.* H

Neque prosperis rebus lætabitur nimis, neque asperis aduersisq; mœrebit, καὶ οὔτ' εὐτυχῶν περιχαρὴς ἔσται, οὔτε ἀτυχῶν περίλυπος.) *Hic locus finitimus uidetur ei Platonis, qui est apud eum in epitaphio, Itaq; ijsdem eũ uerbis & penè totidem sum interpretatus, quibus Cicero illum Platonis in quinto Tuscula. quæst. Verba Platonis,* μάλιστα πείσεται τῇ παροιμίᾳ, οὔτε γὰρ χαίρων, οὔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται διὰ τὸ αὑτῷ πεποιθέναι. *Cicero sic, Parebit*

A & obediet præcepto illi ueteri. Neque enim lætabitur unquam neq; mærebit nimis, qui semper in se ipso omnem spem reponet sui. Hic diligenter notare debemus phrasim elegantissimã Ciceronis, quam nũquam plane intelligere ante potui quàm hunc locum cum græco Platonis coniunxi, πεῖσθαι αὑτῷ, omnem spem in se ipso reponere sui.

Habet autem uenerationem iustiorem quicquid excellit, τὸ δ' ἀγαθῷ ὑπερέχον πᾶν ἐντιμότερον.) Cicero in 1. de natura Deorum hunc locum expreßit, Habet enim uenerationem iustam quicquid excellit.

Quanquam autẽ si uerum uolumus iudicare, solis bonis honos debetur: tamen cui utrunque adsit, is nescio quomodo maiorẽ laudem ac gloriam meretur, κατ' ἀλήθειαν δὲ ὁ ἀγαθὸς μόνος τιμητέος, ᾧ δ' ἄμφω ὑπάρχει, μᾶλλον ἀξιοῦται τιμῆς.) Illud κατ' ἀλήθειαν mihi uidetur Cicero dicere, uerum si uolumus B iudicare. in 1. de offic. Verum autem si uolumus iudicare, multæ res extiterũt urbanæ maiores clarioresque q̃ bellicæ. κατ' ἀλήθειαν Galli dicimus, secundum ueritatem, quod latinis non licet. Cicero quãdo uerbũ ex uerbo exprimit, dicit uere, reuera. Illud autem quod dixi, nescio quomodo, non est in græco. Est enim phrasis Latinorum, qua Cicero utitur, tum cum aliquid insigne in utranq; partem dicit in 1. de offic. Contraq; in laudibus, quæ magno animo & elato fortiter excellẽterq; gesta sunt, ea nescio quomodo quasi pleno ore laudamus. In eodem, Fit nescio quomodo, ut in alijs magis q̃ in nobismetipsis cernamus si quid delinquitur. Hoc genus Plato in lib. de morte dicit, οὐκ οἶδ' ὅπως, eiq; dat indicatiuũ ut facit Cicero.

C Difficile enim est, si à uirtute defeceris, ferre apte res secundas, ἄνευ γὰρ ἀρετῆς, οὐ ῥᾴδιον φέρειν ἐμμελῶς τὰ εὐτυχήματα.) Illud enim ἄνευ ἀρετῆς significat, si careas & uaces uirtute, aut si sis expers uirtutis. Nam supra docui Ciceronem ita uertere ἄνευ γῆς οὐδὲν, nihil quod terræ sit expers. In hac autem oratione uertenda Ciceronem imitatus sum in 1. de offic. Difficile autem est cum præstare omnibus concupiueris, seruare æquitatem.

Veritate enim ille ad iudicandum, pleriq; autem magis temeritate ducuntur, δοξάζει γὰρ ἀληθῶς. οἱ δὲ πολλοὶ τυχόντως.) Vel ex hoc loco intelligi potest, quam sordida & inculta latina futura sit oratio, si semper uerbum pro uerbo uelimus reddere.

D Idem maius beneficium reddit, quàm acceperit, ἀντευεργετικὸς πλειόνων.) ἀντὶ in compositione uicißitudinem quandam indicat eius rei quam uerbum cui adiunctum sit, significat. Vel ex hoc loco facile percipi potest, quanta sit græcorũ in componendis uerbis felicitas, Nec tamen idcirco latinã puto minus diuitem & uberem. Hoc enim nostra non patitur, quod illi per suam poßunt & faciunt, & aptißimè & disertißimè.

Opitulari ultro, εὐεργετεῖν προθύμως.) Etiam studiose dici potest & ma-

gno studio. E

Idem & apertè oderit necesse est, & apertè diligat, ἀναγκαῖον δὲ καὶ φανερόμισον εἶναι, καὶ φανερόφιλον. Ne hæc quidem nomina uno uerbo possumus latinè dicere. Cicero φανερόμισον εἶναι uertit, apertè odisse in libro de amicitia, Apertè enim uel odisse magis ingenuum est, quàm frontè occultare sententiam. hoc posterius, Fronte occultare sententiam Aristoteles mox dicit λανθάνειν. τὸ γὰρ λανθάνειν φοβουμένου, id est, Timidi enim est frontè occultare sententiam, ut mihi Cicero hunc locum expreßisse uideatur.

Quibus de causis & contentiones uocis suscipiuntur, & in ingressu celeritates, ἡδ' ὀξυφωνία καὶ ἡ ταχύτης, διὰ τούτων.) Cicero in primo de offic. Cauendum est autem ne aut tarditatibus in ingressu utamur mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse uideamur: aut ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. F

Ac de sei psi prædicant, καὶ λέγουσι περὶ αὐτῶν.) Cicero primo de offic. Deforme etiam est de seipso prædicare, falsa præsertim. λέγειν uerbum è uerbo dicere in hoc genere dicit sæpius.

CAP. IIII.

SVCCENSERE, χαλεπαίνειν. Cicero sic dicit in primo Tusculanarum quæst. transferens locum Platonis ex apologia. Plato, οὐ γὰρ ἔγωγε τοῖς καταψηφισαμένοις μου καὶ τοῖς κατηγόροις, οὐ πάνυ χαλεπαίνω.) Cicero sic, Nec uero ijs à quibus accusatus sum, aut à quibus cōdemnatus, habeo quod succenseam.

Lentitudo, ἀοργησία.) Cicero dicit ἀοργησίαν in 4. Tusc. quæst. reprehendēs Peripateticorum sententiam, Virum deniq; uideri negant, qui irasci nesciat, eamq; quam nos lenitatem dicimus, uitioso lentitudinis nomine appellant. Quod hic ait Peripateticos negare uirum uideri, qui irasci nesciat, id Aristot. paulo post hoc capite dicit. uerba eius ascripsi, οἱ γὰρ μὴ ὀργιζόμενοι ἐφ' οἷς δεῖ, ἠλίθιοι δοκοῦσιν εἶναι, id est, Qui autem irasci nesciunt quibus de causis decet, ij stolidi uidentur esse. G

CAP. V.

AFFABILES & blandi uidentur ij qui ad uoluptatem laudant omnia, ἄρεσκοι δοκοῦσιν εἶναι, οἱ πάντα πρὸς ἡδονὴν ἐπαινοῦντες.) ἀρέσκους si dicamus placidos ut alij, quis ferat? Dicamus igitur affabiles, uel auctore Cicerone, Scribit enim in primo lib. de offic. his ferè uerbis, Quā multa passus est Vlysses in illo errore diutino, cum mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sint) inseruiret, & in omni sermone iucundum omnibus se & affabilem esse uellet? idē in lib. de amicit. eundē ἀρεσκὸν & κόλακα cōmuni nomine appellat assentatorem. Vt igitur & monere & moneri propriū est ueræ amicitiæ: sic habendum est nullam in amicitijs pestem maiorem, q̄ adulationem, blanditias, H

A assentationem. Quamuis enim multis nominibus est hoc uitium notandum, leuiũ hominum atq; fallacium, ad uoluntatem loquentiũ omnia & nihil ad ueritatem. Cum autem rerum omnium simulatio est uitiosa (tollit enim iudiciũ ueri idq; adulterat) tum amicitiæ repugnat maximè. Paulo post, Quid enim potest esse tam flexibile, tam deuium, q̃ animus eius qui ad alterius nõ modo sensum ac uoluntatem, sed etiã uultum atq; nutum conuertitur? His mihi uerbis Cicero planè uidetur describere eum, quem hoc loco Aristoteles ἄρεσκον appellat. Idq; ex eo etiam facile perspici potest q, eum dicit amicitiæ repugnare maximè, quod idem hoc loco ait Aristoteles. Vtitur propè iisdem uerbis, Loqui ad uoluntatem omnia, ἐπαινεῖν πρὸς ἡδονὴν πάντα. Qui locus certè me admonet, ut uoluptatẽ putem posse dici aptius, quanquam & hoc ferri potest. Mihi ergo uidetur Cicero, quos Græci appellant B ἀρέσκους, uel affabiles dicere, uel nomine aßentatoris duo Græca exprimere.

Nec de cuiusquam offensione & molestia ullo modo laborant, καὶ τοῦ λυπεῖν οὐδ᾽ ὁτιοῦν φροντίζοντες.) φροντίζειν uerbum è uerbo curare dicitur, quo uerbo in hac re Cicero utitur. In tertio de finibus iungit cum uerbo infinito. Neque uerò hæc inter se congruere possent, ut natura & procreari uellet, & diligi procreatos non curaret. Illud etiam laborare dicit, in 4. Academ. quæst. Sed quia non laboro ualde, ea quæ dico probaturus sum, eo minus cõturbor. λυπεῖν autem & λυπεῖσθαι idem dicit offendere & offendi. contrarium superioris est, συνηδύνειν. i. delectare & placere. Quod ex illo loco qui in hoc capite positus est, intelligi potest, καὶ καθ᾽ αὑτὸ μὲν αἱρούμενος τὸ συνηδύνειν, λυπεῖν δὲ εὐλαβούμενος.

C Quantumq; in ipso est, uel suapte natura placere uult ac gratus esse, molestus esse ueretur. Cicero primo de officiis, Nec uero criminibus falsis in odiũ aut in inuidiã quenquam uocabit, omninoq; iustitiæ honestatiq; adhæresceet, ut dum eam cõseruet, quamuis grauiter offendat alios, mortem oppetat potius, q̃ deserat illa quæ dixi. Barbari dicunt, contristari alios. Illud etiam φροντίζειν, habere rationem alicuius dicitur. Aristoteles hoc ipso capite οὐ γὰρ ὁμοίως προσήκει συνήθων καὶ ὀθνείων φροντίζειν, id est, Non enim eadem habenda est ratio familiarium & alienorum. Quo loco illud φροντίζειν etiam curæ esse dicitur.

CAP. VI.

D AT uero, qui moderatè utuntur dißimulatione, οἱ δὲ μετρίως χρώμενοι τῇ εἰρωνείᾳ. Cicero in quarto Academicarum quæstionum, Socrates autem de seipso detrahens in disputatione plus tribuebat iis quos uolebat refellere. Ita cum aliud agnosceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dißimulatione, quam Græci εἰρωνείαν uocant. εἰρωνεύεσθαι dißimulare. ἀρνεῖσθαι etiam dicitur, uel negare potius, quibus uerbis Aristoteles hoc capite utitur. εἴρων dicitur qui ita affectus est animo. Huic dispar est ἀλαζὼν, id est,

arrogans & uenditator. hinc ἀλαζονεύεσθαι arrogare, seu potius uenditare se. προσποιεῖσθαι autem id significat, quod Cicero dicit tum arrogare, tum sumere, tum assumere, tum tribuere, tum uendicare. Huic Græci dant solum *accusandi casum.* Aristoteles hoc cap. οἱ μὲν οὖν δόξης χάριν ἀλαζονευόμενοι τὰ τοιαῦτα προσποιοῦνται, ἐφ' οἷς ἔπαινος, ἢ εὐδαιμονισμός, id est, Atque *ij quidem qui gloriæ causa sibi aliquid tribuunt ea sibi sumunt omnia, quæ uel ad laudem ualent uel ad beatam uitam.* Latini *his uerbis dant casus dandi & accusandi.* Cicero primo de officijs, *Nam philosophandi scientiam concedens multis, quod est oratoris proprium, aptè, distinctè, ornatè dicere, quoniam in eo studio ætatem consumpsi, si id mihi assumo, uideor id meo iure quodam modo uendicare.* E

CAP. VII. F

RIDICVLORVM *cupiditate inflammati,* γλιχόμενοι τοῦ γελοίου.) τὰ γέλοια Cicero *ridicula uocat in secundo de Oratore, Quatenus autem inquit, sint ridicula tractanda oratori, per quam diligenter uidendum est.* Dicit *etiam singulari numero, ridiculum,* τὸ γελοῖον, *eodem libro. In re est item ridiculum, quod ex quadam deprauata imitatione sumi solet.* γέλωτα *autem risum uocat, & quod hoc capite Aristoteles dicit,* ποιῆσαι γέλωτα, *ille risum mouere appellat, idque multis locis. Nunc, inquit, exponamus genera ipsa summatim, quæ risum maxime moueant. Ibidem. Quare primum genus hoc quod risum uel maxime mouet, non est nostrum. Quanquam his quoque uerbis pluribus* τὸ γελοῖον *dicit. Nam ridiculum est quod risum mouet. Hoc idem uocat concitare risum, & quod Aristoteles in septimo libro huius operis dicit,* συνέχειν γέλωτα, *uocat, tenere risum. Atque illud primum, quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, ubi sit, quomodo existat, atque ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere nequeamus, & quomodo simul latera, os, uenas, uultum, oculos occupet, uiderit Democritus,* παιδιὰν *autem Cicero appellat iocum in hac re, & quod Aristoteles capite dicit,* λέγειν ἐν παιδιᾶς μέρει *uocat, iocose dicere. uerba Aristotelis,* ἔστι γάρ τινα πρέποντα τῷ τοιούτῳ λέγειν ἐν παιδιᾶς μέρει καὶ ἀκούειν. *Cicero in eodem lib. Itaq; imbuendus est is qui iocose uolet dicere, quasi natura quadã apta ad hæc genera & moribus.* G

Magna est etiam distinctio ingenij & illiberalis ioci, καὶ ἡ τοῦ ἐλευθερίου παιδιὰ διαφέρει τῆς τοῦ ἀνδραποδώδους.) *Ego ita à personis ad rem hoc genus transtuli, quòd hunc locum Cicero cum in primo de officijs imitaretur, fecisse uideatur. Facilis est igitur distinctio ingenui & illiberalis ioci. Alter est, si tempore fit, ac remisso animo, homine libero dignus, alter ne libero quidem si rerum turpitudini adhibetur uerborum obscœnitas. & hunc locum Cicero imitatus est. Sequi-* H

A tur enim in hoc capite, ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν, τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον, ἡ αἰσχρολογία. τοῖς δὲ μᾶλλον ἡ ὑπόνοια. Itaque cum hunc locum tractarem, ita transtuli, Quod in antiqua nouaque comœdia perspicere licet. Alijs enim facetum & ridiculum erat, si rerum turpitudini adhibita etiam esset uerborum obscœnitas. Quàm igitur disertè Cicero quod Aristoteles appellat αἰσχρολογίαν, uerborum obscœnitatem uocauit. αἰσχρολογίαν etiam appellat orationis obscœnitatem in eodem libro loquens de Cynicorum impudentia. Itaque nec actio rerum illarum aperta petulantia uacat, nec orationis obscœnitas. De antiqua comœdia etiam ibidem loquitur. Quo, inquit, genere non modo Plautus noster & Atticorum antiqua comœdia, B sed etiam Philosophorum Socraticorũ libri referti sunt. Quid quod illud quod dixit, homine libero dignus, apud Aristotelem est in hoc capite, & si in aliam rem trãsferatur, τοῦ δ' ἐπιδεξίου ἐστὶ τοιαῦτα λέγειν καὶ ἀκούειν, οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθερίῳ ἁρμόττει, id est, Est enim ingenui ea & dicere & audire omnia, quæ bono uiro, & homine libero digna sunt. ἁρμόττειν enim significat decere, conuenire. Hoc etiam Aristoteles dicit in hoc ipso capite, ἃ πρέπει ἐλευθερίῳ, id est, quæ homine libero digna sunt. In hoc genere nunquam legi ἄξιος, id est, dignus.

CAP. VIII.

SENEM autem quòd pudore afficeretur, nemo laudauit unquam, πρεσβύτερον δ' οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν, ὅτι αἰσχυντηλός.) Cicero ita locum tra-
C ctauit, in tertio de natura Deorum extremo, & si alijs uerbis, ut tractationem mihi mutuatus esse uideatur. Num quis quòd bonus uir esset, gratias Dijs egit unquam? Illud autem, ἂν ἐπαινέσειεν, laudare uelit, aut solet efficit.

ANNOTATIONES IN LIBRVM QVINTVM. CAP. I.

FIRMA corporis affectio, εὐεξία.) Supra de hoc nomine diximus.

Ob eamque causam hæc una uirtus omnium est domina & regina uirtutum, καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη.) Hunc locum uerbis Ciceronis exposui, ijs quæ in tertio de officijs posita sunt. Cum enim de iustitia dissereret, Hæc enim una uirtus, inquit, omnium est domina & regina uirtu- F
tum. Eundem locum magis ad uerbum expressit in primo. Princepsq; est omnium uirtutum illa sapientia, quam σοφίαν Græci uocant. In quibus locis duobus illud δοκεῖ non est expressum. Itaq; phrasis est Græcorum propria, ut initio dixi. Illud autem κρατίστη cum Cicerone malui sic exponere, quòd mihi ad uerbum κρατεῖν retulisse uideatur.

Pleriq; enim in suis rebus præclare se gerere possunt, in alienis non possunt, πολλοὶ γὰρ ἐν μὲν τοῖς οἰκείοις τῇ ἀρετῇ δύνανται χρῆσθαι, ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἕτερον ἀδυνατοῦσι.) χρῆσθαι τῇ ἀρετῇ ἐν τοῖς οἰκείοις, ὃ ἐν τοῖς πρὸς ἕτερον, genus dicendi Græcorum proprium arbitror. Nam χρῆσθαι τῇ ἀρετῇ sine adiunctione, alio loco Ciceronem ostendi, uti uirtute dicere. Si addas in suis G
rebus, uel alienis, haud scio an latine dicatur. Hoc potui dicere, Qui res suas prudenter regant, administraent & curent.

Ex quo factum est tritum omnium sermone prouerbium, iustitia una uirtute omnes uirtutes reliquas contineri, καὶ παροιμιαζόμενοί φαμεν, ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶς ἀρετή ἔνι.) Cic. in 2. de Oratore lib. hoc attribuit diligẽtiæ. Inter ingeniũ quidem & diligentiam, perpaulum loci reliquum est arti. Ars demonstrat tantum ubi quæras, atq; ubi sit quod studeas inuenire. Reliqua quæ sunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilãtia, assiduitate, labore, cõplectar uno uerbo quo sæpe iam usi sumus diligentia, qua una uirtute omnes uirtutes reliquæ continẽtur.

Qui enim præest in Rep. is iam res curat aliorum, πρὸς ἕτερον γὰρ καὶ ἐν κοινωνίᾳ ὁ ἄρχων. Illud εἶναι πρὸς ἕτερον, quod in hoc capite sæpe positum est, H
alijs licet existimare, q̃ inscitè & indisertè cæteri interpretes interpretati sint. Omnes enim dicunt, esse ad alterum. Quis sensus est, quæso, iustitia est ad alterum, princeps est ad alterum? ut ergo latina sit oratio, hoc quod paucis uerbis Græci, nos pluribus cogimur dicere. Hoc ergo, πρὸς ἕτερον ἄρχων, Aliena commoda tuetur, Aliorum res curat. Et illud quod paulo post dicit, δικαιοσύνη πρὸς ἕτε-

A ρον ἐστι. Iustitia ad aliorum commoda refertur.

Ob eámq; ipsam causam omnium uirtutū sola iustitia in bonis alienis uidetur, διὰ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἀλλότριον ἀγαθὸν δοκεῖ εἶναι ἡ δικαιοσύνη μόνη τῶν ἀρετῶν.) Plato in primo de Rep. hunc eundem locum iisdem prope uerbis tractat, ὥστε ἀγνοεῖς ὅτι ἡ μὲν δικαιοσύνη τε καὶ τὸ δίκαιον ἀλλότριον ἀγαθὸν τῷ ὄντι, τοῦ κρείττονός τε καὶ ἄρχοντος συμφέρον. Eodem libro tractat etiam locum quem in hoc capite Aristot. paulo ante tractauit, cum πλεονεκτεῖν diceret, & πλεῖον ἔχειν, & ἔλαττον.

Qui malitiam & uitium & ad suam & amicorum perniciem exitiumq; conuertit, ὁ καὶ πρὸς αὑτὸν καὶ πρὸς τοὺς φίλους χρώμενος τῇ μοχθηρίᾳ.) Quoniam hoc genus dicendi aliter tractat, atque superiori loco, aliter etiam transtuli.
B Ita mihi uidetur Cicero fecisse in 2. de officijs, Nam quid est tam inhumanum, q̃ eloquentiam à natura ad salutem hominum & cōseruationem datam, ad bonorum pestem perniciemq; conuertere? Illud χρῆσθαι πρὸς, alio loco dicit exercere in Philippica 11. At Dolabella quidem tam fuit immemor humanitatis quanquā eius particeps nunq̃ fuerit, ut suam insatiabilem crudelitatem exercuerit non solum in uiuo sed etiam in mortuo. Ab hoc genere Demosthenes orationem exorsus est eam, qua Midiam accusauit, τὴν μὲν ἀσέλγειαν, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ τὴν ὕβριν, ᾗ πρὸς ἅπαντας ἀεὶ χρῆται Μειδίας, οὐδένα οὔθ' ὑμῶν οὔτε τῶν ἄλλων πολιτῶν ἀγνοεῖν οἴομαι, id est, Neminem uestrum ignorare arbitror, iudices, nec quenquā ciuē, quantam in omnibus licentiam & quantam uim Midias exerceat.

C Qualis autem sit differentia uirtutis & iustitiae, τί δὲ διαφέρει ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη.) Verba Ciceronis sunt ex primo de officijs, Qualis autem sit differentia honesti & decori, facilius intelligi, quàm explicari potest.

CAP. II.

ALIQVAM autem esse, ex hoc facillime perspici potest. Nā qui agit eorum quippiam quae caeterorum uitiorū propria sunt. &c. σημεῖον δὲ ὅτι ἔστι· κατὰ μὲν γὰρ τὰς ἄλλας μοχθηρίας ὁ ἐνεργῶν.) Hoc loco nō est alienū genus dicēdi Graecorū quibus modis Cic. dicat, exponere. Nec hoc mihi faciendū putarem, nisi hic locus inscitè à multis tractaretur. Graeci quidē duas semper oratiōes faciūt, cū hoc usurpāt genus, & in priore, illud σημεῖον δὲ, uel solū ponūt, uel pauca uerba adiūgunt.
D Cic. autē nunq̃ duas facere animaduerti, nisi in 1, de finib. quē, hūc locū trāsferens, auctorē adhibui. Haec sunt eius uerba, Extremū autē esse bonorū uoluptatē, ex hoc facillimè perspici potest. Cōstituamus aliquē magnis, multis, perpetuis fruentē & animo & corpore uoluptatib⁹ &c. Illud autē σημεῖον δὲ cōiungit saepius cū alia oratione. & tū σημεῖον dicit argumentū interdum. ut 1. lib. de legib. Quod argumēti satis est, nullā dissimilitudinē esse in genere, quae si esset, nō una omnes definitio cōtineret. Interdū γὰρ in hoc genere, quia, dicitur: tū cum, quod

præponitur. Id ut intelligatur faciet locus sequens, qui positus est in 1. Tusc. quæst. E
Quod ex eo fieri potest, quia corpora nostra terreno principiorum genere confecta ardore animi concalescunt. Neq; enim aliter hoc à Græcis dicitur quàm ita, σημεῖον δὲ &c. Aliàs cum illud quod non primum dicitur, q; Cicero dicit. Atque illud superius facit ob eam causam, ne bis q; cogatur dicere.

Stuprum inferat, μοιχεύοι.) Cicero μοιχεύειν dicit & adulterari, & stupru͂ inferre. Illud prius 1. de offic. Latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe est, sed dicitur non obscœnè: liberis dare operam, re honestum est, sed nomine obscœnum. Cum diu multumq; hoc quæsiuissem, quod uerbum græcum huic nostro par esset, quod dicit Cicero, liberis operam dare, legens primum librum Platonis de Rep. forte reperi παιδοποιεῖν. Cicero quidem uertens magna ex parte fabulam Gygis in tertio de officijs μοιχεύειν interpretatur, inferre stuprum. Locum Platonis F
proferam eatenus, quoad res intelligi queat, ἐλθόντα δὲ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μοιχεύσαντα, μετ᾽ ἐκείνης ἐπιθέμενον τῷ βασιλεῖ ἀποκτεῖναι, καὶ τὴν ἀρχὴν κατασχεῖν. intelligi debet uerbum φασὶ, quod semel initio fabulæ positu͂ est. Hæc aute͂ fabula exposita est à Platone in 2. de Rep. Cicero sic hunc locum transtulit. Itaque hac oportunitate annuli usus, reginæ stuprum intulit, eaq; adiutrice regem dominum interemit, sustulitq; quos arbitrabatur obstare, nec in his eu͂ facinoribus quisquam potuit uidere. Sic repente annuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Multa & in hac oratione & in alijs quibus hanc totam fabulam exponit, addit ille quidem de suo: sed tamen hoc facile intelligimus quod propositum fuit, μοιχεύειν ab eo, inferre stuprum esse co͂uersum. Alio loco Cic. dicit constuprare. G

Mutuum, uadimonium, locatum, depositum, conductum, δανεισμὸς, ἐγγύη, χρῆσις, παρακαταθήκη, μίσθωσις.) Cicero hæc nomina uult in um exire, non in io, ut alij interpretes.

CAP. III.

NON enim solum numeri quo quid numeramus (qui μοναδικὸς græcè dicitur) sed ueri etiam proprijq; numeri (numeratum appellant) propria est proportio & comparatio, ἡ γὰρ ἀναλογία οὐ μόνον ἐστὶ μοναδικοῦ ἀριθμοῦ ἴδιον, ἀλλ᾽ ὅλως ἀριθμοῦ.) μοναδικὸν ἀριθμὸν appellat Eustratius eum que͂ omnino nominamus nulla re quæ numeretur adiecta, qualis est decas. Neq; enim addo rem ullam: ὅλως autem, ἀριθμὸν eum, qui rebus accommodatur, ut cum H
dico tres boues, quatuor capras, quæq; sunt eius generis. Philosophi priorem numerantem nominant, posteriorem numeratum.

Est enim proportio, parilitas similitudoq; rationis, ἡ γὰρ ἀναλογία ἰσότης ἐστὶ λόγου. Cicero ἀναλογίαν dicit proportionem & comparationem. Itaque in hoc libro transferendo, aliàs hoc, aliàs illo uerbo utimur. Locus est apud Platonem in Timæo, quem in libro de Vniuersitate conuertens Cicero, hoc uerbu͂ quod

A tractamus, ita exposuit, ut dixi. Platonis hæc sunt, τοῦτο δὲ πέφυκεν ἀναλογία
κάλλιστα ἀποτελεῖν. Cicero sic, Id optime assequitur quæ græcè ἀναλογία,
latinè (audendum est enim, quoniã hæc primum à nobis nouantur) cõparatio pro-
portióue dici potest. Et quoniam & Aristoteles hoc libro de proportione disse-
rit, & Plato in Timæo, quoniámque apud latinos & Varro, & Cicero interpres
disertus Platonis, in ea explicanda, nobis quædam quasi præcepta reliquerunt, hoc
loco libet quæ omnes illi dixerunt, & græca & latina cõiungere. Aristoteles qui-
dem duas hoc capite facit proportiones, quarum alteram geometricam appellat,
arithmeticam alteram. Priorem uocat διῃρημένην. Posteriorem συνεχῆ. uerba
eius sunt, ἡ μὲν οὖν διῃρημένη, ὅτε ἐν τέτταρσιν, δῆλον, ἀλλὰ καὶ ἡ συνεχής.
Post quo res facilius intelligatur, de utraq; affert exemplum atq; rationem, ὡς
B ἡ τοῦ α πρὸς τὴν τοῦ β, ἡ τοῦ β, πρὸς τὴν τοῦ γ. Paulo post de geometrica lo-
quens, ἔσται ἄρα, inquit, ὡς ὁ α ὅρος πρὸς τὸν β, οὕτως ὁ γ, πρὸς τὸν δ, καὶ ἐναλ
λὰξ ἄρα, ὡς ὁ α πρὸς τὸν γ. ὁ β πρὸς τὸν δ. Hos ego locos explicans, Ciceronem
sum ac Varronem secutus. Varro quidem proportionem eam quam Aristot. διῃ-
ρημένην appellat, deiunctam uocat: & quam ille συνεχῆ, coniunctam. Eius
proferã locum ex lib. 2. de Analogia, ut post hac relictis barbaris nominibus, qui-
bus pro his utũtur hodie Philosophi, diuisa, & continua, hæc latina usurpent. Pro-
feram etiam multas uariásq; tractationes argumenti, quod à commutata propor-
tione Quintilanus appellat, ut Philosophi eijciant has tenebras ex sua arte & sciẽ
tia. Quemadmodum se habet unum ad decem, ita decem ad centum. Varronis hæc
C sunt, Eius genera sunt duo, unum deiunctum. sic est, Vt unum ad duo, sic decem ad
uiginti. Alterum coniunctum, Sicut est unum ad duo, sic duo ad quatuor. in hoc bis
duo dicũtur, q tum ad unum conferimus, tum cũ quatuor. Hæc est una ratio tra-
ctandæ proportionis. Interdum uerbo habeo utitur: ut paulo post, Quam rationẽ
habet legebam ad lego, hanc habet, lego ad legam. In omnibus libris quos equidem
legerim, corruptè positum est à lego, & à legã, pro ad. Paulo ante eodem modo
tractauerat. Nam quam rationem duo ad unum habent, eandem habẽt uiginti ad
decem. Age nũc quemadmodum hæc dicat Cicero, uideamus. In libro de Vniuersi
tate, Quãdo enim, inquit, trium uel numerorum uel figurarum, uel quorumcunq;
generum contingit, ut quod medium sit uti primo proportione, ita id postremo cõ(
D paretur, uicißimque ut extremum cum medio, sic medium cum primo conferatur:
id quod medium est tum primum fit, tum postremum, postrema uero & prima me
dia fiunt. Ita efficitur, ut eadem sint quæ deiuncta fuerunt. Cicero ergo etiam de-
iuncta dicit quæ διῃρημένα Aristoteles nominat. Platonis locum ex Timæo quem
Cicero conuertit, proferam, ut quæ græca his respondeant, intelligatur, ὁπόταν
γὰρ ἀριθμῶν τριῶν, εἴτε ὄγκων εἴτε δυνάμεων ὡντινωνοῦν ᾖ τὸ μέσον ὅ,τι
περ τὸ πρῶτον πρὸς αὐτό, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον, καὶ πάλιν αὖθις

ὅτι τὸ ἔσχατον πρὸς τὸ μέσον, τοῦτο τὸ μέσον, πρὸς τὸ πρῶτον. τότε τὸ μέ- E
σον μὲν πρῶτον καὶ ἔσχατον γιγνόμενον, τὸ δ᾽ ἔσχατον καὶ τὸ πρῶτον, αὖ μέ-
σα ἀμφότερα. πάλιν οὕτως ἐξ ἀνάγκης ταὐτὰ εἶναι συμβήσεται. Hic
nulla fit mentio uerborum comparo & confero. Sed uariandæ illustrandæq; ora-
tionis causa, Cicero ea adhibuit, quod nobis faciendum est. Variandæ dico oratio-
nis causa, quoniã paulo post tractauit similẽ locũ alijs uerbis aliaq; ratione. Cum
Græcis etiã hic latina coniũgam. Cic. eodẽ lib. Sed cũ soliditas mũdo quæreretur,
solida autẽ omnia uno medio nunq̃ duobus semper copulẽtur, ita cõtigit, ut inter
ignem & terrã, aquã Deus aëremq; poneret, eáq; inter se cõpararet, proportio-
neq; coniũgeret: ut quẽadmodũ ignis aëri, sic aër aquæ, quódq; aër aquæ, id aqua
terræ proportione redderet. Plato sic, νῦν δὲ στερεὸν γὰρ αὐτὸ προσῆκεν εἶναι, τὰ
δὲ στερεὰ μία μὲν οὐδέποτε, δύο δὲ ἀεὶ μεσότητες συναρμόττουσιν, οὕτω δὴ F
πυρός τε καὶ γῆς ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς, καὶ πρὸς ἄλληλα καθ᾽ ὅσον,
ἦν δυνατὸν ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅτι πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο
ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, καὶ ὅτι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, τοῦτο δ᾽ ὕδωρ πρὸς γῆν. Videre licet ac
existimare, q̃ disertè hos sit locos interpretatus. Quod in priore Plato dixit, πάλ-
λιν αὖθις, id Aristot. dicit καὶ ἐναλλάξ. Itaq; sic hoc conuerti, ut illud Cic. uicis-
símq;. i. rursus. Sed alia tractemus, quæ dubitationẽ afferre possint, ἀνάλογα Ari
stot. usurpat hoc cap. ὥστε ἂν ἡ τὸ β. τιθῇ δὶς, τέτταρα ἔσται τὰ ἀνάλογα. Hic
me diu locus solicitũ habuit. sed tandẽ omnẽ Varro solicitudinẽ abstersit, cuius au-
ctoritate adductus, analoga reliqui, addita eiusdẽ interpretatione. Verba hæc sunt
eius ex eodẽ lib. Sequitur tertius locus, quæ sit ratio proportióne. A Græco dici- G
tur ἀνάλογον, ab analogo dicta analogia. Ex eodẽ genere si duæ res inter se ali-
qua parte dissimiles rationẽ habent aliquam. si ad has duas alteræ res duæ collatæ
sunt, quæ rationẽ habeant eandẽ, quod ea uerba habent eũdem λόγον, dicitur utrũq;
separatim analogon. simul collata quatuor analoga. Intellectum puto quid sit ἀνά-
λογον, & quæ Aristot. dicat quatuor analoga. Hunc locũ de proportione obscurũ
faciunt indiserti interpretes. Sic Argyropylus, Quare si b bis positũ fuerit, qua-
tuor erũt ea quæ cõparationem subeunt rationũ. Vertit enim semper analogiã cõ-
parationem rationũ: rectè quidẽ, nisi illud rationũ adderet, quod totũ adeo obscu-
rum facit, uix ut intelligatur etiã ab ijs qui eum terunt. & tamẽ illud solũ propor
tio ab omnibus intelligitur. Quod Plato dicit, ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον, Cic. uertit, pro- H
portione, quẽadmodum in superioribus locis perspicere licet. Hoc idem Plato dicit
δι᾽ ἀναλογίας. Plato quidẽ in Timæo, Cic. ita conuertit, Itaq; & ob eã causam
& ab ijs rebus numero quatuor, mũdi est corpus effectũ, ea cõstrictum proportione.
quã dixi, Plato illud dixit, ἐγεννήθη σῶμα δι᾽ ἀναλογίας, καὶ διὰ ταῦτα ἐκ
τε δὴ τούτων τοιούτων, καὶ τὸν ἀριθμὸν τεττάρων τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη δι.

A ἀναλογίας ὁμολογιῶν. Hoc Barbari dicunt proportionabiliter. Alij autē non minus inscitè, uolunt hæc duo esse uocabula, non intelligentes scilicet uim uerbi. Illud etiam addam, ὡς ἔχειν πρὸς ἕτερον Ciceronem dicere, habere aliquā rem cum altera, & ad alteram proportionem. quod Barbaros docui dicere solitos, quemadmodum se habet, &c. Cicero in libro de Vniuersitate, Eius autem particulæ interuallo relicto, habebat numerus ad numerum eandem proportionem, comparationemq; in extremis, quam habent CCLVI. cum CCXLIII. Plato sic, τῆ τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους, ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία καὶ τετταράκοντα καὶ διακόσια. Aristoteles proximo capite hoc genere dicendi B utitur, sed apertior est oratio, τὸ γὰρ ἀπὸ χρημάτων κοινῶν, ἐὰν γίγνηται ἡ διανομή, ἔσται κατὰ τὸν λόγον αὐτὸν ὅνπερ ἔχουσι πρὸς ἄλληλα τὰ εἰσενεχθέντα. Quem locū ita cōuerti. Hoc enim ipsum, si diuidūdæ sint publicæ pecuniæ, eandē rationē habebit, quam habēt inter se collatæ in cōmune pecuniæ. Genus dicēdi notandum est duplex, εἶναι κατὰ τὸν λόγον, & ἔχειν λόγον πρός τι. Quod autem dicit hoc loco, κατὰ λόγον εἶναι, paulo antè dixit, κατὰ τὴν ἀναλογίαν εἶναι, τὸ μὲν γὰρ διανεμητικὸν δίκαιον τῶν κοινῶν ἀεὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐστὶ τὴν εἰρημένην. Plato uno etiā uerbo dicit, ἀνάλογον, quod Cic. proportione cōuertit. Sed redeamus aliquādo ad nostrā analogiā, quam Cic. tum proportionē dicit tū cōparationem. Eius genera sunt multa. Nam & dupla dicitur & tripla, & quadrupla & ita deinceps. Dupla autē appellatur rei ad rē proportio, cum res una alteram C bis cōtinet, tripla cū ter. Fieri etiam potest, ut duæ res inter se collatæ, ita affectæ sint, ut una alteram semel totam cōplectatur, ac præterea eius dimidiū, uel tertiam partem, uel quartam, & ita deinceps. Prima uocatur sesquialtera, secunda sesquitertia, tertia sesquiquarta, itemq; in cæteris. Atque in his omnibus cum res rei comparatur genitiuo casu fieri debet latinè. ut si comparentur quatuor duobus, numerus maior minoris est duplus. Sin tria duobus, tria sesquialtera sunt duorum. Sic locutus est Cicero, in libro de Vniuersitate. Cōuertit autem Platonis locum ex Timæo. proferri ergo utriusque locum est melius, ut quemadmodum hæc & græcè & latinè dicantur, intelligatur. Cicero, Fuit autem talis illa partitio. Vnam principio partem detraxit ex toto. Secundam autem primæ partis duplam. deinde tertiam quæ esset secundæ sesquialtera, primæ tripla. Deinde quartam D quæ secundæ dupla eßet. quintam inde quæ tertiæ tripla. tum sextam octuplam primæ. postremo septimam, quæ septem & uiginti partibus antecederet primæ. Vocat autem hic Cicero partem triplam, octuplam, & alias eiusdem generis quæ duabus, octo partibus, & ita deinceps, antecellit alteri, quod ex ea parte quam septimam detractam dicit intelligi potest. Nunc Pla-

tonis græca uideamus, ἤρχετο δὲ διαιρεῖν ὧδε, μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον
ἀπὸ παντὸς μοῖραν. μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης. τὴν δ᾽ E
αὖ τρίτην, ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης, τετάρτην
δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν, πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης. τὴν δ᾽ ἕκτην τῆς
πρώτης ὀκταπλασίαν. ἑβδόμην δὲ, ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης.
Videre licet, quã Plato partem ἡμιολίαν dicit, Ciceronẽ eam appellare sesqui=
alteram. Nulla fit his in locis de ἐπιτρίτω, & alijs eiusdem generis mentio. Pro=
feram ergo locum alterum. Paulo post Plato ἡμιολίων, inquit, διαστάσεων καὶ
ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων, ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν, ἐν ταῖς πρόσθεν
διαστάσεσι, τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦ=
το, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον. Cicero sic, Sesquialteris autem interuallis, &
sesquitertijs, & sesquioctauis factis ex his colligationibus, in primis interuallis, & F
sesquioctauo interuallo sesquitertia omnia explebat, cùm particulam singulorum
relinqueret. Ex hoc loco facile est intellectu, Ciceronem sesquitertia interualla, &
sesquioctaua appellare, quæ Plato uocat, ἐπιτρίτας διαστάσεις & ἐπογδόας.
Sũt igitur hæc latina uocabula, quibus hodie utuntur ij, qui in numerorum ratione
uersantur. Quo magis miror, quid uenerit in mentem Aulo Gellio dicere, omnes
qui de numerorũ ratione latinè scripserint, græca hæc nomina dixiße, quòd absurdè
futurum erat, si nostra finxissent. Is si librum Ciceronis de Vniuersitate legisset,
qui omnium scriptorum est æstimator & iudex nonnũquam durior, nũquam hæc
nomina nostros noluiße conuertere dixisset. Simili errore Macrobius hunc scilicet
secutus, cum in somnio Scipionis explicando, locum Platonis superiorem transfer=
ret, hemiolijs, epitritis, & epogdois usus est. Eius interpretationem proferam, ut o= G
mnes intelligant, quanto Cicero quàm ille, eum locum interpretatus sit disertius.
Primam, inquit, ex omni firmamento partem tulit. hinc sumpsit duplam partem
prioris. tertiam uero secundæ hemioliam, sed primæ triplam, & quartam duplam
secundæ. Quintam tertiæ triplam. Sextam primæ octuplam. Et septimam uicies se=
pties à prima multiplicatã. Sequitur oratio quam nondũ protulimus. Post hæc spa
tia quæ inter duplos & triplos numeros hiabant, insertis partibus adimplebat, ut
binæ medietates singula spatia colligarent, ex quibus uinculis hemiolij & epitriti
& epogdoi nascebantur. Cicero hanc postremam orationem ita trãstulit. Deinde
instituit dupla & tripla interualla explere, partes rursus ex toto desecans, quas
interuallis ita locabat, ut in singulis essent bina media. Sequitur oratio quam Ma=
crobius omisit, Earum alteram eadẽ parte præstantem extremis, eademq; supera= H
tam: alteram pari numero præstantẽ extremis, pariq; numero superatã. Sequitur
ea quam Macrobius uertit, quãq; supra protulimus. Sesquialteris autem interual
lis & sesquitertijs & sesquioctauis sumptis ex his colligationibus &c. Hãc enim o=
rationis partem solã Macrobius sic transtulit, Ex quibus uinculis hemiolij & epi=

A triti & epogdoi nascebantur. Platonis uerba proferã, ut existimare omnibus liceat qui hæc legerint, μῦ δὲ ταῦτα ξυνεπλήρωσε τὰ πεδιπλάσια καὶ τετραπλάσια διαστήματα, μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων, καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας. Quæ sequũtur omisit Macrobius, Cicero conuertit, τὴν μὲν ταυτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν & ὑπερεχομένην. τὴν δ' ἴσω μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν ἴσῳ δ' ὑπερεχομένην. Hoc quod sequitur uterq; transtulit, ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων & ἐπογδόων γενομένων ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν.

CAP. IIII.

B IVS æquabile, δίκαιον ἴσον.) Hoc toto libro cæteri interpretes τὸ δίκαιον semper iustum dicunt, quàm inscitè, hinc existimare licet, q. τὸ δίκαιον πολιτικὸν etiã iustũ ciuile trãsferunt. Ius ergo ciuile dicendũ est. ἴσον aliàs æquale dico, aliàs par, alias æquum: Eodemq; modo ἰσότητα modò æquabilitatem, modò æqualitatem, interdum parilitatem cum Varrone, interdum æquitatem. Cicero ita trãsferre solet. Sic enim interpretor δίκαιον ἴσον quod ius dicit æquabile in 2. de offic. Ius enim semper quæsitum est æquabile, nec enim aliter esset ius. Aliàs contrarium τοῦ δικαίου. i. Iuris est, τὸ ἄδικον. i. iniuria. Sic enim transfero ferè, aliàs dicitur res iniusta, ut δίκαιον res iusta, certis locis.

Perpeßio, τὸ πάθος.) Paßio latinum non est. Ciceronem ostendimus τὸ πάθος dicere & interpretari perturbationẽ. Hoc loco non agitur ea significatio, sed πάθος hic pro tolerantia ponitur. Cicero his duobus uocabulis τὸ πάθος exponit. Sic enim interpretor quod ait in 2. Tusc. quæ. Consuetudo enim laborum perpeßionem dolorum efficiet faciliorem.

C

Profitetur enim iudex se ius esse loquens, ὁ γὰρ δικαστὴς βούλεται εἶναι, οἷ' ἔμψυχον δίκαιον.) ἔμψυχον uerbum è uerbo, animatum. Atq; ego sic conuertissem, nisi Ciceronis locus me admonuißet, ut mutarem sententiam. Est autem in 3, de legibus, Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: ueréq; dici potest magistratum legem eße loquentem, legem autem mutum magistratum. Videre licet, quàm disertè sit eum locum uel interpretatus uel imitatus. posuit pro iure legem.

Quem eundem nonnulli arbitrum honorarium appellant, & καλοῦσιν ἔνιοι μεσιδίκους.) Eustratius μεσοδίκους interpretatur μεσίτην, id est, ut Barbari dicunt, mediatorem. Vnde iudex appelletur μεσόδικος, Aristoteles ipse exponit, ὡς ἐὰν τοῦ μέσου τύχωσιν, τοῦ δικαίου τεύξόμενοι. i. q. si quando medium consequantur, ius suum se putent obtinere posse. Plerisque hoc uerbum uidebor conuertisse audacius, quam ego de me opinionem alijs afferre non uerebor dum modo hoc ea re intelligant me facere, ut è philosophia barbaries eiecta iaceat. Ciceronis locum ex libro de fato proferã, in quo arbitrum honorarium pro eo quem mediatorem dicũt,

D

uidetur usurpare. Hic mihi quidem uidetur, cum duæ sententiæ fuissent ueterum Philosophorũ, una eorũ qui censerẽt omnia ita fato fieri, ut id fatũ uim necessitatis afferret, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, *Aristoteles fuit: altera eorum, quibus uiderẽtur sine ullo fato esse animorũ motus uoluntarij: Chrisyppus tanq̃ arbiter honorarius, mediũ fieri uoluisse, sed applicat ad deos potius.* Cicero *cum duas sententias fuisse confirmet ueterum* Philosophorum, *Chrysippũ autem medium inter duas illas uoluisse fieri: & propterea arbitrum honorarium uocet: profectò mihi uidetur eum constituere arbitrum, qui de illa controuersia audiat alios philosophos disputantes & altercantes, tum ad mediam eos uiam sententiamq; deducat: quam cũ sequentur tũ ius se suum putẽt obtinere. Quod si hæc minus probentur, alio utatur.* E

Detrahat particulam, ἀφεῖλε.) *Cicero sæpe fere utitur uerbo detraho pro aufero. Atque ut omnes intelligant uerbum græcum* ἀφαιρεῖν *illi par esse, libet repetere locum Platonis quẽ paulo ante protuli, quem Cicero cum uerteret,* ἀφεῖλε *dixit detraxit,* μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν. *Cicero, Vnam principio partem detraxit ex toto.* F

Præstat, ὑπερέχει.) *Cicero in uoce actiua* ὑπερέχειν *transfert præstare, in patiendi superari. pro eo quod uulgò & barbarè dicitur, excedere rem aliquam, & excedi. Verba Ciceronis & Platonis paulo antè contuli, cum de Macrobio facerem mentionem.*

Nec quicquam profecerint, οὔτι κερδαίνειν.) κερδαίνειν *quæstum facere, lucri facere, lucrari, proficere. Hoc postremum ut dicerem hic potissimũ admonuit me locus Ciceronis ex 1. de offic. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mẽtiantur. Contrarium est eius* ζημιοῦσθαι, *id est, damnum facere, & iacturam. hinc* ζημία *damnum. ut* τὸ κέρδος *lucrum, & quæstus.* G

CAP. V.

LEX *talionis,* τὸ ἀντιπεπονθός.) *Sic dicere malui q̃ quod inscitè & indisertè cæteri repassionem. Quis enim unquam hoc uerbum aut legit, aut audit æquo animo, nisi indocti? aut in latinam linguam inuexit, nisi eius hostis & inimicus? Aulus Gellius de hac lege talionis inducit disputantes Phauorinum, & Sex. Cæsellium 20. libro, cap. 1. Ea autem orta est disputatio ex legibus 12. tabularum, ibi retaliari dicit, quod hic appellat Aristoteles* ἀντιπάσχειν.


Non sit referiendus, οὐ δεῖ ἀντιπληγῆναι.) *id est,* ἀντιτυφθῆναι. *Terentius hoc uerbo usus est in Adelphis.* H

Quin etiam, ἀλλά.) *Ego cum apud Ciceronem illud, Quin etiam, usitatum ac tritum legerem, nihil potius habui q̃ ut quod apud Græcos huic nostro uerbũ par esset, intelligerem. Tandem igitur cõiungens græca cum latinis locum Platonis inueni in quo* ἀλλὰ καὶ *Cic. Quin etiam transtulisset. Et aliquot id quidẽ iam locis*

A *anteà usurpaueram in græcis conuertendis, sed timide, quippe qui nullius in hoc sequerer auctoritatem. Deinceps igitur ero audacior. Atq; quo libẽtius omnes meũ sequantur institutũ, locos duos coniungam, alterũ Platonis, Ciceronis alterũ* μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτὸ, οὔποτε λήγει κινούμενον. ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται, τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. *Hic locus est apud Platonem in Phædro, à Cicerone autem conuersus in 1.lib. Tusc.quæst. Solum igitur quod seipsum mouet, quia nunquam deseritur à se, nunquam ne moueri quidem desinit. Quin etiam cæteris quæ mouentur, hic fons, hoc principium est mouendi. Idem ualet* ἀλλὰ *solum, nisi quod alij uertunt quin, tatummodo. ueluti Quintilianus uertens in 6.lib. locum illũ Demosth.* οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπέπρακτο, σὺ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο. B *Non enim si quid unquam cõtra leges factum, idq; tu es imitatus, idcirco te conuenit pœna liberari, quin è contrario damnari multo magis.*

A media linea ducta coniunctio, ἡ κατὰ διάμετρον σύζευξις.) *Macrobius* διάμετρον *dicit etiam latinè diametron, & in nominatiuo diametros, facitq; eiusdem esse generis cuius est apud Græcos .i. fœminini. Quid autem sit* διάμετρος, *ita explicat in priore libro quem scripsit in somnium Scipionis, In omni orbe uel sphæra, inquit, medietas centrum uocatur: nihilq; aliud est centrum, nisi punctum quo sphæræ aut orbis medium certißima obseruatione distinguitur. Item ducta linea de quocunque loco circuli qui designat ambitũ, in quacunq; eiusdẽ circuli summitate orbis partẽ aliquam diuidat necesse est.* C *Sed nõ omni modo medietas est orbis quam separat ista diuisio. Illa enim tantum linea in partes æquales orbem mediũ diuidit, quæ à summo in summũ ita deducitur, ut necesse eam sit trãsire per centrũ, & hæc linea quæ orbem sic æqualiter diuidit, diametros nuncupatur. Ex his uerbis tantum intelligitur, quid sit diametros. Fœminini autem esse generis ille locus indicat, qui in eodem libro est paulo infrà. Constat autem, inquit, geometricæ rationis examine, cum de duobus orbibus altera diametros duplo alteram uincit, illum orbem cuius diametros dupla est, orbe altero octies eße maiorem. Ego autem hic* κατὰ διάμετρον *non dixi per diametron, sed à media linea, secutus Ciceronem, cuius plus apud me unius ualet auctoritas, quàm mille Macrobiorũ. Sic enim uertit ille locum Platonis ex Timæo in lib. de Vniuersitate,* D *Atq; ita cum alterũ esset exteriorem amplexus orbem, illum eiusdem naturæ, hunc alterius notauit, eámq; quæ erat eiusdem detorsit à latere in dextram partem: hanc autem citimã, à media linea direxit ad leuam. Platonis hic est locus quẽ transtulit,* τὴν μὲν οὖν ἔξω φορὰν ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταὐτοῦ φύσεως, τὴν δ' ἐντὸς τῆς θατέρου. τὴν μὲν δὴ ταὐτοῦ κατὰ πλευρὰν ἐπιδεξιὰ περιήγαγε, τὴν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον ἐπ' ἀριστερά. *Vt autem hic Aristotelis locus intelligeretur, quadratum hoc loco*

describendum censui. lineæ eæ quæ ductæ sunt à summo ad imum per centrum, dicuntur διάμετροι.



E

Atqui accipere q̃ facere præstat iniuriam, τοῦ δὲ ἀδικήματος τὸ μὲν ἔλαττον, τὸ ἀδικεῖσθαι ἐστὶ, τὸ δὲ μεῖζον, τὸ ἀδικεῖν.) Sic uertere uerbum è uerbo licuit. Leuius autem malum & scelus est affici iniuria, maius facere iniuriam. Sed Ciceronem sequi malui, qui in 5. Tusc. quæst. uerba hæc Aristotelis disertè interpretatus est iis, quæ hic à me posita sunt. Nam cum accipere, inquit, quàm facere, præstat iniuriam, tum morti iam ipsi aduentanti, paulum procedere obuiam, quod fecit Catulus, &c. Ergo τὸ ἀδικεῖν dicit facere iniuriam. Aliàs idem dicit inferre iniuriã. Lib. 1. de officijs, Sed iniustitiæ genera duo sunt, unum eorum qui inferunt, alterum eorum qui ab his quibus infertur, si poßint, non propulsant iniuriam. ἀδικεῖσθαι accipere iniuriã appellat, pati iniuriam nõ legi apud eum, nisi semel, idq; in Lælio. F

CAP. VI.

SATIS magna multitudo hominum qui liberi sint, πρὸς αὐτάρκειαν ἐλευθέρων.) Nam dicere, sufficientiam, & aut sufficientes liberos absurdum sit & alienum à consuetudine latinæ orationis. G

Aut eorum qui æquo & pari inter se iure uiuant, ἢ ἴσων.) Vocabulum græcum duarum syllabarum multis uerbis dixi, ut res intelligatur. Nam si ἴσους pares uel æquos uertissem, rectè id quidem fecissem, sed res fuißet obscurior. Ciceronem etiam secutus sum, qui hoc ita expreßit in 1. de offic. Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure uiuere.

Quocirca inter quos hoc non est, inter eos ius ciuile non est ius, sed quoddam par ac simile. Inter eos enim iuris communio est, quibus inter eos etiam communio legis est. Inter quos porro est communio legis, inter eosdem societas iniuriæ est, iudicium enim, iuris & iniuriæ dijudicatio est. Inter quos autem iniuria est, inter eos iniuriæ faciendæ communio est. Quibus autem inter eos iniuriæ faciendæ communis ratio est, non est etiam inter eos omnes communio iniuriæ, ὥστε ὅσοις μὴ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι τούτοις πρὸς ἀλλήλους τὸ πολιτικὸν δίκαιον, ἀλλά τι δίκαιον καὶ καθ' ὁμοιότητα. ἔστι γὰρ δίκαιον, οἷς καὶ νόμος πρὸς αὐτούς. νόμος δ' ἐν οἷς ἀδικία. ἡ γὰρ δίκη, κρίσις τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου. ἐν οἷς δ' ἀ- H

A δικία, καὶ τὸ ἀδικεῖν ἐν τούτοις, ἐν οἷς δὲ τὸ ἀδικεῖν, οὐ πᾶσιν ἀδικία. Hunc lo-
cum Cicero in 1. de legibus magna ex parte conuertit. uerba eius sunt hæc, Est ig-
tur, quoniam nihil est ratione melius, eaq; & in homine & in Deo, prima homini
cum Deo rationis societas. Inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ra-
tio, & communis est. Quæ cum sit lex, lege quoque conciliati homines cum Dijs
putandi sumus. Inter quos porro est communio legis, inter eos cõmunio iuris est.
Quibus autem hæc sunt inter eos cõmunia, & ciuitatis eiusdem habendi sunt. Ex
quo Ciceronis loco intelligi potest, ἐν in tali genere dicẽdi efficere, inter ἐν οἷς, In-
ter quos. ἐν τούτοις, inter eos. Hoc etiam cernere licet, Ciceronem ornandæ ua-
riandæq; orationis causa, quod Aristoteles uno modo simpliciterq; dixit, ἔστι δί-
καιον, καὶ νόμος, communio iuris, & communio legis transtulisse, & ratio est, &
B recta ratio. Itemq; communia sunt hæc, & conciliati sunt lege. Hoc etiã, οἷς πρὸς
αὐτούς, quibus inter eos. Locus autem hic gradatione tractatur. Quod si quis hæc
conferre uolet cum ijs quæ ab alijs conuersa sunt, ij q̃ indisertè hunc locum inter-
pretati sint, intelliget.

CAP. VII.

CIVILE autem ius aliud naturale est, aliud legitimũ, τοῦ δὲ πολιτικοῦ δι-
καίου τὸ μὲν φυσικόν ἐστι, τὸ δὲ νομικόν.) Supra docui τὸ δίκαιον his locis
alijsq; eiusdem generis inscitè ab alijs dici iustum. Itaq; hoc loco dicunt πολιτικὸν
δίκαιον iustum ciuile. νομικὸν δίκαιον Cicero uerbum è uerbo appellat ius le-
gitimum in 1. de officijs, Ex quo fit, inquit, ut neq; disceptatione uinci se, nec ullo
C publico, aut legitimo iure patiantur.
Nec quia quòd sic uideatur, aut secus, καὶ οὐ τῷ δοκεῖν ἢ μή.) Definit ius na-
turale. Cicero in 1. de legibus docet omne ius à natura esse constitutum, non opi-
nione hominum. Longa est sanè & suauis illa disputatio, quæ à Platone in secundo
de Rep. etiam tractata est. Aristoteles alia est in sententia, qui ius legitimum defi-
nit hominum instituto.
Differt autẽ ab eo quod iniustum est iniuria, & rectè facta ab eo quod iustum
est, διαφέρει δὲ τὸ ἀδίκημα, καὶ τὸ ἄδικον, καὶ τὸ δικαίωμα, καὶ τὸ δίκαιον.) Aliter
uerbo τὸ δίκαιον hoc loco atque superiore, explicandæ huius differentiæ gratia
τὸ δίκαιον & τὸ δικαίωμα cognata sunt inter se, itemq; ἄδικον & ἀδίκημα,
Iustum est & æquum reddere depositum, & iniustum non reddere, & in eo apud
D quem depositum est, situm est ut reddat, aut non reddat. si reddat, erit δικαίωμα
.i. iuste factum & recte. i. officium fecerit. si non reddat, erit ἀδίκημα. i. iniuste fa-
ctum. i. iniuriam fecerit. Hoc mihi uidetur Terẽtius exprimere, cum ait sæpe, haud
æquum facis, & æquum facis. Verbis enim his respondent ea græca quibus hoc
libro Aristoteles utitur, δικαιοπραγεῖν, id est, æquum facere, & ἀδικεῖν iniu-
riam facere, & haud æquum facere. facit enim hæc duo uerba inter se contraria

principio capitis proximi, ὄντων δὲ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων τῶν εἰρημένων, ἀ- E
δικεῖ μὲν ἢ δικαιοπραγεῖ, ὅταν ἑκών τις αὐτὰ πράττῃ· ὅταν δ' ἄκων, οὔ-
τ' ἀδικεῖ οὔτε δικαιοπραγεῖ. περὶ τοῦ ἀδικεῖν & ἀδικεῖσθαι, supra diximus.
De hoc autem uerbo δικαιοπραγεῖν, & δικαιοῦσθαι, quoniam Aristot. hoc libro
multa dicit, hoc tantum dicam δικαιοπραγεῖν iuste & recte facere dicere Cice-
ronem & δικαιοπραγήματα iuste & recte facta. Non est opus locis proferen
dis hoc facere longius. δικαιοπραγεῖν etiam dicit, esse in officio, & Terentius fa
cere officium. Vterq; fungi officio. Sic enim debet exponi proximo capite, ἀδύνα-
τον δ' ἀδικεῖσθαι μὴ ἀδικοῦντος, ἢ δικαιοῦσθαι μὴ δικαιοπραγοῦντος. Nā
δικαιοπραγεῖν & ἀδικεῖν contraria sunt. Cum igitur ἀδικεῖν sit alterum uiola
re, iniuriam facere & inferre alteri: δικαιοπραγεῖν erit præstare alicui officia,
esse in officio erga alterum. Quod in hac re etiam dicitur seruare æquitatem & F
iustitiam, & tueri ius, δικαιοῦσθαι autem & ἀδικεῖσθαι etiam contraria sunt,
& inter se & superiorum. Cum igitur ἀδικεῖσθαι sit uiolari, accipere & pati in-
iuriam. δικαιοῦσθαι erit pati & ferre quod ius est & æquum. Nam δικαίωμα
hoc ipso capite, ab Aristotele definitur, emendatio iniuriæ, ut si cui mulcta dicatur
iusta de causa, is dicatur δικαιοῦσθαι, & ij qui mulctam dixerint, δικαιοπραγεῖν.
Itemq; in cæteris quæ ad ius pertinent.

CAP. VIII.

EORVM autem quæ uoluntaria sunt, partim consulto, partim inconsulto
facimus, τῶν δὲ ἑκουσίων, τὰ μὲν προελόμενοι πράττομεν, τὰ δ' οὐ προε-
λόμενοι.) τὰ μὲν, τὰ δὲ, partim Ciceronem inuenio in diuisione dixisse.
Vnum atque alterum locum tantummodo proferam. In 2. de officijs, Sed quoniā G
de eo genere beneficiorū dictum est, quæ ad singulos spectant, deinceps de ijs quæ
ad uniuersos quæq; ad Rempub. pertinent disputandum est. Eorum autem ipso-
rum partim eiusmodi sunt ut ad uniuersos ciues pertineant partim ut singulos at-
tingant, quæ sunt etiam gratiora. In principio eiusdem libri, Quæ ergo ad uitam ho
minum tuendam pertinēt partim sunt inanima, ut aurum & argentum, & ea quæ
gignuntur è terra, ut alia eiusdem generis: partim animata, quæ habent suos impe
tus & rerum appetitus. Nam illud τὰ μὲν, τὰ δὲ sæpe ualere & efficere apud
nos alia, quædam & alia eiusdem generis, clarius est, quàm ut probatione egeat.
Quoniam autem hoc capite Aristot. de ijs disserit, quæ consulto, inconsulto, & de H
industria facimus, & alijs eiusdem generis, hic locus uidetur proprius de his dicē-
di generibus disputandi. Quod ita faciemus, si hoc ponamus quod ille, nullum faci-
nus malum esse nisi uoluntarium sit. Ex hoc quasi fonte manabit omnis hæc nostra
oratio. Qui uoluntate ac sponte sua facit quippiam, is necesse est faciat prudens
& sciens, hoc Aristot. dicit γιγνώσκων ἢ εἰδώς. Qui autem sciens faciat, fieri
potest, ut ira incitatus aut alia animi perturbatione quæ naturalis sit aut necessa-

A rio accidit hominibus faciat. hoc διὰ θυμὸν, ἢ θυμῷ ποιεῖν dicitur, tum quod fit dicitur græcè ἀδίκημα, id est, iniuria. Cum autē non inconsulte, non tamē de industria fit quod malum est, uocatur græcè ἁμάρτημα, latinè peccatum. Cum autē non solum prudens & sciens nocet cuipiam, sed de industria etiam & cogitato & consulto fit iniuria, tum quisq; iniustus & improbus nominatur. Hæc sunt ferè Aristotelis in hoc ipso capite posita. De superioribus allo loco diximus. Nunc tantum de postremo genere dicamus, ἐκ προαιρέσεως βλάπτειν, alio loco docui inscitè exponi ab alijs ex electione nocere, idq; Ciceronem dicere de industria. Nec solum hoc ponit uerbum interdum, sed coniungit cum eo illud nocendi causa, ut in primo de officijs, Atq; illæ quidem iniuriæ, quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpe à metu proficiscuntur. Cui uerbo cùm par apud Græcos quærerem,
B illa duo occurrerunt, quibus hoc cap. Aristot. utitur, διὰ μοχθηρίαν ἀδικεῖν & ἐκ κακίας βλάπτειν. Quod mei gentiles Galli facilè intelligent, quoniā cōmuni lingua id dicimus, par mal, nocendi causa. Idē efficit quod Græci participijs exprimūt, quódq; huic sermoni nostro dedit initiū, προελόμενοι τινὲς πράττουσι, & προβουλεύσαντες & βεβουλευμένοι. Nos aduerbijs hæc exprimimus, consulto. Idem etiam efficit ἐκ προνοίας. Quod ut intelligi possit, proferam locum ex oratione Demosthenis cōtra Midiam, qui huic Aristotelis par est ac similis. ἔπειθ' οἱ φονικοὶ, τοὺς μὲν ἐκ προνοίας ἀποκτιννύντας, θανάτῳ καὶ ἀειφυγίᾳ καὶ δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων ζημιοῦσι. τοὺς δ' ἀκουσίως, αἰδέσεως καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν. οὐ μόνον δ' ἐπὶ τούτων τοῖς ἐκ προαιρέσεως ὑβρι-
C σταῖς χαλεποὺς ὄντας ἰδεῖν ἔστι τοὺς νόμους, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἁπάντων. Cernere licet, quod prius dixerat ἐκ προνοίας, eum paulo post ἐκ προαιρέσεως dicere. Hunc autem locum uertam ut potero, ne studia retardentur eorum qui non tantum progressum fecerint in græcis, ut per se hæc intelligant. Deinde leges sunt de cædibus latæ, quæ eos qui consulto alterum interemissent, morte, perpetuo exilio, omnium denique bonorum publicatione condemnant: eos qui inconsultè, uenia & magna humanitate dignos iudicant. Nec in his solum rebus, sed in omnibus cernere leges licet ijs acerbas esse, qui de industria alios uiolant. Aduerbia illa idem ualent, ἑκουσίως & ἀκουσίως. Nam & ἀκουσίως in loco superiore Demosthenis uerti inconsulte, quoniam cōtrarium eius posuerat, ἐκ προνοίας, & idē aduerbiū si ita exprimamus inuoluntarie, & alterū, uoluntarie, nō ferat latina oratio. Illud
D autem ἑκουσίως Cicero exponens dicit uoluntate, & interdum sponte, aliàs utrunque coniungit. quod idem de nomine ἑκὼν iudicandum est. Scribit eim in 2. Tusc. quæst. his fere uerbis, Calanus Indus indoctus ac barbarus in radicibus Caucasi natus sua uoluntate uiuus combustus est. i. ἑκὼν siue ἑκουσίως. ἑκὼν autem Græci dicunt pro illis ἐκ προνοίας, & ἐκ προαιρέσεως. Quod & ex eo capite quod exponimus intelligi potest, & ex loco Demosthenis qui est apud eum in oratione

contra Midiam, πρῶτον μὲν τοίνυν οἱ τῆς βλάβης οὗτοι νόμοι πάντες, E
ἵν' ἐκ τούτων ἄρξωμαι, ἂν μὲν ἑκὼν βλάψῃ, διπλοῦν, ἂν δ' ἄκων, ἁπλοῦν
τὸ βλάβος, κελεύουσιν ἐκτίνειν. Paulo post sequitur is locus quem paulo antè
protuli, in quo pro illo ἑκὼν dixit ἐκ προνοίας, & ἐκ προαιρέσεως, & pro il
lo ἄκων, ἀκουσίως. Hunc locum ita cõuerti. Ac primum quidem leges omnes quæ
de iniuria constitutæ sunt, ut ab ijs potissimum exordiar, si cui quis noceat de indu
stria, dupli: sin inconsulto, simpli eum damnari uolunt. Ibidem paulo ante pro illo
ἐκ προαιρέσεως dicit βεβουλευμένος, quod nos supra docui dicere solitos, con=
sulto. Verba eius hæc sunt, quæ longius repetenda censui, εἰ γὰρ τοῦθ' οὕτως
ἐγνωσμένα ὑπάρχῃ παρ' ὑμῖν, οὐκ ἔστιν αὐτῷ λόγος οὐδὲ εἷς. ποία γὰρ
πρόφασις; τίς ἀνθρωπίνη καὶ μετρία σκῆψις φανεῖται τῶν πεπραγμένων αὐ
τῷ; ὀργὴ νὴ Δία. τοῦτο γὰρ ἴσως τυχὸν λέξει. ἀλλ' ἃ μὲν ἄν τις ἄφνω τὸν λογι= F
σμὸν φθάσας ἐξαχθῇ τι πρᾶξαι, κἂν ὑβριστικῶς τοῦτο ποιήσῃ, δι' ὀργὴν γ'
ἔνι φῆσαι πεποιηκέναι. ἃ δ' ἂν ἐκ πολλοῦ συνεχῶς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας πα
ρὰ τοὺς νόμους πράττων τις φωρᾶται, οὐ μόνον δήπου, τοῦ μὴ μετ' ὀργῆς ἀ=
πέχει, ἀλλὰ καὶ βεβουλευμένος ὁ τοιοῦτος ὑβρίζων ἐστὶν ἤδη φανερός. i. Nam si
ita apud uos statutum sit, nulla ei reliqua est defensio. Quæ enim tandẽ excusatio?
quæ humana aut honesta eorũ quæ gessit defensio uideri potest? Ira scilicet. Etenim
hoc forte dicet. At quæ quisq; repẽte rationẽ præcurrẽs sibi agere induxerit, etiã
si per cõtumeliam faciat, ira tamẽ incitatũ se fecisse possit dicere. At uero cũ ex lon
go tempore semper, multis diebus, cõtra leges in his facinoribus deprehẽsus sit, is
nõ solũ non cũ ira, sed consulto etiã per contumeliã fecisse putãdus est. Illud φθά G
σαι τὸν λογισμὸν dixi præcurrere rationẽ: Ciceronẽ secutus, qui in. 1. de offic. Effi
ciẽdum est autẽ, inquit, ut appetitus rationi obediãt, eãq; neq; præcurrant propter
temeritatẽ, neq; propter pigritiã aut ignauiã deserant eã. μετ' ὀργῆς ποιεῖν, uer
bum è uerbo exprimens dicit Cice. cum ira facere, eodẽ lib. Sed tamẽ ira procul
absit, cum qua nihil rectè fieri, nihil cõsideratè potest. Sed ne lõgiores in his simus,
hoc unũ addam, Aristo. hoc cap. quod interpretamur, hæc genera omnia pro eodẽ
dicere, ἐκ προαιρέσεως βλάπτειν, ἐκ προνοίας, ἑκών, προβουλευσάμενος. & in 7.
huius operis, διώκειν τῷ προαιρεῖσθαι, κατὰ προαίρεσιν, & προαιρούμενον. Nunc
hæc cũ contrarijs cõferamus. ἑκὼν & ἄκων, quorũ posterius certis quibusdã locis
inuitus dicitur. ἀγνοῶν, δι' ἄγνοιαν, cõtraria sunt his, εἰδὼς γιγνώσκων. Neque H
enim unq̃ legi νοῶν cui nostrũ prudẽs responderet, quoniã alio loco docui illud ἀ=
γνοῶν par esse nostro illi imprudẽs. διὰ λογισμὸν & παραλόγως pugnãt inter
se. quorũ prius etiã cõsulto dicitur, & posterius incõsulto, uel incõsideratè, & illud
cõsideratè, quanq̃ uerbũ è uerbo ἀπερισκέπτως incõsideratè ualeat. Quoniã au
tẽ λογίζεσθαι significat cogitare, illud διὰ λογισμὸν puto id esse quod Cice. 1. de
offic. dicit cogitato, Sed in omni iniustitia permultũ interest, utrũ perturbatione ali
qua animi quæ plerunq; breuis est & ad tẽpus, an cõsulto & cogitato fiat iniuria.
Sed hoc proportione superiorũ dici potest λογισάμενος, ἐκ προαιρέσεως, προ

A αἱρούμενος, προαιρούμενος, καὶ τῷ προαίρεσιν illi παρὰ προαίρεσιν repugnāt. Cicero quidē superiora omnia tantūmodo uertit, de industria, & semel dedita opera, idq; in 1. de Orat. lib. si uim uerbi spectemus. Nā mihi quidē dubiū nō est quin cōsulto pro his & cogitato dicere poßimus. Idē .n. ualēt. Sed hoc quærimus, quæ quibus Græcis latina uerba proprie respondeāt. Cæteri autē & ex cōposito dicūt & ex industria. Quemadmodū autem dicat παρὰ προαίρεσιν, hoc cōfirmabo me omnino nō legisse ad uerbū expressum, nisi forte illud, cōtra animi iudicium, quod quoniā in hac re minus propriū est & usitatū, illud uerbum magis arbitror ab eo esse cōuersum, incōsultè, incōsultò, incōsideratè, temerè, & imprudenter. quod idē de his iudicandum est, παρὰ τὴν διάνοιαν, παρὰ τὸν λόγον, quod uno uerbo supra dixi, παραλόγως & παρὰ τὴν βούλησιν. Quæ ego omnia alijs locis aliter exponi

B posse scio. Nā illud παρὰ βούλησιν dicit Cic. cōtra uolūtatem. quomodo etiā proximo cap. exposui. Sed hoc loco quærimus, ut iā dixi, quemadmodū hæc uerba exponēda sint in his dicēdi generibus, quibus Aristo. utitur in hoc lib. 5. & in 7. Verba eius malo ponere, ne quis me putet nimiū in his operæ cōsumere, quæ aperta uideātur. In 7. quidē cap. 4. scribit his fere uerbis, τὸ δὲ περὶ τὰς σωματικὰς ἀκολάσεις, περὶ ἃς λέγομεν τὸν σώφρονα καὶ ἀκόλαστον, ὁ μὴ τῷ προαιρεῖσθαι τῶν ἡδέων διώκων τὰς ὑπερβολάς, ἢ τῶν λυπηρῶν φεύγων πείνης καὶ δίψης, καὶ ἀλέας, καὶ ψύχους, καὶ πάντων τῶν περὶ ἁφὴν καὶ γεῦσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν προαίρεσιν καὶ τὴν διάνοιαν ἀκρατὴς λέγεται. Quo in loco perspicere licet Aristot. hæc cōtraria posuisse, διώκειν τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἡδέων τῷ προαιρεῖσθαι,

C καὶ διώκειν παρὰ τὴν προαίρεσιν καὶ τὴν διάνοιαν. Quæ si quis interpretetur, persequi aliquē nimias & profusas uoluptates, nō quia eligit, aut uult uel statuit, sed cōtra animi iudiciū sententiā ac uolūtatem, is ad rē & sententiā aperiendā rectè & cōmode, ad orationē latinā parū disertè facere uideatur. Itaq; ad superiorē interpretationē cōfugiendū cēseo. Nā τῷ προαιρεῖσθαι διώκειν τὰς ἡδονὰς idem ualere puto quod ἐκ προαιρέσεως, cū præsertim eius cōtrarium παρὰ προαίρεσιν secundo loco ponatur.

CAP. IX.

SIQVIDEM uir bonus se gerere solet summißius, ὁ δ᾽ ἐπιεικὴς ἐλαττωτικός ἐστι.) ἐλαττοῦσθαι & πλεονεκτεῖν cōtraria sunt, pro quibus hoc lib. 5. sæpe Aristot. dicit πλέον ἔχειν, & ἔλαττον ἔχειν. Hæc duo in iustitia quæ suū cuiq;

D tribuit, obseruantur. Itaq; sunt laudis plerūq;, ut si qui de Rep. melius meriti sunt, maiorē etiā laudē & gloriā consequātur. Sæpius sunt in uitio. Tum illud πλεονεκτεῖν maiores opes habere dicitur, tum nimio quodam studio rerum augendarum & amplificandarum teneri. & illud ἐλαττοῦσθαι premi aliàs, aliàs deteriore esse conditione. Nam mihi quidem Cicero horum duorum uerborum uim declarare uidetur in secundo de officijs, Nam cum premeretur inops multitudo ab ijs qui maiores opes habebant, ad unū aliquem confugiebāt uirtute præstantem. Illud aūt πλεονεκτεῖν pro eo quod est augendarū opū nimio studio teneri apud Demosth. usitatißimum est. ut autem & hoc intelligi poßit, & duo hæc uerba esse

contraria, locum unum proferam ex oratione de libertate Rhodiorum, οὐ γὰρ ὁμοίως οὐδεὶς ὑπέρ τε τοῦ πλεονεκτεῖν πολεμήσειεν ἄν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ μὲν ὧν ἐλαττοῦνται, μέχρι τοῦ δυνατοῦ πάντες πολεμοῦσιν, ὑπὲρ δὲ τοῦ πλεονεκτεῖν, οὐχ οὕτως. ἀλλ' ἐφίενται μὲν ἐὰν τις ἐᾷ, ἐὰν δὲ κωλυθῶσιν, οὐδὲν ἠδικηκέναι τοὺς ἀντιωθέντας ἡγοῦνται. Hunc locum uertam ut potero, Non enim eodem animo quisquam de propagandis finibus bellũ gerit, & de suis tuendis, sed omnes cũ de minuendo imperio agitur, omnibus uiribus contendunt, cũ de augendo non ita, sed si quis patiatur, id cupiunt, sin prohibeantur, nihil eos qui obsistunt, iniustè facere iudicant. Qui etiam locus ad opes & augendas & minuendas transferri potest. Illud ἐλαττοῦσθαι etiam delabi dici puto posse, ut ita interpreter locum illum Ciceronis ex 2. de offic. Habenda est autem ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere flagitiosum est. ἐλαττοῦσθαι etiam iniqua esse conditione, & deteriore dicitur. Tritus est locus ille Demosthenis, περὶ στεφάνου, πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου. i. Cum multis ego de causis in hoc certamine deteriore sum cõditione, quàm Aeschines, aut iniquiore conditione causam dico quàm Aeschines. ut ita illud Ciceronis exponam pro A. Cluentio, Quæ cũ ita essent, in Fausto tamẽ illi iudices statuerunt, iniqua conditione reũ causam dicere, cum aduersario ad ius dicendũ summa uis potestatis accederet. Nam Demosthenes illic etiam affert suas difficultates. Quanquam hunc mihi locum occulte uidetur Cicero expreßisse in exordio orationis pro Plantio, Equidem ad reliquos labores quos in hac causa maiores suscipio quàm in cæteris, etiam hanc molestiam assumo, quod mihi non solum pro Cn. Plantio dicendum est, cuius ego salutem non secus ac meam tueri debeo, sed etiam pro me ipso. Quocirca cum totam orationem conuerterem, sic potius hunc locum transferendum putaui, Equidem ad reliquos labores quos in hac causa maiores suscipio quàm Aeschines, etiam has duas molestias assumo: primã, q, &c. Sed ad propositum reuertamur. A uerbo πλεονεκτεῖν πλεονεξία dicitur, quam Cicero uocat, amplificationem rei familiaris in primo de officijs. Sic enim illud expono, Nec uero rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda est. Sic de re priuata & cum est laudis. Cum autem in uitio est & ad Remp. pertinet, Cicero uocat nimiarum opum potentiam, in tertio de officijs, hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ. Sed redeundum est aliquãdo ad huius loci interpretationem. ἐλαττωτικὸς ergo is erit, qui opum augendarum studio nullo tenetur, ut etiam premi se patiatur. Quod locus Aristotelis quem explicamus facile indicat. Quo quidem loco haud scio an rectè poßit exponi, qui de suo iure decedit. Quod ut putarem, me admonuit & locus Aristotelis qui positus est in proximo capite, & Ciceronis ex secundo de officijs. Definit enim uirum bonũ his uerbis, ὁ γὰρ τῶν τοιούτων προαιρετικὸς, καὶ πρακτικὸς, καὶ μὴ ὁ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικὸς

A καίπερ ἔχων τὸν νόμον βοηθὸν, ἐπιεικής ἐστι. Quo ille loco τὸ ἀκριβοδίκαιον, & τὸν ἐλαττωτικὸν ponit cõtraria. Ἀκριβοδίκαιον autem Ciceronem puto appellare iudicem duriorem in secundo de finibus, Vt A. Varus qui est est habitus iudex durior, dicere consessori solebat, cum datis testibus alij tamen citarentur, Aut hoc testium satis est, aut nescio quid satis est: sic à me satis testium est dictum. Ἐλαττωτικὸς igitur cum sit contrarium eius, is dicetur, qui æquus est, facilis, & lenis, quiq; multa multis de suo iure cedit. ut ita interpreter illud Ciceronis ex secundo de officijs, Conuenit autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo nõ acerbum, in omniq; re contrahenda, uendendo, emendo, conducendo, locando, uicinitatibus & cõfinijs æquum & facilem, multa multis de suo iure cõcedentẽ. Itaq; ἐλαττοῦσθαι in hoc genere de suo iure cedere & decedere dicetur. Ἐλαττοῦν autem &
B ἐλαττοῦσθαι perspicuum est significare imminuere & imminui. Itaq; Cicero in libro de Vniuersitate ἐλαττούμενον uertit imminutum.

CAP. X.

MORTEM sibi ipsi consciscere, ἑαυτὸν ἀποκτείνειν.) Vsitatissimum est hoc genus apud Ciceronem. Paulo post dicit σφάττειν ἑαυτὸν δι' ὀργήν. & ἑαυτὸν φθείρειν.

Malè de se mereri, ἀδικεῖσθαι ἑαυτόν. De hoc uerbo satis multa supra diximus. Sed quoniam hæc transferendi ratio ibi tractata non est, ne quid prætermitteretur, hic tractandam putaui. Cicero ita exponit in quinto de finibus, Quare quotiescunque dicetur male de se quis mereri, sibique esse inimicus atque hostis, uitam denique fugere, intelligatur aliquam subesse eiusmodi causam, ut ex eo ipso intelligi
C possit sibi quenq; esse charum.

Quoniam simul eidem & adimeretur idem & adderetur, quod fieri non potest, ἅμα γὰρ τῷ αὐτῷ ἂν εἴη ἀφῃρῆσθαι καὶ προσκεῖσθαι αὐτό. τοῦτο δὲ ἀδύνατον.) Hunc locum in quinto de finibus imitatus est Cicero, Nam cum appetitus ille animi aliquid ad se attrahere cœpit consulto quod sibi obsit, quia sit sibi inimicus, cum id sua causa faciat, & oderit & simul diliget, quod fieri non potest.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEXTVM. CAP. I. E



ENERE *modum*, τὸ μέσον αἱρεῖσθαι.) *Seruare etiā modum & mediocritatem, & sequi dici potest. de quo genere alio loco diximus.*

Modus est optimus quem recta præscribit ratio, τὸ δὲ μέσον ἐστὶν ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς λέγει.) *Si dixissem, Is est modus uel mediocritas, ut ratio recta præcipit, hoc latina respuisset oratio. Illud autem* ὡς *in hoc genere non solum cum indicatiuo, sed etiam cum subiūctiuo iungitur.* F
Sic enim loquitur lib. 4. huius operis cap. 5. ὡς ἂν ὁ λόγος τάξῃ. *Interdū illud* ἂν *additur, cum interim indicatiuus adhibetur. In tertio cap. 7.* ὁμοίως δὲ καὶ θαῤῥῶν ἀνδρεῖος, κατ᾽ ἀξίαν, & ὅτι, καὶ ὡς ἂν ὁ λόγος πάσχει, & πράττει ὁ ἀνδρεῖος. *Eodem cap. dicit,* ὡς ὁ λόγος ὑπομένει. *Illud quidem* ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς λέγει, *non dico, ut ratio recta dicit, nec dictat, quoniam in hoc genere uerba illa barbara cēseo. Præcipere hoc Cicero dicit, & præscribere rationem. In 4. Tusc. quæst. An ratio parum præcipit, nec bonum illud esse quod aut cupias ardēter, aut adeptus te efferas insolentius?*

Quod qui solum teneat, τοῦτο δὲ μόνον ἔχων ἄν τις.) ἔχειν *hoc loco illud tenere ualet: quo sæpe utitur Cicero, pro scire. Pleni sunt eius libri huiusmodi exem-* G
plorum. Itaq; eo uno loco contēti erimus qui est apud eum in primo libro de Oratore. Nihil est enim quod ad artem redigi possit, nisi ille prius qui illa teneat, quorum artem instituere uult, habeat illam scientiam, ut ex iis rebus quarum ars nōdum sit, artem efficere possit.

De cæteris autem dicemus, si prius de uirtutibus animi dixerimus, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν, περὶ ψυχῶν πρῶτον εἰπόντες λέγομεν οὕτως.) *Sic Cicero in 2. de offic. Sed quoniam nōnunquam hoc subsidium necessarium est, quemadmodum sit eo utendū dicemus, si prius his de rebus quæ uirtuti propiores sunt dixerimus.*

CAP. II.

EST *enim officij, recteq; factorum omnium fructus ac finis ipsum officium*, ἡ δὲ εὐπραξία τέλος.) *Breuem hanc & concisam sententiam Cicero in 2. de fini-*
bus ita explicauit. Id enim uolumus, id contendimus, ut officij fructus sit ipsum offi- H
cium. Alio loco docui Ciceronem appellare πρᾶξιν *& actionem & officium.* εὐπραξίαν *uocat rectum factum, & recte factum, si Peripateticorum uerbis utatur: sin autem Stoicorum,* τὸ κατόρθωμα. *quemadmodum* καθῆκον *appellat officiū, uertens eorundem Stoicorum uocabula. uocat etiam* εὐπραξίας *bene facta in 2.*

A Tusc. quæst. extremo, Omnia enim benefacta in luce se collocari uolunt. τὰ καλὰ etiam præclare facta interdum dicit.

Quocirca utriq; parti rationis cogitationisque participi, quasi materia quam tractet, & in qua uersetur, subiecta est ueritas, ἀμφοτέρων δὴ τῶν νοητικῶν μορίων, ἀλήθεια τὸ ἔργον. Hunc locum ita uerti, secutus Ciceronem qui eodem modo eundem tractauit in 1. de offic. Quocirca huic quasi materia, quam tractet & in qua uersetur, subiecta est ueritas. τὸ ἔργον igitur malui appellare quasi materiam, quàm opus & officium aut munus, propterea quód ueritas non est munus harum duarum partium, sed magis id in quo uersentur, ut color non est munus oculi, sed id quod oculo subiectum est. Quod si cui hoc minus probatur, appellet sanè
B τὸ ἔργον munus, ut Cicero eodem libro paulo antè. Quæ quatuor quãquam inter se colligata atq; implicita sunt, tamen ex singulis certa officiorum genera nascũtur. uelut ex ea parte quæ primo descripta est, in qua sapientiam & prudentiam ponimus, inest indagatio atque inuentio ueri, eiusq; uirtutis hoc munus est proprium.

CAP. III.

SI alte principium earum repetierimus, ἀρξάμενοι οὖν ἄνωθεν.) Ἄνωθεν Cic. dicit & alte in hoc genere, & longè: eiq; solet dare illud repeto, quod par est illi græco ἀναλαμβάνω, quo Aristoteles in primo huius operis cap. 4. utitur, λέγομεν δὲ ἀναλαβόντες, ἐπειδὴ πᾶσα γνῶσις καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινος ὀρέγεται, τί ἐστιν οὗ λέγομεν τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι. Interdum illi ἄνωθεν adiungunt aduerbiũ μικρόν, ut 12. cap. huius sexti lib. περὶ δὲ τοῦ μηδὲν εἶναι
C πρακτικωτέρους διὰ τὴν φρόνησιν, τῶν καλῶν καὶ δικαίων, μικρὸν ἄνωθεν ἀρκτέον, quod dixi paulo altius. Cicero primo de legibus, Alte uero, & ut oportet, à capite frater, repetis quæ quærimus. Paulo post, Dij immortales, quãtum longe iuris principia repetis. In 1. de officijs lib. dicit per comparatiuum, Altius repetere. Sed quæ naturæ principia sint communitatis & societatis humanæ, repetendum altius uidetur.

Intelligentia, νοῦς.) Sic Cicero semper, nunquam enim nomine intellectus utitur. Vt autem res intelligatur, proferam locum Platonis ex Timæo, quem Cicero in lib. de Vniuersitate transtulit. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐν σώματι συνιστὰς τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο, ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κατὰ φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος. Cicero ita hunc locum trãstu-
D lit: Quocirca intelligentiam in animo, animũ conclusit in corpore: sic ratus est opus illud effectum esse pulcherrimum. Et quoniam alio loco promisi me de ratione transferẽdi nomina græca quæ in τὸν, ut νοητὸν, ut αἰσθητὸν & si qua sunt similia, desinerent, hoc libro esse dicturum, puto hoc loco id commode posse fieri. Atque hoc facio libentius ꝙ philosophorũ consuetudo hodie terit pro his infinita barbara, ut sensibile, uisibile, tangibile & alia innumerabila, quæ tamen mihi magis probã-

bantur, quàm ea quæ alij dum hoc uolunt uitare uitium, inturpius lapsi finxerunt. E
Quo ex genere sunt, sensile, intellectile. Nam & Cicero & Latini alij etiam nominibus exeuntibus in bilis utuntur, etiam cum eadem uertunt quæ illi. Cicero enim ἀχώριστον dicit inseparabile, in prima Tusculana, & ἄπληστον insatiabile eodem libro, & multa alia ad hunc modum transferre solet. Cur igitur horum uerbis inusitatis illis quidē & barbaris utūtur potius quàm Ciceronianis? Quinetiam hæc trita iam & in usu Philosophorum posita usurpanda potius, quàm noua ista censeo. Sed ad propositum reuertamur. Exordiar primum à sensibus, αἰσθητὸν ergo quod alij sensibile, alij sensile dicunt, Cicero non uno uerbo dicit, sed semper pluribus. Nam αἰσθητὰ in libro de Vniuersitate conuertens locum Platonis ex Timæo, appellat quæ sensus mouent, & sensus mouentia quæ sunt. Omnia autem talia, inquit, sensum mouent: sensúsque mouentia quæ sunt, eadem in opinatione consident, quæ ortum habere gignique diximus. Plato, πάντα F
δὲ τοιαῦτα αἰσθητά. τὰ δὲ αἰσθητὰ δόξῃ περιληπτὰ μετὰ αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. In primo autem Academ. quæst. uocat τὰ αἰσθητὰ res eas quæ subiectæ sunt sensibus, & quæ sub sensum cadere possunt, quæ duo genera ita late patent, ut ad omnia nomina eiusdem generis possint accommodari. uerba Ciceronis posui, Sensus autem omnes hebetes & tardos esse arbitrabantur, nec percipere ullo modo res eas quæ subiectæ sensibus uiderentur, quæ essent aut ita paruæ, ut sub sensum cadere non possent: aut ita mobiles & concitatæ, ut nihil unquam unum esset constans eidem quidem, quoniam continenter laberentur & fluerent omnia. Quæ tamen dicit, sub sensum cadere non possunt addita negatione, sunt quæ Græci dicunt ἀναίσθητα, quæ uulgus Philosophorum insensibilia appellat. uocat etiam τὰ αἰσθητὰ Cicero quæ sensibus percipi possunt in 4. G
quæst. Academ. ὁρατὸν quod alij uisibile appellant, Cicero uno uerbo dicit spectabile & aspectabile, & ἀόρατον quod illi uno uerbo inuisibile, hic pluribus, quod oculorum effugit obtutum. Plato in Timæo, καὶ τὸ μὲν δὴ σῶμα ὁρατὸν οὐρανοῦ γέγονεν, αὐτὸ δὲ ἀόρατος μὲν, λογισμοῦ δὲ μετέχουσα καὶ ἁρμονίας ψυχή. Cicero sic, Et corpus quidem cæli spectabile effectum est, animus autem oculorum effugit obtutum. Eodem libro illud ὁρατὸν dicit spectabile, & pluribus uerbis, modo quod cadit sub aspectum, alias quod cerni potest, & ἀόρατον quod cerni non potest, & quod sensum effugit oculorum. Ego quanquam his commentarijs librum Ciceronis de Vniuersitate & eam partem Timæi Platonis quam ille conuertit institui adiungere, ex quibus hæc omnia cognosci & intelligi possint ab omnibus: tamē H
non alienum duxi proferre ex ijs locos qui ad hoc nostrum institutum & propositum pertinere uidebuntur. Locus Platonis hic est quem conuertens Cicero, ὁρατὸν dixit aspectabile, τῷ γὰρ τῶν νοουμένων καλλίστῳ καὶ κατὰ πάντα τελέῳ μάλιστ' αὐτὸν θεὸς ὁμοιῶσαι βουληθεὶς, ζῷον ἓν ὁρατὸν, πάνθ' ὅσα κατὰ φύσιν αὐτοῦ συγγενῆ ζῷα ἐντὸς ἔχον ἑαυτοῦ ξυνέστησε. Cic. sic, Quod enim pulcherrimū

A in rerum natura intelligi potest, & quod ex omni parte absolutißimum est, cum Deus similē mundum efficere uellet, animal unū aspectabile, in quo omnia animātia cōtinerentur, effecit. quo loco perspici potest, ξυνιστάναι dixisse efficere, & κατὰ πάντα ex omni parte. τὸ πάντα τέλεον ex omni parte absolutū. Sed ad alia ueniamus. Quæ sub aspectū cadūt, dicit ὁρατά. Omnes igitur quæ animo cernūtur & ratione intelliguntur animantes, complexu rationis & intelligentiæ, sicut homines hoc mūdo & pecudes & omnia quæ sub aspectum cadūt cōprehenduntur. Plato, τὰ γὰρ δὴ νοητὰ ζῶα πάντα ἐκεῖνο ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει, καθάπερ ὅδε κόσμος ἡμᾶς ὅσα τε ἄλλα θρέμματα συνέστηκεν ὁρατά. Videre licet τὰ νοητὰ dicta eße, quæ animo cernūtur & ratione intelliguntur. Id quod admonuimus & quia ex horū est genere, & quia νοῦς hoc loco tractatur à nobis. ἀόρατον

B etiā dicit, quod sensum effugit oculorū. Animus autē, inquit, sensum omnem effugit oculorū. Plato, ψυχὴ δὲ ἀόρατον. Nā prius locutus est περὶ ψυχῆς, quod uerbū repetere Cicero noluit. Illud idē dicit quod cerni nō potest. Locos, quoniā longiores sunt, nō proferā. Tantum dicā quod Plato dicit, διὰ σμικρότητα ἀόρατα, Ciceronē uertere, quæ cerni nō possunt propter paruitatē. ὁρατὰ in 5. Tuscul. quæst. appellat quæ aspectu percipiūtur. Primùm enim horribilis ista cæcitas, quibus tādem caret uoluptatibus? cū quidam etiā disputent, cæteras uoluptates in ipsis habitare sensibus, quæ autē aspectu percipiātur, eas nō uersari in oculorū ulla iocunditate. In 1. de offic. uocat quæ aspectu sentiantur. Itaq; eorū ipsorū quæ aspectu sentiūtur, nullū aliud animal pulchritudinē, uenustatem, cōuenientiam partium

C sentit. In prima Tusc. illud ὁρατὸν dicit, quod cadit sub conspectum. & ἀόρατον quod aciē fugit. ἁπτὸν autem uno uerbo dicit, tractabile. Nā ἅπτεσθαι solet interdum, tractare dicere, ut in 5. Tusc. quæst. extremo, qui locus adiunctus est ad eum quē modo protuli, ut ea quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, in ea ipsa ubi sentimus, parte uersentur, in oculis tale nihil. Locus autem Platonis quem Cic. uertens, ἁπτὸν dicit tractabile, ita est, σωματοειδὲς δὲ καὶ ὁρατόν, ἁπτόν τε δεῖ γενόμενον εἶναι. Cic. sic, Corporeum autē & aspectabile, itemq; tractabile omne necesse est esse quod natū est. Qui locus emēdandus est, quoniā δὴ positū est in eo, pro δέ. Proxima oratione illud ἁπτὸν Cic. uertit, quod tāgi potest. χωρισθὲν δέ τε πυρὸς, οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ. Cice.

D Nihil porro igni uacuū uideri potest, nec uero tāgi quod careat solido. ubi ὁρατὸν dixit quod uideri potest. Paulo post illud ipsum ἁπτὸν trāsfert quod sub tactū cadit. Quæ, inquit, ex cōiunctione cælū ita aptū est, ut sub aspectū & tactū cadat. Plato sic, ὃ συνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν ὃ ἁπτόν. ἀκουστὸν appellat, quod audiri potest. Nec .n. inquit, oculis egebat, quia nihil extra quod cerni posset relictū erat, nec auribus, quia ne quod audiretur quidē. Plato sic ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδέν, ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν, οὐδ᾽ ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν. Idem iudicandū

A *reperiebam, quo res esset testatior. Magna igitur affectus uoluptate sum, cùm hic mihi locus occurrit, id est, cum id quod cupiebam, me uidi consecutum: neq; uero id tam mea causa lætor q̃ rei literariæ. Explicemus ergo has quasi merces, ut omnes qui uelint etiam nulla mercede quantum uelint, consequantur. Id quidem iam constat, εἶναι περί τι, uersari in re aliqua, esse dicendum, quoniam ita Ciceronem uidemus transtulisse, περὶ τε θάτερον ὢν καὶ περὶ τὸ ταυτὸν, quæ uersatur in ijs quæ sunt semper eadem & in ijs quæ mutantur. Quo loco, ut intelligi potest, non solum ordinem, sed numerũ quoq; mutauit. Sic Cicero semper in hoc genere illud περὶ dicit in. Innumerabiles ego locos proferre possum. Pro multis erit ille quinti libri de finibus, Est enim perspicuum, nullam artem in se uersari, sed esse aliud artem, aliud quod propositum sit arti. Ac non solum uersari dicit, τὸ εἶναι, hac in*
B *re, sed uerti etiam, & conuerti. Idem in 3. de finibus, Sola enim sapientia in se tota conuersa est. εἶναι Cicero uerti dicit, transferens locum Platonis qui superiorem proxime sequitur. Hæc sunt uerba eius, Cum autem in illis rebus uertitur, quæ manentes semper eædem, non sensu, sed intelligentia continẽtur. Non addo reliqua quoniam non extant. Platonis hæc sunt, ὅταν δὲ αὖ περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ. Hæc enim tam pauca uerba Cicero illustrauit illis pluribus. Ita etiam in 2. de offic. illud εἶναι dicit uerti. Etenim uirtus omnis fere in tribus rebus uertitur. Nec tamen illud esse adeo uitat, quin eo in simili genere utatur. Nam locũ eum quem proximè protuli, hæc sequũtur, Quarum una est in inspiciendo quid in unaquaq; re uerum syncerúmq; sit. Nihil hoc loco dico de illo genere dicendi, quod & splendidũ est &*
C *apud Cic. usitatissimũ, Versari in studijs, uersari in causis, uersari in foro. Nam alio loco quid sentirẽ de eo, dixi. Hoc autẽ de quo agimus ad res ferè inanimas, præsertim ad artes, uirtutes & uitia omne accommodatur. Atque ut omnem meam de eo aperiam sententiam, illud ipsum εἶναι Cicero disertè interpretari mihi uidetur interdum, Cerni. Nonnullos proferam locos, ut omnes quid uelim, intelligant, cum intellexerint uel probare consilium meum ijs liceat uel improbare. In primo de officijs, Sequitur ut de una reliqua parte honestatis dicendum sit, in qua uerecundia & quasi quidam ornatus uitæ, temperantia & modestia, omnisq; sedatio perturbationum animi, & rerum motus cernitur. Eodem libro quo loco disserit de fortitudine, Omnino fortis animus & magnus animus duabus rebus maximè cernitur.*
D *Qui hos Aristotelis de moribus libros à nobis translatos legerint, ita multis locis εἶναι conuersum esse animaduertent. Proferam locos aliquot Aristotelis & græcos, & à me uersos in latinum ex græco, ut omnes intelligant, non solum Aristotelem hoc genus dicendi eodem modo tractare, quo à Platone tractatur, sed ita etiam latinè dici posse, ut à Cicerone transfertur. Lib. 3. cap. 9. περὶ θάῤῥη δὲ καὶ φόβους ἡ ἀνδρεία οὖσα, οὐχ ὁμοίως περὶ ἄμφω ἐστίν. ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τὰ φοβερά. Quem locum sic transtuli, Fortitudo autem cum in audacia metúq; uer.*

setur, non tamen æquè in ijs, sed in rebus formidolosis magis cernitur. Lib. 4. cap. 1. λέγωμεν δ' ἑξῆς περὶ ἐλευθεριότητος, δοκεῖ δὲ εἶναι περὶ χρήματα μεσότης. Sic ego, Deinceps de liberalitate dicamus, quæ in pecunijs mediocritas quædam cernitur. Quanquam φαίνεσθαι cum ἐν præpositione iunctum, & cerni & perspici hac in re dicitur. Idem 3. lib. cap. 10. loquens de temperãtia, ἧττον γάρ, inquit, καὶ οὐχ ὁμοίως ἐστὶ περὶ τὰς λύπας. ἐν τούτοις δὲ ἡ ἀκολασία φαίνεται. Ego sic, Minus enim, non æquè uersatur in doloribus, in quibus etiam intemperantia cernitur. Quo loco pro illo cernitur, licuit perspicitur dicere. Cic. in 1. de offic. disputans de fortitudine, quendam locum sic tractauit, atq; ijsdem pene uerbis usus est. Sed ea, inquit, animi elatio, quæ cernitur in periculis & laboribus, si iustitia uacat, pugnatque non pro salute communi, sed pro suis cõmodis, in uitio est. Illud ipsum εἶναι etiam consistere uertit Cicero & positum esse. In primo de officijs, Ex quatuor autem locis in quos honesti naturam uimq; diuisimus, primus ille qui in ueri cognitione consistit, maximè naturam attingit humanã. Quod hinc intelligi potest, quia quod hic dixit, in ueri cognitione consistit, paulo ante etiam loquens de prudentia, dixit, In perspicientia ueri solertiáq; uersatur. Nemini ergo dubium est, quin Græcos copia hac etiam in parte uincamus. Sed hoc tamen dicam, me semel, idque in 2. lib. huius operis legisse ἀναστρέφεσθαι, quod nostro uersari respondet, non huic quidem quo de nunc agimus, sed illi quod ad rem animatam & hominem referri diximus, ut cũ dicimus uersari aliquem in studio literarũ. Verba eius posui, ne quis requireret, οἱ μὲν γὰρ σώφρονες καὶ πρᾶοι γίγνονται, οἱ δὲ ἀκόλαστοι καὶ ὀργίλοι, οἱ μὲν ἐκ τοῦ οὑτωσὶ ἐν αὐτοῖς ἀναστρέφεσθαι, οἱ δὲ ἐκ τοῦ οὑτωσί. i. Partim enim temperantes & clementes efficiuntur, partim intemperantes & iracundi: illi quia sic, hi quia secus in ijsdem rebus uersentur. Pares in hoc sunt Græci & Latini, quod ad collocationem & cõstructionem attinet. In superiori autem genere Græci περὶ præpositione utuntur, duntaxat cũ dicũt εἶναι, quã quidem præpositionem Cicero semper in uertit, Quintilianus autem circa, etiam in alio genere, ut mirer interdum, qui tam cito à consuetudine superiorum desciuerit. Si imprudens, negligentiæ est: sin prudens temeritatis aut stultitiæ. Multa quædam dum aliud agimus interposuimus, quæ non omnino ingrata fore spero. Nunc tandem aliquando eò reuertamur unde egressi sumus. πίστεις ergo Cicero assensiones uocat, in quo intelligendum est, uerbum esse proprium in hac re Platonicorum & Peripateticorum. Nam in 4. Academ. quæst. συγκατάθεσιν appellat assensionem & approbationem, quod uerbum puto proprium fuisse Stoicorum, quos Cicero multis locis cum Peripateticis qui ijdem Academici erant, rebus cõsentire ait, uerbis autem discrepare. Verba eius hæc sunt, His satis cognitis, quæ iam explicata sunt, nunc de assensione atque approbatione, quàm Græci συγκατάθεσιν uocant, pauca dicemus. Videre licet pro eodem dixisse Ciceronem, assensionem & appro-

A *bationem. Ita πιστεύειν & συγκατατίθεσθαι assentiri erunt, & approbare. Approbare autem dico, ut dicimus, Approbare uera pro falsis, aut contra. Nam illud δοκιμάζειν probare est id quidem, sed experiri magis dicitur, & ad personam refertur. Aristoteles 8. lib. huius operis cap. 4. οὐ γὰρ ῥᾴδιον, οὐδενὶ πιστεῦσαι περὶ τοῦ ἐν πολλῷ χρόνῳ ὑπ᾽ αὐτῶν δεδοκιμασμένου, id est, Difficile est enim criminationibus de eo oblatis qui tibi lõgo tempore probatus sit, credere. Nã πιστεύειν etiam credere & habere fidem dicitur, πίστις interdum auctoritas uocatur, πιστὸς qui habet auctoritatem. Aristoteles 10 huius operis cap. 1. οἱ δὲ περὶ τῶν ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσι λόγοι, ἧττόν εἰσι πιστοὶ τῶν ἔργων. Quẽ ego locum sic transtuli, Omnis enim quæ de perturbationibus & officijs habetur oratio, minorem quã res ipsa habet auctoritatẽ. Sic Cicero in exordio libri de se-*
B *nectute, Omnem autem sermonem tribuimus non Thitono, ut Aristo Chius, ne parum esset auctoritatis in fabula: sed M. Catoni seni, quo maiorem auctoritatem haberet oratio. i. ἵνα μᾶλλον αἰεὶ εἴησαν πιστοὶ οἱ λόγοι.*

Fortuitam habebit scientiam, κατὰ συμβεβηκὸς ἕξει τὴν ἐπιστήμην.) Alio loco docui illud κατὰ συμβεβηκὸς fortuito, casu, & fortuitu esse dicendum. Quis enim ita latinè dici putet, nisi à latinæ orationis consuetudine remotißimus, habebit scientiam per accidens?

CAP. IIII.

ESTQVE *aliud artis effectio, aliud actio, ἕτερον δ᾽ ἐστὶ ποίησις καὶ πρᾶξις.) Cicero in 4. Academ. quæst. Græcos secutus aliud esse dicit ποιεῖν, aliud πράττειν, aliúdque ποιητικὴν τέχνην, aliud τὴν πρακτικήν. Itaque quoniam*
C *Aristoteles hoc capite hæc uerba inter se discrepare docet, non alienum est repetere uerba Ciceronis quæ protuli tum cum secundum caput primi libri exponerem. Quod idem, inquit, in similibus quoq; artibus contingit, quarum omne opus est in faciendo aut agendo. Hoc idem tractat Quintilianus, cum genera artium diuidit. ποίησιν autem uocat idem Cicero artis effectionem in 3. de finibus, & operis effectum in secundo de natura Deorum, quorum utrosq; locos alio loco protuli.*

Inscitia, ἀτεχνία.) Quemadmodũ τεχνίτης dicitur artifex, sic ἄτεχνος inscius à Cice. in 4. Academ. quæst. Ars uero quæ potest esse, nisi quæ non ex una, aut ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat? quam si subtraxeris, quî distingues artificem ab inscio? Quem locum mutuatus est ab Aristotele, qui in proœ-
D *mio τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ scribit his ferè uerbis, γίνεται δὲ τέχνη, ὅταν ἐκ πολλῶν τῆς ἐμπειρίας ἐννοημάτων, καθόλου μία γένηται περὶ τῶν ὁμοίων ὑπόληψις. ἐννόημα rectè dicit animi perceptionem, quanquam magis uertat κατάληψιν uerbum Stoicorum. Nam eodem libro ἐννοίας uertit notitias, & notiones Sed ad rem. ἀτεχνίαν ergo inscitiam, Ciceronis auctoritatem secutus interpretor. Aristoteles etiam οὐκ εἰδότας dicit, quos Cicero appellat inscios. Proximo cap.*

V

διὸ καὶ ἔνιοι οὐκ εἰδότες ἑτέρων εἰδότων πρακτικώτεροι. Atqui haud scio, an E
ἀτεχνίαν commode latinè poßimus dicere, inertiam, & ἀτέχνους inertes.

CAP. VI.

QVOD si salubre & summum hominis bonum & piscium non idem est, εἰ δὴ ὑγιεινὸν μὲν καὶ ἀγαθὸν ἕτερον ἀνθρώποις καὶ ἰχθύσι.) Cicero secundo de finibus, Nec tamen ullo modo summum pecudum bonum & hominis idem mihi uideri potest.

Eiq; se ac sua cōmittant, καὶ τούτῳ ἐπιτρέψειεν αὐτά.) Cicero secūdo de offic. hunc latius locum explicauit, Itaque his salutem nostram, his fortunas, his liberos rectißimè committi arbitramur.

Itaq; in belluis quibusdam inesse prudentiam dicimus, διὸ καὶ τῶν θηρίων ἔνια φρόνιμα φασὶν εἶναι. Cicero hunc locum latius tractauit in 2. de finibus, Vide- F
mus in quodam uolucrum genere nonnulla iudicia pietatis, cognitionem, memoriam in multis etiam disciplinam.

Ex quibus constat mundus, ἐξ ὧν ὁ κόσμος συνέστηκε.) Cicero in 4. de finib. Sumus igitur homines, ex animo cōstamus & corpore. συνεστάναι hic absolutū est. Nam actiuū à Cicerone in lib. de Vniuersitate uertitur multis modis.

Faciles ad concoquendum carnes, εὔπεπτα κρέα.) Sic Cicero dicit in secundo de finib. Cibum facillimum ad concoquendum, loquens de quodā Thorio uoluptario homine, Cupiditates, inquit, nō Epicuri diuisione finiebat, sed sua satietate: habebat tamen rationem ualetudinis, utebatur his exercitationibus, ut ad cœnam & esuriens & sitiens ueniret, eo cibo qui & suauißimus esset, & idem facillimus ad G
concoquendum. uino ad uoluptatem & ne noceret. Aliis cum posteriore supino illud facile iungit.

CAP. VII.

SVNT autem & ciuilis ratio & prudentia, ἔστι δὲ ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ φρόνησις.) Hoc cap. disputat Aristot. de generibus prudentiæ. Cicero quidem duo genera facit prudentiæ in partitionibus, uocátq; τὴν πολιτικὴν ciuilem prudentiam, Atq; illa, inquit, prudētia in suis rebus domestica, in publicis ciuilis appellari solet. Quā domesticā dicit prudētiam, Arist. uocat οἰκονομίαν hoc ipso cap. ἐκείνων δὲ, ἡ μὲν οἰκονομία, ἡ δὲ νομοθεσία. Cic. autē quasi sit οἰκονομική, ita dicit domesticam. πολιτικὴν autē cùm Aristot. dicit omnino, Cicero uocat ciuilē rationem in 1. libro de inuentione, & ciuilem scientiam. Ciuilis, inquit, quædam ratio est quæ multis & magnis ex rebus cōstat. Eius quædam magna & ampla pars est ar H
tificiosa eloquentia, quam rhetoricam uocant. Nam neq; cum ijs sentimus qui ciuilem scientiam eloquentia non putant indigere, &c.

Quæ eadem iam commune habet nomen prudentiæ, καὶ ἔχει αὕτη τὸ κοινὸν ὄνομα, φρόνησις.) Græci in nominatiuo ponunt, & si uerbum ἔχω sit propositum. Latini id nomen ponunt in genitiuo.

A CAP VIII.

DISCREPAT *autem à deliberando quærere,* ζητεῖν δὲ καὶ βουλεύεσθαι διαφέρει.) *Sic Cic.lib.3.Tusc.quæst.Discrepat enim à timendo confidere.*

Aiunt celeriter conficienda esse quæ suscipimus, lente capiendum consilium, καί φασι πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ βουλευθέντα, βουλεύεσθαι βραδέως.) τὰ βουλευθέντα, *quæ statuta sunt. & decreta. Salustius in Catilinario bello sic hanc sententiam explicauit, Prius q̃ incipias, cōsulto, ubi cōsulueris, mature facto opus est. Diserte conuertit* τὰ βουλευθέντα, *pro* βουλευθεὶς, *ubi consulueris,* ταχὺ *dicit maturè, &* δεῖ πράττειν, *&* βουλεύεσθαι *consulto & facto opus est. Et quoniam apud Aristotelē,* βουλεύεσθαι βραδέως, *legitur, deesse lente apud Salust. arbitror.*

CAP. X.

B DEMONSTRATIONES, ἀποδείξεις.) *Hoc uerbū latinū apud Ciceronem nisi semel non legi, idq; in 4. de finibus, Loquens enim de inuētis Peripateticorum, Quā multa, inquit, ab his conquisita & collecta sunt de omniū animantium genere, ortu, membris, ætatibus? q̃ multa de rebus his quæ gignuntur è terra? q̃ multæ de rebus uarijs & causæ cur quicque fiat, & demonstrationes quemadmodum quæque fiant? Aliàs uocat argumenti conclusionem, definitione adiecta, ut in 4. Academicarum quæstionum, Itaq; argumenti conclusio, quæ est græcè* ἀπόδειξις *ita definitur, Ratio quæ ex rebus perceptis ad id adducit quod non percipiebatur.*

Vsu peritorum, ἐμπείρων.) ἐμπείρους *Cicero in 1. de offic. uocat usuperitos, Nec uero alienum est, ad ea eligenda quæ dubitationem afferunt adhibere doctos* C *homines, uel etiam usuperitos, & quid his de unoquoq; genere officij placeat exquirere. Nunq̃ dicit expertos. Alio loco docui* ἐμπείρους *etiam exercitatos ab eo appellari.*

CAP. XI.

PROPOSITVM *enim uirtus rectum efficit,* ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθόν.) *Eadem sententia paulo post sequitur,* τὴν μὲν οὖν προαίρεσιν ὀρθὴν ποιεῖ ἡ ἀρετή, *Supra enim ostendimus* τὴν προαίρεσιν *&* τὸν σκοπὸν *aliquoties pro eodem poni.*

Est uis certè quædam, quam ingeniū appellant, ἔστι δή τις δύναμις, ἣν καλοῦσι δεινότητα.) δεινότητα *hoc loco alij habilitatem, alij industriam, alij aliter interpretantur. Habilitatis nomen usurpat Cicero, sed pro oportunitate & commo-* D *ditate, quam aptitudinē alij barbare dicūt, & habiles appellat cōmodos, ut in 1. de Oratore loquēs de oratione quā Socrati detulit Lysias, Sicyonios calceos aptos & habiles ad pedem dicit. In primo de legibus, Omitto oportunitates habilitatésque reliqui corporis. Industriam autem semper pro labore dicit.* δεινότης *autem uis est insita nobis, aut seminarium quoddam prudentiæ, quod ingenium cum ex multis locis Ciceronis intelligi potest, tum ex his maximè. Scribit quidem in 1.*

de Oratore libro his ferè uerbis, Omnes enim siue artis sunt loci, siue ingenij cuiusdam atq; prudentiæ, qui modo insunt in ea re de qua scribimus, inquirẽtibus nobis, omniq; acie ingenij contemplantibus ostndunt se & occurrunt. Eodem libro, Cum Q. Scæuola æqualis & collega meus, homo omnium & disciplina iuris ciuilis eruditissimus, & ingenio prudentiaq; acutissimus & oratione maximè limatus &c. Cùm ingenium & prudentiam his locis pro eodem penè dicat, idem ferè dicit & sentit quod Aristoteles, qui paulo infra, ἔστι δὲ φρόνησις οὐχ ἡ δύναμις, ἀλλ᾽ οὐκ ἄνευ τῆς δυνάμεως ταύτης. i. Non est autem idem quod hæc uis prudentia, & si esse sine ea nullo modo possit. Itaq; docilitatẽ & memoriam in 5. lib. de finib. uno ingenij nomine dicit ferè appellari solere, & eos qui eas uirtutes habent, ingeniosos uocari, his uerbis, Prioris generis est docilitas, memoria; quæ ferè omnia appellantur uno ingenij nomine, eásque uirtutes qui habent ingeniosi uocãtur. Illud prius genus quod uocat, est earũ uirtutũ quæ ingenerãtur suapte natura. Ingeniosos dicit quos δεινοὺς Aristot. appellat, interdũ eos acutos uocat, interdũ argutos, aliàs cautos. δεινότητα interdum uertit aciem & uim ingenij, interdum acumen. In 2. de Oratore, Cum ad inueniendum in dicẽdo hæc tria sint, acumen, deinde ratio, quam licet si uolumus appellemus artem, tertium diligentia: non possum equidẽ non ingenio primas cõcedere. Quod enim primum dixerat acumẽ, post ingeniũ nominat. Hoc addam, qui sæpe apud Ciceronem scriptum illud legerint, Ars naturam adiuuat: Et illud, Arti præstare naturã: eos facile intelligere naturæ nomẽ dictum esse pro ingenio. Quod uocabulum quanq̃ δεινότητι possit respondere, tamẽ εὐφυΐα proprie respondet, quo uerbo in tertio Aristoteles utitur, & εὐφυὴς bene natus, generosus, aut potius magno ingenio præditus & ingeniosus dicitur. Nam generosus potius εὐγενὴς dicitur & optimè natus, & ingenuis moribus præditus nominatur, quod uerbum usurpat in decimo pene extremo. Itaq; addit τὸ ἦθος adiectiuo εὐγενές. Inter εὐγένειαν autem & εὐφυΐαν hoc interest, quòd εὐγένεια ad uirtutes naturales & ingenitas pertinet, quæ semina dicuntur uerarũ uirtutum quæ more perficiuntur. εὐφυΐα autem ad prudentiam. Itaq; Aristot. tertio libro huic uirtuti attribuit iudicium. ἀλλὰ φῦναι δεῖ ὥσπερ ὄψιν ἔχοντα ᾗ κρινεῖ καλῶς καὶ τὸ κατ᾽ ἀλήθειαν ἀγαθὸν αἱρήσεται. καὶ ἔστιν εὐφυὴς ᾧ τοῦτο καλῶς πέφυκε. Quis sit autem is oculus quo iudicat uerè, deinceps explicat, τὸ γὰρ εὖ καὶ τὸ καλῶς τοῦτο πεφυκέναι, ἡ τελεία καὶ ἀληθινὴ ἂν εἴη εὐφυΐα. Quod autem dixi de εὐγενείᾳ, non de ui & ratione propria nominis intellectum uolo, sed de translata. Nam εὐγένεια propriè nobilitas dicitur, quã in primo Rhetoricorum Aristoteles definit, & in secũdo quid inter εὐγενὲς & γενναῖον intersit, explicat, ἔστι δὲ εὐγενὲς μὲν κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετήν, γενναῖον δὲ κατὰ τὸ μὴ ἐξίστασθαι ἐκ τῆς φύσεως. Ducta est autem nobilitas à generis uirtute, generosum uerò ex eo quòd non degenerauit.

E F G H

A Verbi causa, λόγου χάριν.) Cicero lib. 4. Acad. quæst. una eadémq; pagina illud λόγου χάριν dicit & uerbi causa & uerbi gratia. Placet enim Chrysippo cū gradatim interrogetur, uerbi causa, tria pauca sint, ánne multa, aliquāto prius q̄ ad multa perueniat quiescere. i. quod ab ijs dicitur ἡσυχάζειν. Paulo post, Sin autem usq; ad nouē, uerbi gratia, sine dubitatione respondes pauca esse, in decimo insistis, etiam à certis & illustribus cohibes assensum.

Quod occurrerit, τὸ τυχόν.) hoc Cicero quod occurrerit dicit, & quod in mentem inciderit. quoniam, ut mea fert opinio, τὸ ἐντυγχάνειν sit occurrere.

Quare non potest quisquam, qui non idē bonus sit, prudens esse, ὥστε φανερὸν, ὅτι ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι, μὴ ὄντα ἀγαθόν.) Cicero ijsdem ferè uerbis hunc locum uertit in 2. de offic. Sed ne quis sit admiratus, cur cū inter omnes Phi-

B losophos constet, à méq; ipso sæpe disputatum sit, qui unam haberet, omnes habere uirtutes, nunc ita seiungam ipsa, quasi poßit quisquam qui non idem prudens sit, iustus esse.

CAP. XII.

SIMVL atq; in lucem æditi sumus, εὐθὺς ἐκ γενετῆς.) Dicam hoc loco quid de hoc dicendi genere sentiam. Equidem cum multum diúq; quæsiuissem quæ ratio dicendi nostræ illi apud Græcos par esset, & illi, ab Adolescentia, & iam inde ab adolescentia, illis omnibus & cæteris eiusdem generis, reperi unum illud genus Græcorum respondere. Ac illud quidem, Ab adolescentia, ab ineunte ætate, à puero, quibus utitur Cicero: & illa, Iam inde ab adolescentia, Iam inde à puero,

C ro, & alia eiusdem generis quibus & Terentius & alij utuntur, non est dubium quin illis Græcorum respondeant, εὐθὺς ἐκ νέων, εὐθὺς ἐκ παίδων, & alijs talibus. Illa autem fortaßis minus aperta sint, de ijsq; maior sit quædam controuersia, Simul atq; in lucē editi sumus, ut primùm exceßit è pueris, ut primùm exceßit ex ephebis. Proferam ergo locum Demosthenis ex oratione pro Ctesiphonte, quē Cicero pro Archia ita cōuertit, ut quod uelimus facile poßimus consequi, ἐμοὶ μὲν τοίνυν, ὑπῆρξεν Αἰσχίνη, παιδὶ μὲν ὄντι φοιτᾶν, εἰς τὰ προσήκοντα διδασκαλεῖα, καὶ ἔχειν ὅσα χρὴ τὸν μηδὲν ποιήσοντα δι' ἔνδειαν. ἐξελθόντι δὲ ἐκ παίδων ἀκόλουθα τούτοις πράττειν. Cicero pro Archia, Nam ut primū ex pueris exceßit Archias, atq; ab his artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem infor-

D mari solet, se ad scribendi studium contulit: primo Antiochiæ (nam ibi natus est loco nobili & celebri quondam urbe & copiosa, atq; eruditißimis hominibus, liberalißimisq; studijs afflueti) celeriter antecellere omnibus ingenij gloria contigit. Quod Demosthenes dixit, ἐξελθόντι ἐκ παίδων, ὑπῆρξεν, Cicero uertit, ut primum ex pueris exceßit, contigit. Abesse autem arbitror, εὐθὺς, quod ut putem, me admonet similis locus orationis contra Midiam, in quo est, καί γὰρ ἑτέρων ἐγὼ εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών. Itaq; legendū arbitror, ἐξελθόντι δ' εὐθὺς ἐκ παί-

contraria, locum unum proferam ex oratione de libertate Rhodiorum, οὐ γὰρ ὁ-
μοίως οὐδεὶς ὑπέρ τε τοῦ πλεονεκτεῖν πολεμήσειεν ἄν, καὶ ὑπὲρ τῶν E
ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ μὲν ὧν ἐλαττοῦνται, μέχρι τοῦ δυνατοῦ πάντες πο-
λεμοῦσιν, ὑπὲρ δὲ τοῦ πλεονεκτεῖν, οὐχ οὕτως. ἀλλ' ἐφίενται μὲν ἐὰν τις
ἐᾷ, ἐὰν δὲ κωλυθῶσιν, οὐδὲν ἠδικηκέναι τοὺς ἐναντιωθέντας ἡγοῦνται. Hunc lo-
cum uertam ut potero, Non enim eodem animo quisquam de propagandis finibus
bellū gerit, & de suis tuendis, sed omnes cū de minuendo imperio agitur, omnibus
uiribus contendunt, cū de augendo non ita, sed si quis patiatur, id cupiunt, sin pro-
hibeantur, nihil eos qui obsistunt, iniustè facere iudicant. Qui etiam locus ad opes
& augendas & minuendas transferri potest. Illud ἐλαττοῦσθαι etiam delabi dici
puto posse, ut ita interpreter locum illum Ciceronis ex 2. de offic. Habenda est au-
tem ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere flagitiosum est. ἐλαττοῦσθαι F
etiam iniqua esse conditione, & deteriore dicitur. Tritus est locus ille Demosthe-
nis, περὶ στεφάνου, πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰ-
σχίνου. i. Cum multis ego de causis in hoc certamine deteriore sum cōditione, quàm
Aeschines, aut iniquiore conditione causam dico quàm Aeschines. ut ita illud Cice-
ronis exponam pro A. Cluentio, Quæ cū ita essent, in Fausto tamē illi iudices sta-
tuerunt, iniqua conditione reū causam dicere, cum aduersario ad ius dicendū sum-
ma uis potestatis accederet. Nam Demosthenes illic etiam affert suas difficultates.
Quanquam hunc mihi locum occulte uidetur Cicero expreßisse in exordio ora-
tionis pro Plantio, Equidem ad reliquos labores quos in hac causa maiores susci-
pio quàm in cæteris, etiam hanc molestiam assumo, quod mihi non solum pro Cn.
Plantio dicendum est, cuius ego salutem non secus ac meam tueri debeo, sed etiam
pro me ipso. Quocirca cum totam orationem conuerterem, sic potius hunc locum G
transferendum putaui, Equidem ad reliquos labores quos in hac causa maiores su-
scipio quàm Aeschines, etiam has duas molestias assumo: primā, quod &c. Sed ad pro-
positum reuertamur. A uerbo πλεονεκτεῖν πλεονεξία dicitur, quam Cicero uo-
cat, amplificationem rei familiaris in primo de officijs. Sic enim illud expono, Nec
uero rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda est. Sic de re priuata
& cum est laudis. Cum autem in uitio est & ad Remp. pertinet, Cicero uocat ni-
miarum opum potentiam, in tertio de officijs, hinc opum nimiarum potentiæ non fe-
rendæ. Sed redeundum est aliquādo ad huius loci interpretationem. ἐλαττωτικὸς
ergo is erit, qui opum augendarum studio nullo tenetur, ut etiam premi se patiatur.
Quod locus Aristotelis quem explicamus facile indicat. Quo quidem loco haud H
scio an rectè poßit exponi, qui de suo iure decedit. Quod ut putarem, me admo-
nuit & locus Aristotelis qui positus est in proximo capite, & Ciceronis ex secun-
do de officijs. Definit enim uirum bonū his uerbis, ὁ γὰρ τῶν τοιούτων προαιρε-
τικὸς, καὶ πρακτικὸς, καὶ μὴ ὁ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικὸς

A καὶ περιέχων τῆς νόμου βοηθὸν, ἐπιεικὴς ἐστι. Quo ille loco τῷ ἀκριβοδικαίῳ, & τὸν ἐλαττωτικὸν ponit cõtraria. Ἀκριβοδίκαιον autem Ciceronem puto appellare iudicem duriorem in secundo de finibus, Vt A. Varus qui est est habitus iudex durior, dicere consessori solebat, cum datis testibus alij tamen citarentur, Aut hoc testium satis est, aut nescio quid satis est: sic à me satis testium est dictum. ἐλαττωτικὸς igitur cum sit contrarium eius, is dicetur, qui æquus est, facilis, & lenis, quiq; multa multis de suo iure cedit. ut ita interpreter illud Ciceronis ex secundo de officijs, Conuenit autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo nõ acerbum, in omniq; re contrahenda, uendendo, emendo, conducendo, locando, uicinitatibus & cõfinijs æquum & facilem, multa multis de suo iure cõcedentẽ. Itaq; ἐλαττοῦσθαι in hoc genere de suo iure cedere & decedere dicetur. ἐλαττοῦν autem & B ἐλαττοῦσθαι perspicuum est significare imminuere & imminui. Itaq; Cicero in libro de Vniuersitate ἐλαττούμενον uertit imminutum.

CAP. X.

MORTEM sibi ipsi consciscere, ἑαυτὸν ἀποκτείνειν.) Vsitatißimum est hoc genus apud Ciceronem. Paulo post dicit σφάττειν ἑαυτὸν δι᾽ ὀργήν. & ἑαυτὸν φθείρειν.

Malè de se mereri, ἀδικεῖσθαι ἑαυτόν. De hoc uerbo satis multa supra diximus. Sed quoniam hæc transferendi ratio ibi tractata non est, ne quid prætermitteretur, hic tractandam putaui. Cicero ita exponit in quinto de finibus, Quare quotiescunque dicetur male de se quis mereri, sibique esse inimicus atque hostis, uitam C denique fugere, intelligatur aliquam subesse eiusmodi causam, ut ex eo ipso intelligi poßit sibi quenq; esse charum.

Quoniam simul eidem & adimeretur idem & adderetur, quod fieri non potest, ἅμα γὰρ τῷ αὐτῷ ἂν εἴη ἀφῃρῆσθαι καὶ προσκεῖσθαι ταὐτό. τοῦτο δὲ ἀδύνατον.) Hunc locum in quinto de finibus imitatus est Cicero, Nam cum appetitus ille animi aliquid ad se attrahere cœpit consulto quod sibi obsit, quia sit sibi inimicus, cum id sua causa faciat, & oderit & simul diliget, quod fieri non potest.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEXTVM. CAP. I. E



ENERE modum, τὸ μέσον αἱρεῖσθαι.) Seruare etiã modum & mediocritatem, & sequi dici potest. de quo genere alio loco diximus.

Modus est optimus quem recta præscribit ratio, τὸ δὲ μέσον ἐστὶν ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς λέγει.) Si dixissem, Is est modus uel mediocritas, ut ratio recta præcipit, hoc latina respuisset oratio. Illud autem ὡς in hoc genere non solum cum indicatiuo, sed etiam cum subiũctiuo iungitur. F Sic enim loquitur lib. 4. huius operis cap. 5. ὡς ἂν ὁ λόγος τάξῃ. Interdũ illud ἂν additur, cum interim indicatiuus adhibetur. In tertio cap. 7. ὁμοίως δὲ καὶ θαῤῥῶν ἀνδρεῖος, κατ᾽ ἀξίαν, καὶ ὅτι, καὶ ὡς ἂν ὁ λόγος πάσχει, καὶ πράττει ὁ ἀνδρεῖος. Eodem cap. dicit, ὡς ὁ λόγος ὑπομενεῖ. Illud quidem ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς λέγει, non dico, ut ratio recta dicit, nec dictat, quoniam in hoc genere uerba illa barbara cẽseo. Præcipere hoc Cicero dicit, & præscribere rationem. In 4. Tusc. quæst. An ratio parum præcipit, nec bonum illud esse quod aut cupias ardẽter, aut adeptus te efferas insolentius?

Quod qui solum teneat, τοῦτο δὲ μόνον ἔχων ἄν τις.) ἔχειν hoc loco illud tenere ualet: quo sæpe utitur Cicero, pro scire. Pleni sunt eius libri huiusmodi exemplorum. Itaq; eo uno loco contẽti erimus qui est apud eum in primo libro de Oratore. Nihil est enim quod ad artem redigi possit, nisi ille prius qui illa teneat, quorum artem instituere uult, habeat illam scientiam, ut ex ijs rebus quarum ars nõdum sit, artem efficere possit. G

De cæteris autem dicemus, si prius de uirtutibus animi dixerimus, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν, περὶ ψυχῶν πρῶτον εἰπόντες λέγομεν οὕτως.) Sic Cicero in 2. de offic. Sed quoniam nõnunquam hoc subsidium necessarium est, quemadmodum sit eo utendũ dicemus, si prius his de rebus quæ uirtuti propiores sunt dixerimus.

CAP. II.

EST enim officij, rectéq; factorum omnium fructus ac finis ipsum officium, ἡ δὲ εὐπραξία τέλος.) Breuem hanc & concisam sententiam Cicero in 2. de finibus ita explicauit. Id enim uolumus, id contendimus, ut officij fructus sit ipsum officium. Alio loco docui Ciceronem appellare πρᾶξιν & actionem & officium. εὐπραξίαν uocat rectum factum, & recte factum, si Peripateticorum uerbis utatur: sin autem Stoicorum, τὸ κατόρθωμα. quemadmodum καθῆκον appellat officiũ, uertens eorundem Stoicorum uocabula. uocat etiam εὐπραξίας bene facta in 2. H

A Tusc. quaest. extremo, Omnia enim benefacta in luce se collocari uolunt. τὰ καλὰ etiam praeclare facta interdum dicit.

Quocirca utriq; parti rationis cogitationisque participi, quasi materia quam tractet, & in qua uersetur, subiecta est ueritas, ἀμφοτέρων δὴ τῶν νοητικῶν μορίων, ἀλήθεια τὸ ἔργον. Hunc locum ita uerti, secutus Ciceronem qui eodem modo eundem tractauit in 1. de offic. Quocirca huic quasi materia, quam tractet & in qua uersetur, subiecta est ueritas. τὸ ἔργον igitur malui appellare quasi materiam, quàm opus & officium aut munus, propterea quòd ueritas non est munus harum duarum partium, sed magis id in quo uersentur, ut color non est munus oculi, sed id quod oculo subiectum est. Quod si cui hoc minus probatur, appellet sanè τὸ ἔργον munus, ut Cicero eodem libro paulo antè. Quae quatuor quanquam inter
B se colligata atq; implicita sunt, tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur. uelut ex ea parte quae primo descripta est, in qua sapientiam & prudentiam ponimus, inest indagatio atque inuentio ueri, eiusq; uirtutis hoc munus est proprium.

CAP. III.

SI alte principium earum repetierimus, ἀρξάμενοι οὖν ἄνωθεν.) Ἄνωθεν Cic. dicit & alte in hoc genere, & longè: eiq; solet dare illud repeto, quod par est illi graeco ἀναλαμβάνω, quo Aristoteles in primo huius operis cap. 4. utitur, λέγομεν δὲ ἀναλαβόντες, ἐπειδὴ πᾶσα γνῶσις καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινος ὀρέγεται, τί ἐστιν ὃ λέγομεν τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι. Interdum illi ἄνωθεν adiungunt aduerbium μικρόν, ut 12. cap. huius sexti lib. περὶ δὲ τῶν μηδὲν εἶναι
C πρακτικωτέρους διὰ τὴν φρόνησιν, τῶν καλῶν καὶ δικαίων, μικρὸν ἄνωθεν ἀρκτέον, quod dixi paulo altius. Cicero primo de legibus, Alte uero, & ut oportet, à capite frater, repetis quae quaerimus. Paulo post, Dij immortales, quàntum longe iuris principia repetis. In 1. de officijs lib. dicit per comparatiuum, Altius repetere. Sed quae naturae principia sint communitatis & societatis humanae, repetendum altius uidetur.

Intelligentia, νοῦς.) Sic Cicero semper, nunquam enim nomine intellectus utitur. Vt autem res intelligatur, proferam locum Platonis ex Timaeo, quem Cicero in lib. de Vniuersitate transtulit. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐν σώματι συνιστὰς τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο, ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κατὰ φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος. Cicero ita hunc locum transtu-
D lit: Quocirca intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore: sic ratus est opus illud effectum esse pulcherrimum. Et quoniam alio loco promisi me de ratione transferendi nomina graeca quae in τὸν, ut νοητόν, ut αἰσθητόν & si qua sunt similia, desinerent, hoc libro esse dicturum, puto hoc loco id commode posse fieri. Atque hoc facio libentius quàm philosophorum consuetudo hodie terit pro his infinita barbara, ut sensibile, uisibile, tangibile & alia innumerabila, quae tamen mihi magis proban-

bantur, quàm ea quæ alij dum hoc uolunt uitare uitium, inturpius lapsi finxerunt. E
Quo ex genere sunt, sensile, intellectile. Nam & Cicero & Latini alij etiam nominibus exeuntibus in bilis utuntur, etiam cum eadem uertunt quæ illi. Cicero enim ἀχώρηστον dicit inseparabile, in prima Tusculana, & ἄπληστον insatiabile eodem libro, & multa alia ad hunc modum transferre solet. Cur igitur horum uerbis inusitatis illis quidē & barbaris utūtur potius quàm Ciceronianis? Quin etiam hæc trita iam & in usu Philosophorum posita usurpanda potius, quàm noua ista censeo. Sed ad propositum reuertamur. Exordiar primum à sensibus, αἰσθητὸν ergo quod alij sensibile, alij sensile dicunt, Cicero non uno uerbo dicit, sed semper pluribus. Nam αἰσθητὰ in libro de Vniuersitate conuertens locum Platonis ex Timæo, appellat quæ sensus mouent, & sensus mouentia quæ sunt. Omnia autem talia, inquit, sensum mouent: sensúsque mouentia quæ sunt, eadem in opinatione considunt, quæ ortum habere gignique diximus. Plato, πάντα F
δὲ τοιαῦτα αἰσθητά. τὰ δὲ αἰσθητὰ δόξῃ περιληπτὰ μετὰ αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. In primo autem Academ. quæst. uocat τὰ αἰσθητὰ res eas quæ subiectæ sunt sensibus, & quæ sub sensum cadere possunt, quæ duo genera ita late patent, ut ad omnia nomina eiusdem generis possint accommodari. uerba Ciceronis posui, Sensus autem omnes hebetes & tardos esse arbitrabantur, nec percipere ullo modo res eas quæ subiectæ sensibus uiderentur, quæ essent aut ita paruæ, ut sub sensum cadere non possent: aut ita mobiles & concitatæ, ut nihil unquam unum esset constans eidem quidem, quoniam continenter laberentur & fluerent omnia. Quæ tamen dicit, sub sensum cadere non possunt addita negatione, sunt quæ Græci dicunt ἀναίσθητα, quæ uulgus Philosophorum insensibilia appellat. uocat etiam τὰ αἰσθητὰ Cicero quæ sensibus percipi possunt in 4. G
quæst. Academ. ὁρατὸν quod alij uisibile appellant, Cicero uno uerbo dicit spectabile & aspectabile, & ἀόρατον quod illi uno uerbo inuisibile, hic pluribus, quod oculorum effugit obtutum. Plato in Timæo, καὶ τὸ μὲν δὴ σῶμα ὁρατὸν οὐρανοῦ γέγονεν, αὐτὴ δὲ ἀόρατος μὲν, λογισμοῦ δὲ μετέχουσα καὶ ἁρμονίας ψυχή. Cicero sic, Et corpus quidem cæli spectabile effectum est, animus autem oculorum effugit obtutum. Eodem libro illud ὁρατὸν dicit spectabile, & pluribus uerbis, modo quod cadit sub aspectum, aliàs quod cerni potest, & ἀόρατον quod cerni non potest, & quod sensum effugit oculorum. Ego quanquam his commentarijs librum Ciceronis de Vniuersitate & eam partem Timæi Platonis quam ille conuertit institui adiūgere, ex quibus hæc omnia cognosci & intelligi possint ab omnibus: tamē H
non alienum duxi proferre ex ijs locos qui ad hoc nostrum institutum & propositum pertinere uidebuntur. Locus Platonis hic est quem conuertens Cicero, ὁρατὸν dixit aspectabile, τῷ γὰρ τῶν νοουμένων καλλίστῳ καὶ κατὰ πάντα τελέῳ μάλιστ' αὐτὸν θεὸς ὁμοιῶσαι βουληθεὶς, ζῶον ἓν ὁρατὸν, πάνθ' ὅσα κατὰ φύσιν αὐτοῦ συγγενῆ ζῶα ἐντὸς ἔχον ἑαυτοῦ ξυνέστησε. Cic. sic, Quod enim pulcherrimū

A in rerum natura intelligi potest, & quod ex omni parte absolutissimum est, cum Deus similē mundum efficere uellet, animal unū aspectabile, in quo omnia animātia cōtinerentur, effecit. quo loco perspici potest, ξυνιστάναι dixisse efficere, & κατὰ πάντα ex omni parte. κατὰ πάντα τέλεον ex omni parte absolutū. Sed ad alia ueniamus. Quæ sub aspectū cadūt, dicit ὁρατά. Omnes igitur quæ animo cernūtur & ratione intelliguntur animantes, complexu rationis & intelligentiæ, sicut homines hoc mūdo & pecudes & omnia quæ sub aspectum cadūt cōprehenduntur. Plato, τὰ γὰρ δὴ νοητὰ ζῶα πάντα ἐκεῖνο ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει, καθάπερ ὅδε ὁ κόσμος ἡμᾶς ὅσα τε ἄλλα θρέμματα συνέστηκεν ὁρατά. Videre licet τὰ νοητὰ dicta esse, quæ animo cernūtur & ratione intelliguntur. Id quod admonuimus & quia ex horū est genere, & quia νοῦς hoc loco tractatur à nobis. ἀόρατον B etiā dicit, quod sensum effugit oculorū. Animus autē, inquit, sensum omnem effugit oculorū. Plato, αὐτὴ δὲ ἀόρατον. Nā prius locutus est περὶ ψυχῆς, quod uerbū repetere Cicero noluit. Illud idē dicit quod cerni nō potest. Locos, quoniā longiores sunt, nō proferā. Tantum dicā quod Plato dicit, διὰ σμικρότητα ἀόρατα, Ciceronē uertere, quæ cerni nō possunt propter paruitatē. ὁρατὰ in 5. Tuscul. quæst. appellat quæ aspectu percipiūtur. Primum enim horribilis ista cæcitas, quibus tādem caret uoluptatibus? cū quidam etiā disputent, cæteras uoluptates in ipsis habitare sensibus, quæ autē aspectu percipiātur, eas nō uersari in oculorū ulla iocunditate. In 1. de offic. uocat quæ aspectu sentiantur. Itaq; eorū ipsorū quæ aspectu sentiūtur, nullū aliud animal pulchritudinē, uenustatem, cōuenientiam partium C sentit. In prima Tusc. illud ὁρατὸν dicit, quod cadit sub conspectum. & ἀόρατον quod aciē fugit. ἁπτὸν autem uno uerbo dicit, tractabile. Nā ἅπτεσθαι solet interdum, tractare dicere, ut in 5. Tusc. quæst. extremo, qui locus adiunctus est ad eum quē modo protuli, ut ea quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, in ea ipsa ubi sentimus, parte uersentur, in oculis tale nihil. Locus autem Platonis quem Cic. uertens, ἁπτὸν dicit tractabile, ita est, σωματοειδὲς δὴ καὶ ὁρατὸν, ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι. Cic. sic, Corporeum autē & aspectabile, itemq; tractabile omne necesse est esse quod natū est. Qui locus emēdandus est, quoniā δὴ positū est in eo, pro δέ. Proxima oratione illud ἁπτὸν Cic. uertit, quod tāgi potest. χωρισθὲν δέ τε πυρὸς, οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ. Cic. D Nihil porro igni uacuū uideri potest, nec uero tāgi quod careat solido. ubi ὁρατὸν dixit quod uideri potest. Paulo post illud ipsum ἁπτὸν trāsfert quod sub tactū cadit. Qui, inquit, ex cōiunctione cælū ita aptū est, ut sub aspectū & tactū cadat. Plato sic, ὃ συνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν. ἀκουστὸν appellat, quod audiri potest. Nec .n. inquit, oculis egebat, quia nihil extra quod cerni posset relictū erat, nec auribus, quia ne quod audiretur quidē. Plato sic ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδέν, ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν, οὐδ᾽ ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν. Idem iudicandū

A reperiebam, quo res esset testatior. Magna igitur affectus uoluptate sum, cùm hic mihi locus occurrit, id est, cum id quod cupiebam, me uidi consecutum: neq; uero id tam mea causa lætor q̃ rei literariæ. Explicemus ergo has quasi merces, ut omnes qui uelint etiam nulla mercede quantum uelint, consequantur. Id quidem iam constat, εἶναι περί τι, uersari in re aliqua, esse dicendum, quoniam ita Ciceronem uidemus transtulisse, περί τε θάτερον ὢν καὶ περὶ τὸ ταυτόν, quæ uersatur in ijs quæ sunt semper eadem & in ijs quæ mutantur. Quo loco, ut intelligi potest, non solum ordinem, sed numerũ quoq; mutauit. Sic Cicero semper in hoc genere illud περὶ dicit in. Innumerabiles ego locos proferre possum. Pro multis erit ille quinti libri de finibus, Est enim perspicuum, nullam artem in se uersari, sed esse aliud artem, aliud quod propositum sit arti. Ac non solum uersari dicit, τὸ εἶναι, hac in
B re, sed uerti etiam, & conuerti. Idem in 3. de finibus, Sola enim sapientia in se tota conuersa est. εἶναι Cicero uerti dicit, transferens locum Platonis qui superiorem proxime sequitur. Hæc sunt uerba eius, Cum autem in illis rebus uertitur, quæ manentes semper eædem, non sensu, sed intelligentia continẽtur. Non addo reliqua quoniam non extant. Platonis hæc sunt, ὅταν δὲ αὖ περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ. Hæc enim tam pauca uerba Cicero illustrauit illis pluribus. Ita etiam in 2. de offic. illud εἶναι dicit uerti. Etenim uirtus omnis fere in tribus rebus uertitur. Nec tamen illud esse adeo uitat, quin eo in simili genere utatur. Nam locũ eum quem proximè protuli, hæc sequũtur, Quarum una est in inspiciendo quid in unaquaq; re uerum synceruḿq; sit. Nihil hoc loco dico de illo genere dicendi, quod & splendidũ est &
C apud Cic. usitatissimũ, Versari in studijs, uersari in causis, uersari in foro. Nam alio loco quid sentirẽ de eo, dixi. Hoc autẽ de quo agimus ad res ferè inanimas, præsertim ad artes, uirtutes & uitia omne accommodatur. Atque ut omnem meam de eo aperiam sententiam, illud ipsum εἶναι Cicero disertè interpretari mihi uidetur interdum, Cerni. Nonnullos proferam locos, ut omnes quid uelim, intelligant, cum intellexerint uel probare consilium meum ijs liceat uel improbare. In primo de officijs, Sequitur ut de una reliqua parte honestatis dicendum sit, in qua uerecundia & quasi quidam ornatus uitæ, temperantia & modestia, omnisq; sedatio perturbationum animi, & rerum motus cernitur. Eodem libro quo loco disserit de fortitudine, Omnino fortis animus & magnus animus duabus rebus maximè cernitur.
D Qui hos Aristotelis de moribus libros à nobis translatos legerint, ita multis locis εἶναι conuersum esse animaduertent. Proferam locos aliquot Aristotelis & græcos, & à me uersos in latinum ex græco, ut omnes intelligant, non solum Aristotelem hoc genus dicendi eodem modo tractare, quo à Platone tractatur, sed ita etiam latinè dici posse, ut à Cicerone transfertur. Lib. 3. cap. 9. περὶ θάρρη δὲ καὶ φόβους ἡ ἀνδρεία οὖσα, οὐχ ὁμοίως περὶ ἄμφω ἐστίν. ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τὰ φοβερά. Quem locum sic transtuli, Fortitudo autem cum in audacia metuq; uer-

A bationem. Ita πιστεύειν & συγκατατίθεσθαι assentiri erunt, & approbare. Ap-
probare autem dico, ut dicimus, Approbare uera pro falsis, aut contra. Nam illud
δοκιμάζειν probare est id quidem, sed experiri magis dicitur, & ad perso-
nam refertur. Aristoteles 8. lib. huius operis cap. 4. οὐ γὰρ ῥᾴδιον, οὐδενὶ πιστεῦ-
σαι περὶ τοῦ ἐν πολλῷ χρόνῳ ὑπ' αὐτῶν δεδοκιμασμένον, id est, Difficile est
enim criminationibus de eo oblatis qui tibi lōgo tempore probatus sit, credere. Nā
πιστεύειν etiam credere & habere fidem dicitur, πίστις interdum auctoritas uoca-
tur, πιστὸς qui habet auctoritatem. Aristoteles 10 huius operis cap. 1. οἱ γὰρ περὶ
τῶν ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσι λόγοι, ἧττόν εἰσι πιστοὶ τῶν ἔργων. Quē
ego locum sic transtuli, Omnis enim quæ de perturbationibus & officijs habetur
oratio, minorem quā res ipsa habet auctoritatē. Sic Cicero in exordio libri de se-
B nectute, Omnem autem sermonem tribuimus non Thitono, ut Aristo Chius, ne pa-
rum esset auctoritatis in fabula: sed M. Catoni seni, quo maiorem auctoritatem ha
beret oratio. i. ἵνα μᾶλλον αἱ εἶεν πιστοὶ οἱ λόγοι.

Fortuitam habebit scientiam, κατὰ συμβεβηκὸς ἕξει τὴν ἐπιστήμην.) Alio loco
docui illud κατὰ συμβεβηκὸς fortuito, casu, & fortuitu esse dicendum. Quis enim
ita latinè dici putet, nisi à latinæ orationis consuetudine remotißimus, habebit scien
tiam per accidens?

CAP. IIII.

EST'QVE aliud artis effectio, aliud actio, ἕτερον δ' ἐστὶ ποίησις καὶ πρᾶ-
ξις.) Cicero in 4. Academ. quæst. Græcos secutus aliud esse dicit ποιεῖν, aliud
πράττειν, aliúdque ποιητικὴν τέχνην, aliud τὴν πρακτικήν. Itaque quoniam
C Aristoteles hoc capite hæc uerba inter se discrepare docet, non alienum est repete-
re uerba Ciceronis quæ protuli tum cum secundum caput primi libri exponerem.
Quod idem, inquit, in similibus quoq; artibus contingit, quarum omne opus est in
faciendo aut agendo. Hoc idem tractat Quintilianus, cum genera artium diuidit.
ποίησιν autem uocat idem Cicero artis effectionem in 3. de finibus, & operis ef-
fectum in secundo de natura Deorum, quorum utrosq; locos alio loco protuli.

Inscitia, ἀτεχνία.) Quemadmodū τεχνίτης dicitur artifex, sic ἄτεχνος inscius
à Cice. in 4. Academ. quæst. Ars uero quæ potest esse, nisi quæ non ex una, aut
ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat? quam si subtraxeris, quì di
stingues artificem ab inscio? Quem locum mutuatus est ab Aristotele, qui in proœ-
D mio τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ scribit his ferè uerbis, γίνεται δὲ τέχνη, ὅταν ἐκ πολ-
λῶν τῆς ἐμπειρίας ἐννοημάτων, καθόλου μία γένηται περὶ τῶν ὁμοίων ὑπό-
ληψις. ἐννόημα rectè dicit animi perceptionem, quanquam magis uertat κατά-
ληψιν uerbum Stoicorum. Nam eodem libro ἐννοίας uertit notitias, & notiones
Sed ad rem. ἀτεχνίαν ergo inscitiam, Ciceronis auctoritatem secutus interpre-
tor. Aristoteles etiam οὐκ εἰδότας dicit, quos Cicero appellat inscios. Proximo cap.

διὸ καὶ ἔνιοι οὐκ εἰδότες ἑτέρων εἰδότων πρακτικώτεροι. *Atqui haud ſcio, an* E
ἀτεχνίαν *commode latinè poßimus dicere, inertiam, & ἀτέχνους inertes.*

CAP. VI.

QVOD *ſi ſalubre & ſummum hominis bonum & piſcium non idem eſt,* εἰ δὴ ὑγιεινὸν μὲν καὶ ἀγαθὸν ἕτερον ἀνθρώποις καὶ ἰχθῦσι.) *Cicero ſecundo de finibus, Nec tamen ullo modo ſummum pecudum bonum & hominis idem mihi uideri poteſt.*

Eiq; ſe ac ſua cõmittant, καὶ τούτῳ ἐπιτρέψειαν αὐτά.) *Cicero ſecũdo de offic. hunc latius locum explicauit, Itaque his ſalutem noſtram, his fortunas, his liberos rectißimè committi arbitramur.*

Itaq; in belluis quibuſdam ineſſe prudentiam dicimus, διὸ καὶ τῶν θηρίων ἔνια φρόνιμα φασὶν εἶναι. *Cicero hunc locum latius tractauit in 2. de finibus, Vide-* F
mus in quodam uolucrum genere nonnulla iudicia pietatis, cognitionem, memoriam in multis etiam diſciplinam.

Ex quibus conſtat mundus, ἐξ ὧν ὁ κόσμος συνέστηκε.) *Cicero in 4. de finib. Sumus igitur homines, ex animo cõſtamus & corpore.* συνεστάναι *hic abſolutũ eſt. Nam actiuũ à Cicerone in lib. de Vniuerſitate uertitur multis modis.*

Faciles ad concoquendum carnes, εὔπεπτα κρέα.) *Sic Cicero dicit in ſecundo de finib. Cibum facillimum ad concoquendum, loquens de quodã Thorio uoluptario homine, Cupiditates, inquit, nõ Epicuri diuiſione finiebat, ſed ſua ſatietate: habebat tamen rationem ualetudinis, utebatur his exercitationibus, ut ad cœnam & eſuriens & ſitiens ueniret, eo cibo qui & ſuauißimus eſſet, & idem facillimus ad* G
concoquendum. uino ad uoluptatem & ne noceret. Aliàs cum poſteriore ſupino illud facile iungit.

CAP. VII.

SVNT *autem & ciuilis ratio & prudentia,* ἔστι δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ φρόνησις.) *Hoc cap. diſputat Ariſtot. de generibus prudentiæ. Cicero quidem duo genera facit prudentiæ in partitionibus, uocátq;* τὴν πολιτικὴν *ciuilem prudentiam, Atq; illa, inquit, prudẽtia in ſuis rebus domeſtica, in publicis ciuilis appellari ſolet. Quã domeſticã dicit prudẽtiam, Ariſt. uocat* οἰκονομίαν *hoc ipſo cap.* ἐκείνων δὲ, ἡ μὲν οἰκονομία, ἡ δὲ νομοθεσία. *Cic. autẽ quaſi ſit* οἰκονομική, *ita dicit domeſticam.* πολιτικὴν *autẽ cùm Ariſtot. dicit omnino, Cicero uocat ciuilẽ rationem in 1. libro de inuentione, & ciuilem ſcientiam. Ciuilis, inquit, quædam ratio eſt quæ multis & magnis ex rebus cõſtat. Eius quædam magna & ampla pars eſt ar-* H
tificioſa eloquentia, quam rhetoricam uocant. Nam neq; cum ijs ſentimus qui ciuilem ſcientiam eloquentia non putant indigere, &c.

Quæ eadem iam commune habet nomen prudentiæ, καὶ ἔχει αὕτη τὸ κοινὸν ὄνομα, φρόνησις.) *Græci in nominatiuo ponunt, & ſi uerbum* ἔχω *ſit propoſitum. Latini id nomen ponunt in genitiuo.*

A CAP VIII.

DISCREPAT autem à deliberando quærere, ζητεῖν δὲ καὶ βουλεύεσθαι διαφέρει.) Sic Cic. lib. 3. Tusc. quæst. Discrepat enim à timendo confidere.

Aiunt celeriter conficienda esse quæ suscipimus, lente capiendum consilium, καί φασι πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ βουλευθέντα, βουλεύεσθαι βραδέως.) τὰ βουλευθέντα, quæ statuta sunt & decreta. Salustius in Catilinario bello sic hanc sententiam explicauit, Prius quàm incipias, cōsulto, ubi cōsulueris, mature facto opus est. Diserte conuertit τὰ βουλευθέντα, pro βουλευθεὶς, ubi consulueris, ταχὺ dicit maturè, & δεῖ πράττειν, & βουλεύεσθαι consulto & facto opus est. Et quoniam apud Aristotelē, βουλεύεσθαι βραδέως, legitur, deesse lente apud Salust. arbitror.

CAP. X.

B DEMONSTRATIONES, ἀποδείξεις.) Hoc uerbū latinū apud Ciceronem nisi semel non legi, idq; in 4. de finibus, Loquens enim de inuētis Peripateticorum, Quā multa, inquit, ab his conquisita & collecta sunt de omniū animantium genere, ortu, membris, ætatibus? q̄ multa de rebus his quæ gignuntur è terra? q̄ multæ de rebus uarijs & causæ cur quicque fiat, & demonstrationes quemadmodum quæque fiant? Aliàs uocat argumenti conclusionem, definitione adiecta, ut in 4. Academicarum quæstionum, Itaq; argumenti conclusio, quæ est græcè ἀπόδειξις ita definitur, Ratio quæ ex rebus perceptis ad id adducit quod non percipiebatur.

Vsu peritorum, ἐμπείρων.) ἐμπείρους Cicero in 1. de offic. uocat usuperitos, Nec uero alienum est, ad ea eligenda quæ dubitationem afferunt adhibere doctos homines, uel etiam usuperitos, & quid his de unoquoq; genere officij placeat exquirere. Nunq̄ dicit expertos. Alio loco docui ἐμπείρους etiam exercitatos ab eo appellari.

C

CAP. XI.

PROPOSITVM enim uirtus rectum efficit, ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθόν.) Eadem sententia paulo post sequitur, τὴν μὲν οὖν προαίρεσιν ὀρθὴν ποιεῖ ἡ ἀρετή, Supra enim ostendimus τὴν προαίρεσιν & τὸν σκοπὸν aliquoties pro eodem poni.

Est uis certè quædam, quam ingeniū appellant, ἔστι δή τις δύναμις, ἣν καλοῦσι δεινότητα.) δεινότητα hoc loco alij habilitatem, alij industriam, alij aliter interpretantur. Habilitatis nomen usurpat Cicero, sed pro oportunitate & commoditate, quam aptitudinē alij barbare dicūt, & habiles appellat cōmodos, ut in 1. de Oratore loquēs de oratione quā Socrati detulit Lysias, Sicyonios calceos aptos & habiles ad pedem dicit. In primo de legibus, Omitto oportunitates habilitatésque reliqui corporis. Industriam autem semper pro labore dicit. δεινότης autem uis est insita nobis, aut seminarium quoddam prudentiæ, quod ingenium cum ex multis locis Ciceronis intelligi potest, tum ex his maximè. Scribit quidem in 1.

D

de Oratore libro his ferè uerbis, Omnes enim siue artis sunt loci, siue ingenij cuiusdam atq; prudentiæ, qui modo insunt in ea re de qua scribimus, inquirẽtibus nobis, omniq; acie ingenij contemplantibus ostendunt se & occurrunt. Eodem libro, Cum Q. Scæuola æqualis & collega meus, homo omnium & disciplina iuris ciuilis eruditissimus, & ingenio prudentiaq; acutissimus & oratione maximè limatus &c. Cùm ingenium & prudentiam his locis pro eodem penè dicat, idem ferè dicit & sentit quod Aristoteles, qui paulo infra, ἔστι δὲ φρόνησις οὐχ ἡ δύναμις, ἀλλ' οὐκ ἄνευ τῆς δυνάμεως ταύτης. i. Non est autem idem quod hæc uis prudentia, & si esse sine ea nullo modo possit. Itaq; docilitatẽ & memoriam in 5. lib. de finib. uno ingenij nomine dicit ferè appellari solere, & eos qui eas uirtutes habent, ingeniosos uocari, his uerbis, Prioris generis est docilitas, memoria; quæ ferè omnia appellantur uno ingenij nomine, eásque uirtutes qui habent ingeniosi uocãtur. Illud prius genus quod uocat, est earũ uirtutũ quæ ingenerãtur suapte natura. Ingeniosos dicit quos δεινοὺς Aristot. appellat, interdũ eos acutos uocat, interdũ argutos, aliàs cautos. δεινότητα interdum uertit aciem & uim ingenij, interdum acumen. In 2. de Oratore, Cum ad inueniendum in dicẽdo hæc tria sint, acumen, deinde ratio, quam licet si uolumus appellemus artem, tertium diligentia non possum equidẽ non ingenio primas cõcedere. Quod enim primum dixerat acumẽ, post ingeniũ nominat. Hoc addam, qui sæpe apud Ciceronem scriptum illud legerint, Ars naturam adiuuat: Et illud, Arti præstare naturã: eos facile intelligere naturæ nomẽ dictum esse pro ingenio. Quod uocabulum quanq̃ δεινότητι possit respondere, tamẽ εὐφυΐα proprie respondet, quo uerbo in tertio Aristoteles utitur, & εὐφυὴς bene natus, generosus, aut potius magno ingenio præditus & ingeniosus dicitur. Nam generosus potius εὐγενὴς dicitur & optimè natus, & ingenuis moribus præditus nominatur, quod uerbum usurpat in decimo pene extremo. Itaq; addit τὸ ἦθος adiectiuo εὐγενές. Inter εὐγένειαν autem & εὐφυΐαν hoc interest, quòd εὐγένεια ad uirtutes naturales & ingenitas pertinet, quæ semina dicuntur uerarũ uirtutum quæ more perficiuntur. εὐφυΐα autem ad prudentiam. Itaq; Aristot. tertio libro huic uirtuti attribuit iudicium. ἀλλὰ φῦναι δεῖ ὥσπερ ὄψιν ἔχοντα, ᾗ κρινεῖ καλῶς καὶ τὸ κατ' ἀλήθειαν ἀγαθὸν αἱρήσεται. καὶ ἔστιν εὐφυὴς ᾧ τοῦτο καλῶς πέφυκε. Quis sit autem is oculus quo iudicat uerè, deinceps explicat, τὸ γὰρ εὖ καὶ τὸ καλῶς τοῦτο πεφυκέναι, ἡ τελεία καὶ ἀληθινὴ ἂν εἴη εὐφυΐα. Quod autem dixi de εὐγενείᾳ, non de ui & ratione propria nominis intellectum uolo, sed de translata. Nam εὐγένεια propriè nobilitas dicitur, quã in primo Rhetoricorum Aristoteles definit, & in secũdo quid inter εὐγενὲς & γενναῖον intersit, explicat, ἔστι δὲ εὐγενὲς μὲν κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετήν, γενναῖον δὲ κατὰ τὸ μὴ ἐξίστασθαι ἐκ τῆς φύσεως. Ducta est autem nobilitas à generis uirtute, generosum uerò ex eo quòd non degenerauit.

E F G H

A Verbi causa, λόγου χάριν.) Cicero lib. 4. Acad. quæst. una eademq; pagina
illud λόγου χάριν dicit & uerbi causa & uerbi gratia. Placet enim Chrysippo
cũ gradatim interrogetur, uerbi causa, tria pauca sint, ánne multa, aliquãto prius
q̃ ad multa perueniat quiescere. i. quod ab ijs dicitur ἡσυχάζειν. Paulo post, Sin
autem usq; ad nouẽ, uerbi gratia, sine dubitatione respondes pauca esse, in decimo
insistis, etiam à certis & illustribus cohibes assensum.

Quod occurrerit, ὃ τυχόν.) hoc Cicero quod occurrerit dicit, & quod in men
tem inciderit. quoniam, ut mea fert opinio, τὸ ἐντυγχάνειν sit occurrere.

Quare non potest quisquam, qui non idẽ bonus sit, prudens esse, ὥστε φανερὸν,
ὅτι ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι, μὴ ὄντα ἀγαθόν.) Cicero ijsdem ferè uerbis
hunc locum uertit in 2. de offic. Sed ne quis sit admiratus, cur cũ inter omnes Phi-
B losophos constet, à méq; ipso sæpe disputatum sit, qui unam haberet, omnes habe-
re uirtutes, nunc ita seiungam ipsa, quasi poßit quisquam qui non idem prudens
sit, iustus esse.

CAP. XII.

SIMVL atq; in lucem editi sumus, εὐθὺς ἐκ γενετῆς.) Dicam hoc loco quid
de hoc dicendi genere sentiam. Equidem cum multum diúq; quæsiuissem quæ ra
tio dicendi nostræ illi apud Græcos par esset, & illi, ab Adolescentia, & iam in-
de ab adolescentia, illis omnibus & cæteris eiusdem generis, reperi unum illud ge
nus Græcorum respondere. Ac illud quidem, Ab adolescentia, abineunte ætate,
à puero, quibus utitur Cicero: & illa, Iam inde ab adolescentia, Iam inde à pue-
C ro, & alia eiusdem generis quibus & Terentius & alij utuntur, non est dubium
quin illis Græcorum respondeant, εὐθὺς ἐκ νέων, εὐθὺς ἐκ παίδων, & alijs ta-
libus. Illa autem fortaßis minus aperta sint, de ijsq; maior sit quædam controuer-
sia, Simul atq; in lucẽ editi sumus, ut primùm excesit è pueris, ut primùm excesit
ex ephebis. Proferam ergo locum Demosthenis ex oratione pro Ctesiphonte, quẽ
Cicero pro Archia ita cõuertit, ut quod uelimus facile poßimus consequi, ἐμοὶ μὲν
τοίνυν, ὑπῆρξεν Αἰσχίνη, παιδὶ μὲν ὄντι φοιτᾶν, εἰς τὰ προσήκοντα διδα-
σκαλεῖα, καὶ ἔχειν ὅσα χρὴ τὸν μηδὲν ποιήσοντα δι' ἔνδειαν. ἐξελθόντι δὲ ἐκ
παίδων ἀκόλουθα τούτοις πράττειν. Cicero pro Archia, Nam ut primũ ex pue
ris excesit Archias, atq; ab his artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem infor
D mari solet, se ad scribendi studium contulit: primo Antiochiæ (nam ibi natus est
loco nobili & celebri quondam urbe & copiosa, atq; eruditißimis hominibus, li-
beralißimisq; studijs affluẽti) celeriter antecellere omnibus ingenij gloria contigit.
Quod Demosthenes dixit, ἐξελθόντι ἐκ παίδων, ὑπῆρξεν, Cicero uertit, ut pri
mum ex pueris excesit, contigit. Abesse autem arbitror, εὐθὺς, quod ut putem, me
admonet similis locus orationis contra Midiam, in quo est, καὶ γὰρ ἐτριηράρχουν
εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών. Itaq; legendũ arbitror, ἐξελθόντι δ' εὐθὺς ἐκ παί-

δων. nisi forte intelligatur. Idem pro illo ut primum, aliquando cum primū dicit. In E
libro 13. epistolarum familiarium epistola prima, Nā quid ego de Cicerone dicam? qui cum primum sapere cœpit, acerbißimos dolores miseriásque percepit? Simile ferè est quod in Andria dicit Terentius, Nam is postquam excessit ex ephebis: nisi q; illud postq̄ magis sonat ὡς, uel ἐπειδὴ. ut quale est eiusdem illud Demosthenis περὶ στεφάνου, καὶ μετὰ ταῦτα ὡς εἰσῆλθεν ἡ βουλή, καὶ ἀπήγγειλον οἱ πρυτάνεις τὰ προσηγγελμένα ἑαυτοῖς, &c. Illud enim ὡς ualet ut nostrum, quod significat postquam, seu postaquam. Quanquam mea quidem sententia, illud totum accipiendum est μετὰ ταῦτα ὡς. quod uerbum è uerbo dicimus postaquā, ἐπειδὴ autem adeo usitatum est apud Demosthenem, Aeschinem, & alios Græcos, pro postquam uel postaq̄ ut non sit opus hoc exemplis facere longius. Quod
autem Cicero dicit simul ac & simul atque, id Græci ἅμα uocant. Demosthenes F
περὶ στεφάνου, τῇ δ' ὑστεραίᾳ, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, οἱ μὲν πρυτάνεις τὴν βουλὴν ἐκάλουν εἰς τὸ βουλευτήριον, id est, Postridie uerò simul ac diluxit. Aeschines etiam ἅμα τῇ ἡμέρᾳ non semel dixit, καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, ἡγεῖτο τοῖς πρέσβεσιν εἰς τὸ θέατρον. Græci ergo illud ἅμα tantum dicunt, quod Cicero & simul ac & simul atq; conuertit. Titus autem Liuius Græcos imitatus simul tantūmodo hac in re dicit. Lib. 4. ab urbe condita in concione C. Canuleij Tribuni plebis quonā habuit de connubio patrum & plebis, & ut alter consulum ex plebe fieret. Et simul ego tribunus uocare tribus in suffragium cœpero, tu statim c o s. sacramēto iuniores adiges. Sed ad id unde digreßi sumus reuertamur. εὐθὺς ἐκ γενετῆς, dico, Simul atq; in lucem editi sumus. i. simul atq; orti. Idem efficit quod ait in 8. cap. G
7. εὐθὺς γενόμενα, loquens de parentum amore erga liberos. οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς γενόμενα στέργουσι. Cicero in procemio tertij Tusculanarum quæst. Nūc autem simul atq; editi in lucem & suscepti sumus, cōtinuo in omni prauitate & in summa opinionū peruersitate uersamur. Idem in 5. de finibus sic hoc transfert, simul atq; ortus est: Cum igitur ea sit quam exposui, forma naturæ, si ut initio dixi, simul atq; ortus esset, se quisq; cognosceret &c. Paulo post dicit, A primo ortu. Nunc uerò à primo quidē ortu mirabiliter occulta natura est, nec perspici, nec cognosci potest. Paulo post abest à præpositio, Parui enim primo ortu sic iacent, tanquam omnino sine animo sint. In 2. de finib. hoc etiam dicit, simul ut ortū est: Omne enim animal
simul ut ortum est, & seipsum & omnes partes suas diligit, πᾶν γὰρ ζῶον ἑαυ- H
τόν τε καὶ τὰ ἑαυτοῦ μέρη φιλεῖ ἐκ γενετῆς. Aristoteles primo captite secundi libri huius operis dicit, εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, οὐ μικρὸν οὖν διαφέρει τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι. Quod Virgilius dixit, Adeo à teneris assuescere multum est. Pro eodem dicit ἐκ παίδων ἐθιζόμενος in 7. libro huius operis, cap. 5. Idem ualet quod ait, ἐκ νέου ἀγωγῆς ὀρθῆς τυχεῖν. 10. lib. cap. postremo. Illud etiam usurpat quod quidam Latini secuti sunt, ἐκ νηπίου. i. ab incunabulis.

A Ergo aliàs addit illud εὐθὺς, aliàs prætermittit. Quod etiam nostri secuti sunt. Ac
Cicero quidem semper prætermittit, iam inde, quod alij adhibent.

Quæ propriè est uirtus esse sine prudentia nullo modo potest, οὐ κυρία οὐ γί-
γνεται ἄνευ φρονήσεως.) Et paulo post, δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι οὐχ
οἷόν τε ἀγαθὸν εἶναι κυρίως ἄνευ φρονήσεως. Cicero cùm hos & alios eiusdem
generis locos tractat, addit, nullo modo, uel nullo pacto. quæ duo uerba sequitur
potest, & infinitum uerbum illis præponitur. In proœmio primi de officijs, Fortis
uero dolorem summũ malum iudicãs, aut temperans uoluptatem summum bonum
statuens, esse certè nullo modo potest. Interdum dicit nullo pacto. In libro de ami-
citia, Qui autẽ in uirtute summũ bonum ponũt, præclare illi quidem, sed hæc ipsa
uirtus amicitiã gignit & continet, nec sine uirtute amicitia esse nullo pacto potest.

B Itaq; omnes uirtutes prudentiæ nomine appellãt, διόπερ φασὶ πάσας τὰς ἀρετὰς
φρονήσεις εἶναι.) Cic. 3. de finib. extremo, Ad eas uirtutes de quibus disputatũ
est, dialecticam etiã adiungunt & physicã, eásq; ambas uirtutum nomine appellãt.

Et Socrates quidem, καὶ Σωκράτης μὲν.) Non possum præterire hoc loco ge-
nus dicẽdi Ciceronis, quod, quantũ intelligere possum, à Græcis est mutuatus. Quo-
tiescunq; enim affert auctoritatem alicuius, initio orationis, nomen eius ponit, cui il-
lud quidem solet adiungere. In lib. de senectute, Cyrus quidẽ apud Xenophontem
eo sermone quẽ moriens habuit, cùm admodũ senex esset, negat se unquam sensisse sene-
ctutem suã imbecilliorem factam, quàm adolescentia fuisset. In 1. Tusc. quæst. Dicæar-
chus quidẽ & Aristoxenus, quia difficilis erat animi quid aut qualis esset intelligen-
C tia, nullum omnino animum esse dixerunt. Multos alios locos proferre possem, sed
uereor ne sim longior. Illud autem intelligendum est, in hoc genere nec apud Græ-
cos secundo loco δὲ dici, nec apud latinos autem.

Nam quod uirtutes omnes prudẽtias putauit esse, errauit, quod autem eas nõ sine pru-
dentia esse censuit, præclare dixit, ὅτι μὲν γὰρ φρονήσεις ᾤετο εἶναι πάσας τὰς ἀρε-
τάς, ἡμάρτανεν. ὅτι δ' οὐκ ἄνευ φρονήσεως, καλῶς ἔλεγε.) Hanc quoq; Græ-
corũ rationem dicẽdi, Cicero imitatus est. In 4. de finib. Stoici autem quod finẽ bono-
rum in una uirtute ponunt, similes sunt illorũ. Quod autẽ principium officij quæ-
runt, melius quàm Pyrrho: quod ea non occurrentia fingunt, uincunt Aristonem: quod autem
ea quæ ad naturam accomodata & per se assumenda esse dicunt, non adiungunt
D ad finem bonorum, desciscunt à natura.

Vt agamus impellit, ποιεῖ πράττειν.) Lingua nostra Gallica hanc phrasim
ut plerasq; à Græcis mutuata est. Sic enim dicimus, Qui ta faict faire cela, Quis te
ut id faceres impulit? Cicero enim illud ποιεῖ in hoc genere dicit impellit, cui solet
aliàs ut dare, aliàs ad præpositionem. In 4. de finib. Non enim actionis aut officij
ratio impellit ad ea quæ secundum naturam sunt appetẽda. Itaq; ad huius loci imi-
tationem, hunc quem tracto dirigere potui. Nam & hæc ad finem, & illa impellit.

ad ea quæ finem ſpectant agenda. In tertio de finibus, Sic apparet à natura ipſa, ut eos quos genuerimus, amemus impelli. Alio loco docui ἀναγκάζειν idem efficere. Cicero, id quod mirum eſt, hanc phraſim Græcorum ſemel expreßit ad uerbum. Iungit enim uerbum facio cum uerbo infiniti modi in ſecundo de legibus, Facit languere. E

Iam ſimiles illi ſunt, ut ſi quis ciuilem ſcientiam imperare dicat dijs, ἐπεὶ ὅμοιον κἂν εἴ τις τὴν πολιτικὴν φαίη ἄρχειν τῶν θεῶν. *Sic ferè in 7. cap. 7.* ὅμοιον οὖν ὥσπερ ἄψυχον συμβαλεῖν πρὸς ἔμψυχον. *Cicero hoc genus mutuatus eſt, ſed illud* ὅμοιον *non facit neutrum, ſed uel adiectiuum uel aduerbium. In libro de ſenectute, Nihil ergo afferunt, qui in re gerenda uerſari ſenectutem negant, ſimileſq; ſunt, ut ſi qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant &c. In tertio de natura Deorum, Tu autem qui id quæris ſimiliter facis, ac ſi me roges cur te duobus contuear oculis. Interdum illud* ὅμοιον *dicit idem, ut in 4. de finibus, Quamobrem utriq; idem faciunt, ut ſi læuam partẽ negligerent, dextram tuerentur. Ariſtoteles in ſecundo huius operis illud dicit,* ὅμοιον ποιεῖν. ὅμοιόν τι ποιοῦσι τοῖς κάμνουσιν, οἳ τῶν ἰατρῶν ἀκούουσι μὲν ἐπιμελῶς, ποιοῦσι δ' οὐθὲν τῶν προσταττομένων. *Cicero interdum illud* ὅμοιον *in hoc genere, nõ dicit, Simile eſt, ſed id nominibus ijs exprimit, quæ huic ſunt contraria non præpoſita. Idem enim ualent hæc duo, Simile eſt, &, Nihil intereſt. Coniungam duos locos, alterum Ariſtotelis, alterum Ciceronis, quo res facilius intelligatur, ſitq; teſtatior. Ariſtoteles ſexto capite ſecundi libri huius operis,* ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν καὶ περὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ δειλαίνειν, καὶ ἀκολασταίνειν εἶναι μεσότητα, καὶ ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν. *Cicero hunc locum in quarta Tuſculana interpretatus eſt diſertißimè, Quamobrem nihil intereſt, utrum moderatas perturbationes approbent, an moderatam iniuſtitiam, moderatam ignauiam, moderatam intemperantiam. Dixit ergo illud* ἀξιοῦν εἶναι μεσότητα περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ δειλαίνειν καὶ ἀκολασταίνειν, *approbare moderatam iniuſtitiam, moderatam ignauiam, moderatã intemperantiam. Quanquã pene ad uerbum paulo antè illud idẽ ſic expreßit, Modum uitio quærere. Qui modum igitur uitio quærit, ſimiliter facit, ut ſi poſſe putet eum qui ſe è Leucade præcipitauerit, ſuſtinere ſe cum uelit. Sed hæc ipſa alio loco tractata ſunt à nobis. Hinc iam ſciri poteſt, pluribus nos modis hoc genus exprimere, quàm Græci faciant. Atque dum hæc probo, etiam illud perſpici potuit, à Cicerone dici bifariam per aduerbium, Similiter facis ac, & Similiter facis, ut.*

F G H

A ANNOTATIONES IN LIBRVM SEPTIMVM. CAP. I.



VITIOSITATEM, κακίαν.) Interdū κακίαν appello uitiositatem, in quo Ciceronem auctorem adhibui, qui in quarto Tusculanarum quæstionum hoc uerbum ita interpretatur. Huius igitur uirtutis contraria est uitiositas. Sic enim malo quàm malitiam appellare eam quam Græci κακίαν appellant. In tertio autem de B finibus κακίαν uertit uitium. Quod enim uituperabile est per se ipsum, id eo uitium nominatum puto, uel etiam à uitio ductum uituperari. Sin κακίαν malitiam dixisses, ad aliud nos unum certum uitium consuetudo latina traduceret. Hoc omni uirtuti uitium contrario nomine opponitur. Et paulo ante, Quas enim Græci κακίας appellant, uitia malo q̃ malitias nominare.

Quæ supra nos est, τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς.) Sic dixi ὑπὲρ ἡμᾶς, ut Cicero in secundo libro de natura Deorum, ὑπὲρ ἄνθρωπον, supra hominem nominauit. Quartus autem gradus & altißimus eorum qui natura boni sapientésque gignuntur, quibus à principio innascitur ratio recta constánsque, quæ supra hominem putanda est.

C Vt Priamum Homerus de Hectore loquentem facit, ὥστε ὅμηρος πεποίηκε λέγοντα.) Latini hoc genus dicendi à Græcis habent. Cicero quinto Tusc. quæst. extremo, At uero Polyphemum Homerus cū immanem ferúmque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit. Paulo antè, Itaq; Augurem Tiresiā, quem sapientem fingunt poëtæ, nunquam inducunt deplorantem senectutem suam. Sed de hoc genere alio loco dixi.

Qui permaneat in suscepto consilio, ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ.) Græci ἐμμένειν τῷ λογισμῷ, & προαιρέσει dicunt, Cicero appellat permanere in proposito susceptóque consilio. ut primo de officijs, Catoni autem cum incredibilem natura tribuisset grauitatem, eámq; ipse perpetua constantia roborasset, sempérque D in proposito susceptóque consilio permāsisset: moriendum potius q̃ tyranni uultus aspiciendus fuit. ἐμμένειν ergo λογισμῷ est permanere in suscepto consilio. Aristot. cap. 9. huius lib. dicit, ἐμμένειν τῇ προαιρέσει, quod Cic. permanere in proposito nominauit. Nam alio loco docui quod προαίρεσιν Græci dicunt, Latinos propositū uocare. Quanq̃ hoc loco illud proposito adiectiuū esse arbitror. Verba Arist. posui, πότερον οὖν ἐγκρατὴς ἐστιν ὁ ὁποιῳοῦν λόγῳ ἢ ὁ ποιανοῦν προαιρέσει

ἐμμενῶν. ἢ ὁ τῇ ὀρθῇ. Nos cũ explicaremus quendã locũ libri 3. ostendi Cic. quod E
Aristot. diceret, ἐμμένειν τοῖς γνωσθεῖσι, dicere, Stare in eo eo quod est statutũ,
& permanere in sententia, ꝙ γνώμη esset sentẽtia latinè. Quod Thucydides dicit
in primo, ἔχεσθαι τῆς γνώμης ἀεὶ τῆς αὐτῆς. i. Permanere uel esse semper in ea-
dem sententia. Initium est orationis seu concionis Periclis, τῆς μὲν γνώμης, ὦ Ἀθη-
ναῖοι ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι. ἐμμένειν ταῖς δόξαις Aristot. 4. cap. huius lib. dicit,
quod Latini dicũt, permanere in opinione & sentẽtia quoniã δόξα est opinio, &
sententia. nec commodè dici potest latinè, permanere in opinatis. cap. etiam 7. dicit
ἐμμένειν οἷς βουλεύσηταί τινος. quod Cicero rectè & disertè interpretatur, in
primo de finib. Tenere & seruare id quod statuerunt. Nec enim satis est iudica-
re quid faciendum non faciendúmue sit, sed stare etiam oportet in eo quod sit iudi-
catum. Pleriq; autem ꝙ tenere atq; seruare id quod statuerunt non possunt, uicti F
& debilitati obiecta specie uoluptatis, tradunt se libidinibus constringendis. Paulo
post utitur hoc etiam genere, Retinere suum iudicium, quo in loco iudicium non est
græcè κρίσις, sed uel λόγος, uel προαίρεσις, uel λογισμός. Ciceronis uerba
hæc sunt, Qui autem ita frui uolunt uoluptatibus, ut nulli propter eas dolores
consequantur: qui suum iudicium retinent, ne uoluptate uicti faciant id quod sen-
tiant non esse faciendum: hi uoluptatem maximam adipiscuntur prætermitten-
da uoluptate. Quod Cicero dicit facere id quod sentiunt non esse faciendum,
ab Aristotele mutuatus uidetur. Ait enim sic proximo cap. τἀναντία τῷ πράττει
ὧν ὑπολαμβάνει διὰ τὴν ἀκρασίαν. i. uoluptate uictus facit id quod sentit
non esse faciendũ. ut numerum pro numero posuisse uideatur. Teneamus ergo hoc
uerbum græcum quod par ei est quod Cicero crebris usurpat sermonibus, ὑπο- G
λαμβάνειν sentire. Aristoteles ἀναμένειν dicit, quod Cicero uertit retinere, eiq;
uerbo dat accusatiuum λόγον. quod si uertamus, retinere rationem, haud scio an
rectè dicamus: quemadmodum ne illud quidem quod idem usurpat ἐμμένειν τῷ
λόγῳ, permanere in ratione. Mihi quidem certè non uidẽtur latinæ orationes. Di-
cimus enim non permanere in ratione, sed parere & obtemperare rationi. Quocir-
ca mihi magis placet, illud retinere iudicium, & hoc, stare suo iudicio. Nec λόγος
tamen his locis idem declarat, quod his in locis, parere rationi. Valet enim idem
quod iudicium. Quod uerbum rectè uertit Terentius in Adelphis, Mea est sic ra-
tio, & sic animum induco meum. i. mea est sententia & uoluntas meúmq; iudicium.
Vsitatius ergo quoniã est retinere iudicium, q̃ retinere rationẽ, ad hoc abhorrea- H
mus, illúdq; teneamus. Contrarium illius ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ est quo hoc
cap. utitur Aristoteles, ἐκστατικὸς τοῦ λογισμοῦ. Ita uerba contraria erunt, unde
ducta sunt, ἐμμένειν τῷ λογισμῷ, & ἐξίστασθαι τοῦ λογισμοῦ. Ita etiam de cæte-
ris iudicandum est. Quoniam autẽ illud diximus eum esse qui in proposito, in sen-
tentia, & opinione permanet, hoc interpretabimur eodem modo, eum qui desistit.

A de ſententia, & ἐξίστασθαι, deſiſtere à ſententia. Cicero 3. de offic. Itaq; cũ ſunt docti à peritis, facile deſiſtunt à ſententia. Ariſtoteles uno uerbo appellat εὐμεταπείστους in 9. cap. huius lib. 7. quos Cicero dicit facile deſiſtere à ſententia, & δυσπείστους, quos poſſumus dicere, qui difficiliter, uel difficulter, uel ægre dimouentur, decedunt, & deſiſtunt à ſententia. uerba Ariſtot. hæc ſunt, εἰσὶ δ' οὓς καλοῦσιν ἰσχυρογνώμονας, οἳ δύσπειστοι, καὶ οὐκ εὐμετάπειστοι. i. Sunt etiam quos pertinaces uocant, quales ſunt ij qui ægrè nec facilè deſiſtunt à ſententia. Paulo antè, ἐμμένειν τῇ δόξῃ, & ἐξίστασθαι τῆς δόξης. ὥστε ἔστι μὲν ὡς ἑκατέρου δόξῃ, ὁ μὲν ἐμμένει, ὁ δ' ἐξίσταται. Eſt autem ἐξίστασθαι τῆς δόξης, deſiſtere ut diximus, à ſententia, uel ſententia. Quod Cicero etiam dicit, Decedere de ſententia. In 4. de finib. Quis enim poteſt, iſtis quæ tu ais breuibus delectari, & acutis auditis

B decedere de ſententia. Omnino μεταβάλλειν διὰ πάθος eodem cap. paulo poſt dicit Ariſtoteles, quod deijci de ſententia dicit Cicero, ὁ μὲν γὰρ διὰ πάθος ἢ ἐπιθυμίας ὁ μεταβάλλει ὁ ἐγκρατής. Cicero 2. Tuſc. quæſt. Non audeo id dicere quidem, & me pudet tam cito de ſententia eſſe deiectum. Ariſtot. alio etiam utitur uerbo, eodẽ cap. quod idẽ ualet quod ſuperiora, μεταπείθεσθαι. χαίρουσι γὰρ νικῶντες, κἂν μὴ μεταπείθωνται. Illud autem quoniam paßiuè dicitur, paßiuè etiam interpretor, dimoueri & deduci de ſententia, & actiuum μεταπείθειν dimouere & deducere de ſententia, quod uno uerbo etiam dicimus, diſſuadere. Cicero 4. de finib. loquens de Stoicorum ſummo bono, multis utitur orationibus in quibus ſunt multi infinitiui, qui ad uerbum unum referuntur. Itaq; nõ poſſem ullam earum proferre, dúntaxat quæ intelligeretur quin omnes proferrem. Quo-

C circa quaſi à me allatæ ſint, intelligatur hoc genus dicẽdi, quo illic utitur. Sed tamẽ tãtam uim eſſe honeſtatis, tantúmq; rebus omnibus præſtare & excellere, ut nullis nec ſupplicijs nec præmijs dimoueri poßit ex eo quod rectum eſſe decreuerit. In ſecunda in Verrem actione utitur actiuo, Dimouere de ſentẽtia, Quare ſi Glabrionis patris uim & acrimoniam ceperis, ad reſiſtendũ hominibus audacißimis, ſi aui Scæuolæ prudentiam ad proſpiciẽdas inſidias, quæ tuæ atq; horum famæ cõparantur, ſi ſoceri Scauri conſtantiam, ut ne quis te de uera & certa poßit ſentẽtia dimouere: intelliget Pop. Rom. &c.

Impotentes etiam dicuntur & animi, & honoris & lucri, ἔτι ἀκρατεῖς λέγονται θυμοῦ καὶ τιμῆς καὶ κέρδους.) ἀκρατῆ alio loco docui à Cicerone

D appellari impotentem. & ἀκρασίαν etiam impotentiam nominat in 4. Tuſculan. quæſtionum, Color, uox, oculi, ſpiritus, impotentia dictorum atque factorum quam partem habent ſanitatis?

CAP. II.

QVAESTIONIS enim explicatio eſt finis inuentio, ἡ γὰρ λύσις τῆς ἀπορίας εὕρεσίς ἐστι.) Hunc locum conuertit Cicero in 4. lib. quæſt. Academ. Quæſtio autem eſt appetitio cognitionis, quæſtioniſq; finis inuentio.

CAP III.

NON enim sunt apud quosdam, minus firmæ de ijs quæ credunt opiniones, quàm E
apud alios, de ijs quæ sciunt ipsi, ἔνιοι γὰρ πιστεύουσιν οὐδὲν ἧττον οἷς δοξάζουσιν, ἢ ἕτεροι οἷς ἐπίστανται.) Hunc locum uertens, Ciceronis illum ex primo de natura Deorum, mihi proposui ad imitandum, quoniam ad eum proximè accedit, Firmiores enim uideas apud eos opiniones esse de bestijs quibusdam, quàm apud nos de sanctißimis templis & simulacris Deorum.

Nam & ab ira & à libidine luxuriosorum, & quibusdã alijs eiusdem generis, non solum animi perturbantur, sed etiam corpora, θυμοὶ γὰρ καὶ ἐπιθυμίαι τῶν ἀφροδισίων καὶ ἔνια τῶν τοιούτων ἐπιδήλως καὶ τὸ σῶμα μεθιστᾶσιν.) Hũc locum Cicero in primo de officijs penè ad uerbum transtulit, loquẽs de appetitibus, Relinquunt enim & abijciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege F
naturæ, à quibus non solum animi perturbantur, sed etiã corpora. Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut uoluptate nimia gestiunt, quorum omnium uultus, uoces, motus, statúsq; mutantur. Cicero ergo hunc locum splendidius fusiúsq; tractauit.

Cum ergo hæc illud fugiẽdum monet, cupiditas contra ad se rapit (potest enim omnes animi partes commouere) fit ut à ratione quodam modo, & opinione distrahatur animus, ἡ μὲν οὖν λέγει φεύγειν τοῦτο, ἡ δ' ἐπιθυμία ἄγει (κινεῖν γὰρ ἕκαστον δύναται τῶν μορίων) ὥστε συμβαίνει ἀπὸ λόγου πως καὶ δόξης ἀκρατεύεσθαι.) Cicero primo de officijs hunc locum expreßit, Cum enim utilitas ad se rapere, honestas contra reuocare ad se uidetur: fit ut distrahatur in deliberando animus, afferátq; ancipitem curam cogitandi. G

ἄψυχον inanimum.) Cic. τὰ ἄψυχα multis modis uarijsq; conuertit. Nam & inanimata dicit, & inanima, & res inanimas, & res quæ sunt sine animis. Hoc postremo utitur in primo de natura Deorum, Nam locus quidem ijs etiam naturis, quæ sine animis sunt, suus est cuiq; proprius, ut terra infimum teneat.

CAP. VI.

NEQVE enim belluarum ullũ iudicium est, uel consiliũ &c. οὐ γὰρ ἔχει τὰ θηρία προαίρεσιν, οὐδὲ λογισμὸν &c.) Hunc locũ docui à Cic. esse cõuersum, cum dißererem quibus rationibus προαίρεσις transferri posset atq; deberet.

Similiter igitur facio, ut si inanimum cum animante conferrem, ὅμοιον γὰρ ὥσπερ ἄψυχον συμβαλεῖν πρὸς ἔμψυχον.) συμβαλεῖν πρός τι, Cicero dicit Conferre cum aliquo, ut πρὸς cum transferat. Idem ualet, παραβάλλειν. Demosthenes, περὶ στεφάνου, οὐ μὴν οὐδὲ δίκαιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν πρὸς τοὺς τετελευτηκότας εὔνοιαν ὑπάρχουσαν προσλαβόντα παρ' ὑμῶν πρὸς ἐκείνους ἐξετάζειν καὶ παραβάλλειν ἐμὲ τὸν ζῶντα μεθ' ὑμῶν. Hunc enim locum Cicero ita conuertit in inuectiua in Salustium, Neq; me cũ ijs conferri decet P. C. qui H

A iam decesserunt, omniq; odio carent & inuidia: sed cum eis, qui mecum unà in Rep. uersati sunt.

CAP. VII.

POTEST aliquis ita affectus esse animo, ut ab ijs uincatur, quæ etiã pleriq; superant: potest etiam ea uincere & infra se iudicare, à quibus pleriq; uincantur, ἔστι μὲν οὕτως ἔχειν, ὥστε ἡττᾶσθαι, ὧν οἱ πολλοὶ κρείττους, ἔστι δὲ κρατεῖν ὧν οἱ πολλοὶ ἥττους.)

Aliud est autem resistere, aliud uincere, ἕτερον δὲ τὸ ἀντέχειν καὶ κρατεῖν.) Sic Cic. in 2. Tusc. quæst. Aliud est enim laborare, aliud dolere. Græci ergo illud ἕτερον interdum non bis dicunt, at Latini contrà, bis semper necessario. Neq; enim latina esset illa oratio, Aliud est obsistere & uincere. ἀντέχειν Cicero aliàs resistere uertit, aliàs obsistere: quod adeo est in promptu, ut probatione non egeat. Idem ualet ἀντιτείνειν, quo Aristot. hoc cap. utitur. Dat autem illis uerbis accusatiuum cum πρὸς præpositione.

Quare expetenda quidem magis est cõtinendi ratio, q̃ resistendi fortitudo, διὸ καὶ αἱρετώτερον ἐγκράτεια καρτερίας ἐστί.) Eodem modo hunc locũ tractaui, quo Cicero in primo de officijs eum imitatus est. Quare expetenda quidem magis est decernendi ratio, q̃ decertandi fortitudo.

Vt Theodecti Philoctetes ictus à serpente) Quanquam non suscepi locos ullos Aristotelis exponendos, tamen quoniam hunc locum nemo eorum qui latinis literis hos libros interpretati sunt, illustrarunt, nõ alienũ erit, quid apud Eustratium inuenerim exponere. Theodectes poëta fuit Tragicus. is Philoctetem inducit, cuius manum serpens pungeret. Ac primum quidem diu restitit dolori, ad extremum uictus doloris magnitudine, uociferatus est, incidite manum. Hoc igitur uult Aristoteles, Hunc Philocteta mollem non esse habendum, q; non pertulerit dolores.

Vel Carcini Cercyon in Alope.) Hunc etiam locũ de sententia Eustratij explicabo. Carcinus etiam poëta fuit Tragicus. is inducit Cercyonem, qui cũ Alopen filiam constupratam cognouisset, eam rogauit, quisnam stuprũ ipsi intulisset? confirmans se omni molestia & solicitudine liberatũ iri, si adulterum nominasset. Illa cũ nominasset, Cercyon nullo modo ui doloris uictus postea potuit uiuere. Nec igitur hic Cercyon mollis habendus est, q; tam grauiter casum filiæ tulerit.

D

CAP. XI.

QVIPPE cũ is finis sit beatæ uitæ quasi architectus, οὗτος γὰρ τοῦ τέλους ἀρχιτέκτων. Sic Cic. in 1. de finib. Sed ut perspiciatis unde omnis iste natus sit error, uoluptatẽ accusantium dolorémq; laudantiũ, totam rẽ aperiã, eáq; ipsa quæ ab illo inuẽtore ueritatis & quasi architecto beatæ uitæ dicta sunt explicabo.

Quod uoluptas omnis sit motus quidam qui cum suauitate quadã sensus titillat, & ad eos affluit & illabitur, ὅτι πᾶσα ἡδονὴ γένεσίς ἐστιν εἰς φύσιν αἰσθητή.)

αἰσθητὸν alio loco ostendi à Cicerone interdum dici, quod sensus mouet. Idem Cic. E
in primo de finib. εἰς φύσιν αἰσθητὴν ἡδονὴν uocat uoluptatem quæ suauitate
aliqua naturā mouet, percipitúrque sensibus. Non enim hanc solum sequimur, quæ
suauitate aliqua naturā mouet, & cum iucunditate quadam percipitur sensibus,
sed maximam illam uoluptatem habemus, quæ percipitur omni dolore detracto.
Paulo post oratoriè hanc aliter interpretatus est, ut ego feci. Nam si ea sola uoluptas
esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, & ad eos cum suauitate afflueret
& illaberetur nec manus esse contenta, posset ulla uacuitate doloris sine iucundo
motu uoluptatis.

Impedit etiam uoluptas consilium, eoq; magis, quo maior sit & longior, ut luxuriosorū.
Qui enim in ea sit, nihil agitare mēte, nihil ratione, nihil cogitatione cōsequi
potest, ἔτι ἐμπόδιον τῷ φρονεῖν αἱ ἡδοναὶ καὶ ὅσῳ μᾶλλον χαίρει, μᾶλλον, οἷον τὴν τῶν ἀφροδισίων. οὐδένα γὰρ δύνασθαι νοῆσαί τι ἐν αὐτῇ.) Hunc lo- F
cum Cicero in libro de senectute imitatus est, aut certè ab ijs mutuatus eum est, qui
hoc loco ab Aristotele inducūtur, quanq̄ huius auctorem loci Archytam Cic. proferat.
Verba Ciceronis hæc sunt, Impedit enim consilium uoluptas rationi inimica,
ac mentis, ut ita dicam, præstringit oculos, nec ullum habet cum uirtute commerciū.
Paulo antè, Nemini censebat fore dubium, quin tandiu dum ita gauderet, nihil agitare
mente, nihil ratione, nihil cogitatione cōsequi posset. Paulo post, Siquidem ea
quo maior esset atq; longior, omne animi lumen extingueret. Hæc postrema oratio
magis ad illum locum Aristotelis pertinet, qui positus est in postremo capite libri
tertij, κἂν μεγάλαι καὶ σφοδραὶ ὦσι, καὶ τὸν λογισμὸν ἐκκρούουσι. Quod Aristoteles G
uno uerbo dixit, νοῆσαι, Cicero quasi oratoriè pluribus.

CAP. XII.

Ex quibus non effici, ut uoluptas ne sit bonum, neq; summum bonum.) ὅτι δ' οὐ
συμβαίνει διὰ ταῦτα μὴ εἶναι ἀγαθὸν, μηδὲ ἄριστον.) Cicero hūc locum
ita conuertit in primo de finibus, Ex quo efficitur, non ut uoluptas ne sit uoluptas,
sed ut uoluptas non sit summum bonum. Alio loco hunc locum protuli, cum probarem
συμβαίνειν effici significare nonnunquam.

Etenim quæ ex discendo & contemplando capiuntur uoluptates, in ijs inuitamenta
quædam insunt, quibus magis ad discendum cognoscendúmque moueamur,
ἐπεὶ αἱ ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν καὶ μανθάνειν μᾶλλον ποιήσουσι θεωρεῖν καὶ μανθάνειν.) H
Hunc locum disertè, ni fallor, interpretatus est Cic. magna ex parte duabus
orationibus in quinto de finibus, Quocirca intelligi necesse est in ipsis rebus quæ
discuntur & cognoscuntur, inuitamenta inesse, quibus ad discendum cognoscendúmque
moueamur. Oratoriè & disertè interpretatus est ποιοῦσι μᾶλλον θεωρεῖν καὶ μανθάνειν, τὰ μαθητὰ καὶ θεωρητά. In ijs rebus quæ discuntur &
cognoscuntur inuitamenta insunt, quibus ad discendum cognoscendúmque mouea-

A mur. Latina fuisset oratio hæc, incitāt nos ad discendum, sed illa qua usus est, multo & splendidior est & illustrior. Cicero paulo antè eodem lib. dixit, Capere uoluptatem ex discendo. Quid uero? qui ingenuis studijs atq; artibus delectantur, nonne uidemus eos, nec ualetudinis, nec rei familiaris habere rationē, omniáq; perpeti ipsa cognitione & scientia captos, & cum maximis curis & laboribus compensare eam quam ex discendo capiant uoluptatem. αἱ igitur ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν καὶ μανθάνειν ἡδοναί. sic disertè dicetur, eæ quæ ex cognoscendo & discendo capiuntur uoluptates. Quod autem dixit, nec ualetudinis, nec rei familiaris habere rationem, mutuatus est ab eodem Aristotele qui hoc ita dicit in decimo huius operis, ἀμελοῦντας τοῦ σώματος καὶ τῆς κτήσεως.

B

ANNOTATIONES IN LIBRVM OCTAVVM. CAP. I.

C



AM quis est, qui uelit, ut ne diligat quenquam, nec ipse ab ullo diligatur, circunfluere omnibus copijs, atque in omni rerum abundantia uiuere? ἄνευ δὲ φίλων, οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα.) Verba Ciceronis ipsa posui ex lib. de amicit. totidem enim uerbis hūc tractauit locum. de quo quid sentiā alio loco dixi, cum de his formulis disputaui, ἔχειν ἀγαθὰ πάντα, ἔχειν ἀρετήν. Nec mirū uideri debet, hunc locū qui ab Aristotele tractatur simpliciter, per interrogationē à Cicerone conuerti atq; tractari. Nam eodem modo expreßit locos duos Platonis ex Socratis apologia, quorum alterum subijciendum esse censui, ἐπεὶ ἐμοί γε καὶ αὐτῷ θαυμασία ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότε ἐντύχοιμι Παλαμήδει καὶ Αἴαντι τῷ Τελαμῶνος, καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν διὰ κρίσιν ἄδικον τέθνηκε. Cic. hunc locum interrogatione tractauit, Quanta autem delectatione afficerer cum Palamedem, cū Aiacem, cum alios iudicio iniquorum circunuētos conuenirem? ἐντυγχάνειν ergo τινὶ, Cōuenire aliquem dicitur. Eodem loco etiam συγγενέσθαι Ὀρφεῖ, dixit, colloqui cum Orpheo.

D

Etenim ut quisq; maxime opibus, principatu, & potestate excellit, ita in amicitijs expetendis excellit maximè, καὶ γὰρ πλουτοῦσι καὶ ἀρχὰς καὶ δυναστείας κεκτημένοις δοκεῖ μάλιστα φίλων εἶναι χρεία.) Ad hunc etiam exprimendum locum uerba Ciceronis ex eodem libro adhibui, Quoniam in secunda parte

μάλιστα erat, in prima etiam posuit, ut locus esset illi ut quisq;. Secundam autem partem non ad personam, sed ad rem referre maluit, quo esset splendidior oratio. Nam si sic dixisset, ita amici eis sunt necessarij maximè, latina fuisset illa quidē oratio, sed minus illustris. E

Quis enim esset tantus fructus in prosperis rebus, τί γὰρ ὄφελος τῆς τοιαύτης εὐετηρίας.) Cicero hæc quidem uerba eodem modo interpretatur, sed quæ sequuntur huic loco non respondent: Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes qui illis æquè ac tu gauderet?

Quarū possessio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam, ὅσῳ γὰρ πλείων τοσούτῳ ἐπισφαλεστέρα.) Verba Ciceronis posui, Hunc enim locum in 6. paradoxo ita tractauit. uter igitur est ditior? cui deest, an cui superat? qui eget, an cui abundat? cuius possessio quo maior est, eo plus requirit ad se tuendam, an quæ suis se uiribus sustinet? F

In paupertate etiam, cæterisq; asperis rebus omnibus, amicorum bonitatem cōmune putant perfugium esse omnium, ἐν πενίᾳ τε καὶ ταῖς λοιπαῖς δυστυχίαις μόνην οἴονται καταφυγὴν εἶναι τοὺς φίλους.) Cicero 2. de officijs aliquid dicit, quod ad hunc locum pertinere uideatur. Temeritate enim remota gratissima est liberalitas, eóq; studiosius eam pleriq; laudant, quòd summi cuiusq; bonitas commune perfugium est omnium. Si hoc minus placet, ita uertatur, in amicis sibi omnes paratum præsidium putant.

Constanti ætati, τοῖς τ' ἐν ἀκμῇ.) Cicero in libro de senectute ἀκμὴν uocat constantem ætatem. Sunt pueritiæ certa studia. num ea desiderāt adolescentes? Sūt & ineuntis adolescentiæ, nū ea iam constans requirit ætas, quæ dicitur media? Hic Cicero dicere noluit, num ij requirunt qui in constanti ætate sunt, aut peruenerunt. Quo libentius dixerim, constanti ætati, quam ijs qui sunt in constanti ætate. G

Ac mihi quidem uidetur certè naturâ esse inter natos & parētes, quod non solum in hominibus animaduerti potest, sed in auibus etiam bestijsq; plurimis, ijsq; omnibus, qui quodam gentilitatis iure sunt ac societate coniuncti. Sed hoc in homine est multo euidētius ex ijs laudibus quæ, &c. φύσει τ' ἐνυπάρχειν ἔοικε πρὸς τὸ γεγεννημένον τῷ γεννήσαντι, καὶ τὸ γεννῆσαν τῷ γεννηθέντι. καὶ οὐ μόνον ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ὀρνέοις καὶ τοῖς πλείστοις τῶν ζώων, καὶ τοῖς ὁμοεθνέσι πρὸς ἄλληλα, καὶ μάλιστα τοῖς ἀνθρώποις, ὅθεν φιλανθρώπους ἐπαινοῦμεν. Hunc locum Cicero in libro de amicit. obscurè quidem ille tractauit, & conuertit magna ex parte, sed ita tamen, ut facilè intelligi possit. Quapropter à natura uidetur mihi potius, quàm ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi cum quodā sensu amandi, q̄ cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura. Quod quidē quale sit, etiam in bestijs quibusdam animaduerti potest, quæ ex se natos ita amāt ad quoddam tempus, ab eisq; ita amantur, ut facile earū sensus appareat. Quod in H

A *homine est multo euidëtius, primū ex ea charitate quæ est inter natos & parētes.*

Et nōnulli uiros bonos eosdē amicos putant, καὶ ἔνιοι τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας οἴονται ἀγαθοὺς εἶναι καὶ φίλους.) *Cic. in 1. de offic. lib. Itaq; uiros fortes & magnanimos eosdem bonos & simplices ueritatis amicos, minimeq; fallaces esse uolumus.*

Pares cum paribus facillimè congregantur, ὅμοιόν φασιν ὡς τὸ ὅμοιον.) *Ci= in lib. de senectute, Sæpe enim interfui querelis meorum æqualium (pares autem cum paribus, ueteri prouerbio, facillimè cōgregantur.) Hunc locum Cicero ex 1. de Repub. lib. Platonis mutuatus est,* πολλάκις γὰρ ξυνερχόμεθά τινες εἰς ταὐτὸ, παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες, διασῴζοντες τὴν παλαιὰν παροιμίαν. οἱ οὖν πλεῖστοι ἡμῶν ὀλοφύρονται ξυνιόντες, τὰς ἐν τῇ νεότητι ἡδονὰς ποθοῦντες.

B *Vtrum in omnibus sit amicitia,* πότερον ἐν πᾶσι γίγνεται ἡ φιλία.) *Genus hoc dicendi à Græcis mutuatus est Cicero. Scribit enim in libro de amicit. his ferè uerbis, Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Interdū illud* ἐν *inter exponit. Quod dum quintū librum exponeremus, ostendimus. Sed nō est alienum hoc loco etiam illud docere. Verba illa Ciceronis ex libro de amicit. aper= tißimè confirmant: Sic enim mihi perspicere uideor, ita natos esse nos, ut inter o= mnes esset societas quædam.*

CAP II.

SI quid sit amabile, cognouerimus, γνωρισθέντος τοῦ φιλητοῦ.) φιλητὸν *Cice= ronē appellare amabile uno uerbo hinc intelligi potest, q sæpe dicit, Nihil uir= tute amabilius. Interdū pluribus uerbis hoc dicit ipsum, In quo est causa cur diliga tur. In libro de amicitia, Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur*

C *diligantur.*

Vtilia quidem sunt ea ex quibus utilitas aliqua percipitur, δόξειε δ' ἂν χρή= σιμον εἶναι δι' οὗ γίγνεται ἀγαθόν τι.) *Plurali numero usus sum pro singulari, quoniam singulari numero non satis latinè dici potuisset. Et certè Cicero quoties de hac bonorum diuisione loquitur, plurali numero dicit bona utilia, &c. Illud au= tem,* δι' οὗ γίγνεται ἀγαθόν τι, *ita conuerti ut solet Cicero. Neq; enim si dicerem per quod, uel quibus bonum aliquod fit, latina patiatur oratio. Hoc etiam ita licuit dicere, quibus aliqua paritur utilitas, aut comparatur.*

Quoniam autē ab his tribus omnes diligendi causæ proficiscūtur, τριῶν δ' ὄν= των, δι' ἃ φιλοῦσι.) *Ciceronem imitatus sum, qui ita scribit in secūdo de offic. lib.*

D *Atq; hæ quidē sunt causæ diligendi grauißimæ. Sed in lib. de amicit. multo magis ad rē nostram quod scribit, pertinet. Sed quanq̄ utilitates multæ & magnæ cōsecu= tæ sunt, nō sunt tamen ab earū spe causæ diligendi profectæ. i. propter spem utilita= tatum non dileximus nos inter nos. Illustris ergo illa est interpretatio & oratio,* τρία ἐστὶ δι' ἃ φιλοῦσι, *Tria sunt, à quibus causæ diligendi proficiscuntur. uel sic, tria sunt, quibus hominis amor cōmouetur. Cicero in 2. de offic. Vehementer autē*

amor multitudinis commouetur ipsa fama & opinione liberalitatis. ἰ. πολλοὶ δὲ οἷον ἐλευθερίους, τούτους ἀγαπῶσι. *Vel sic, Cum autem tres causæ sint, quibus de causis homines quempiam diligant. Cicero eodem lib. Quæcunq; igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atq; honestandum, aut beneuolentiæ gratia faciunt, cùm aliquá de causa quempiam diligunt. uel sic, cum autem tribus de causis ducantur homines ad alterum diligendū. His enim tot rationibus alijsq; permultis, licet illam Aristotelis conuertere potius, q̄ sic uerbum è uerbo ut faciūt indiserti interpretes, Cum autem tria sint propter quæ amant.* E

Si quis uinū bonis affici uelit, τῷ οἴνῳ βούλεσθαι τἀγαθά.) Hoc dicendi genus tritum est & usitatum apud Aristotelem his libris de amicitia, quod quidem & Galli nostri à Græcis mutuati sunt (Dicūt enim, Vouloir du bien a quelqu'un) & à consuetudine Latini sermonis alienum. Neq; enim hæc latina sit oratio, si quis dicat, Tibi uolo bona. Cum ergo quærerem, quonam pacto hoc diceret Cicero, semel duntaxat inueni, idq; in 2. de finibus, eū dicere, uelle aliquē bonis affici. Verba eius proferēda duxi, Quid autem est amare, è quo nomē amicitiæ ductum est, nisi uelle bonis aliquē affici q̄ maximis, etiam si ad se ex his nihil redeat? Quibus uerbis mihi Cicero uidetur illum locum Aristot. transtulisse, qui est positus in 9. huius operis cap. 8. φίλος δὲ μάλιστα, ὁ βουλόμενος, ᾧ μάλιστα βούλεται τἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, κἂν εἰ μηδεὶς εἴσεται. Itaq; potius legendum puto, κἂν εἰ μηδὲν οἴσεται, quoniam Cicero dicit, etiam si ad se ex his nihil redeat. οἴσεται enim feret dicitur, quod uerbum apud nos etiam interdum significat accipere. Terentius in Eunucho Scen. ultima, Quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Quāquam alio uerbo utatur Aristophanes in comœdia quæ inscribitur Nebulæ, ex qua hoc ut pleraq; alia mutuatus est, τοὐξ ἐμοῦ γ' ὧν ἱμείρεις. Iisdem ferè uerbis, τὸ φιλεῖν Aristoteles definit in 2. Rhetoricorum, ἔστω δὴ τὸ φιλεῖν τὸ βούλεσθαί τινι ἃ οἴεται ἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, ἀλλὰ μὴ αὑτοῦ. Cicero autem, semel modo, ut dixi, hoc genus secutus est. Aliàs pro eo mauult uerbum ipsum cuius uis & natura explicatur definiendo, dicere. Quocirca in lib. de amicitia extremo, illud ipsum amare his uerbis definit, Amare enim nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita. Quo loco perspici licet, quod ipsum uerbum definiēs 2. de finib. dixerat, uelle bonis aliquem affici, pro eis dicere, diligere. F G

Sed integrum ac saluum esse uolunt, ἀλλὰ σώζεσθαι βούλεται αὐτόν.) Hoc idcirco protuli, ut omnes intelligerent genus illud dicendi, quod apud Ciceronem est usitatissimum, uelle aliquē saluum esse, dici græcè, βούλεσθαί τινα σώζεσθαι. H

Multi enim propter uirtutem & probitatem utilitatisq; opinionem, etiam eos quos nunq̄ uiderunt, quodammodo diligunt, πολλοὶ γάρ εἰσι εὖνοι οἷς οὐχ ἑωράκασιν, ὑπολαμβάνουσι δ' ἐπιεικεῖς εἶναι ἢ χρησίμους.) Cicero hunc locum

A tractauit in libro de amicitia, Nibil est enim uirtute amabilius, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe cum propter uirtutem & probitatem etiã eos quos nunquam uidimus, quodammodo diligamus. Addit autem quodammodo, quoniam non proprie eos diligimus, propter eam quam Aristoteles affert causam atq; rationem. Itaque illud quod ait, quodammodo diligimus, respondet illi Aristotelis uerbo, εὖνοί εἰσι.

Quocirca hi beneuolentia inter se illi quidem coniuncti uidentur esse, εὖνοι μὲν οὖν οὗτοι φαίνονται ἀλλήλοις.) Cicero, εὖνοι ἀλλήλοις, & quod paulo post sequitur, εὐνοεῖν ἀλλήλοις, non solet dicere, Beneuoli sunt inter se, aut bene uelle ultro citróq;, sed beneuolentia coniuncti sunt, & beneuolentia coniungi. In lib. de amicitia, In talibus ea quã iandudum tractabamus, stabilitas amicitiæ confirmari B potest, cùm homines beneuolentia coniuncti, primum cupiditatibus ijs quibus cæteri seruiunt, imperabunt &c.

CAP. III.

AMORES, φιλήσεις.) Inscitè atq; adeo barbarè omnes qui ante me hos libros de moribus interpretati sunt, quã φίλησιν Aristoteles uocat, amationem appellant. Quos equidem miror ignorasse queadmodum græcè amor diceretur. Loquor autem de sano & casto amore. Nam insanus ferè ἔρως dicitur. Et quanq̃ Plautus semel in Rudẽte dixit amationem amorem, tamen eum imitari minimè debemus. Nonius Marcellus, Amatio amor. Plautus in Rudente, Nimis penè inepta atq; odiosa eius amatio est. Ex eodẽ errore manauit illa interpretatio ἀντιφίλησις, quam uocant redamationem, cùm latinè dicatur mutuus amor, & uicissitudo amoris. Nam ἀντιφιλεῖν Cicero semel ille quidem dixit redamare, sed C quasi durum esset ac molestum uerbũ, addidit, ut ita dicam. In lib. de amicit. Quid est enim tam absurdum q̃ delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut ædificio, ut uestitu cultúq; corporis: animo autem uirtute prædito, eo qui uel amare, uel, ut ita dicam, redamare poßit, non admodum delectari?

Quæ rebus amabilibus pari numero respondent, ἰσάριθμα τοῖς φιλητοῖς.)

Et qui inter se diligunt, οἱ δὲ φιλοῦντες ἀλλήλους.) φιλεῖν ἀλλήλους Cicero dicit & inter se diligere, & se inter se diligere. In libro de amicitia, In talibus ea quam iandudum tractabamus stabilitas amicitiæ confirmari potest, cum homines beneuolentia coniuncti, primum cupiditatibus ijs quibus cæteri seruiunt, imperaD bunt: deinde æquitate iustitiaq; gaudebunt, omniaq; alter pro altero suscipiet: neque quicquam unquam nisi honestum & rectum alter ab altero postulabit, neq; solum colent se inter se ac diligent, sed etiam uerebuntur. In primo de natura Deorũ extremo, Hominum charitas & amicitia gratuita est. quanto igitur magis Deorũ, qui nulla re egentes sunt, & inter se diligunt, & hominibus consulunt. Aristoteles hoc etiam alio uerbo idem declarante exprimit, στέργειν ἀλλήλους 4. cap. huius

lib. ἐπεὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι λέγουσι φίλους καὶ τοὺς διὰ χρήσιμον, καὶ τοὺς δι' ἡδονὴν ἀλλήλους στέργοντας, ὥσπερ οἱ παῖδες, ἴσως μὲν δεῖ λέγειν καὶ ἡμᾶς φίλους τοὺς τοιούτους. Et quoniam huc nos deduxit oratio non alienum est, hic tradere quid cōpererim apud Ciceronem de illis ἀλλήλους & ἀλλήλοις, & ἀλλήλων. Quod εὐεργετεῖν ἀλλήλους Aristoteles dicit 13. cap. huius 8. lib. Cicero transfert in 1. de offic. ultro & citro dare beneficia, & quod ille εὐπάσχειν ἀλλήλοις, accipere ultro & citro beneficia. Magna etiam, inquit, illa cōmunitas est quae constat ex beneficijs ultro & citro datis acceptisq; i. ἐκ τοῦ ἀλλήλους εὐεργετεῖν καὶ πάσχειν. Verba Aristot. posui, οἱ μὲν γὰρ δι' ἀρετὴν φίλοι ὄντες, εὐεργετεῖν ἀλλήλους προθυμοῦνται. Idē hoc lib. cap. 12. dicit ἐπαρκεῖν ἀλλήλοις, quod Cicero in 1. de officijs uertit, prodesse inter se alios alijs. Aristotelis haec sunt, ἐπαρκοῦσιν οὖν ἀλλήλοις, εἰς τὸ κοινὸν τιθέντες τὰ ἴδια. Loquitur de uiro & uxore. i. prosunt inter se alter alteri, sua omnia in cōmune cōferentes. Cic. Sed quoniā ut praeclarè scriptum est à Platone, Non nobis solum nati sumus, ortúsq; nostri partem patria uendicat, partem parentes, partem amici: atq; placet Stoicis, quae in terris gignūtur, ad usum hominum omnia creari, homines autē hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se alij alijs prodesse possent: in hoc naturam debemus ducē sequi. Aristoteles hoc libro cap. 13. dicit χρῆσθαι ἀλλήλοις, quod Cicero appellat, implicari ultro & citro usu, in lib. de Amicitia, ἐπ' ὠφελείᾳ γὰρ χρώμενοι ἀλλήλοις ἀεὶ τοῦ πλείονος δέονται. Cic. Nā implicati ultro & citro uel usu diuturno uel etiā officijs repente, in medio cursu, amicitias exorta aliqua offēnsione dirumpimus.

Eo quod amicitiam constituerat sublato, amicitia etiam dissoluitur, ἀπολυθέντος οὖν δι' ὃ φίλοι ἦσαν, διαλύεται καὶ ἡ φιλία.) His libris de amicitia pleraq; sunt, quae si uerbum è uerbo exprimentes dicamus, non latinae orationis consuetudini, sed gallicae & barbarae seruire uidebimur. Quo ex genere illud est. δι' ὃ φίλοι ἦσαν, propter quod, siue cuius causa erant amici. Hos dicendi modos, si latinè loqui uolumus & disertè interpretari, necesse est ad rem à persona transferamus. Cicero sic hunc tractat locum in lib. de amicitia, Nam si utilitas amicitias cōglutinaret, eadem cōmutata dissolueret. In 2. de finibus hoc modo, Manebit ergo amicitia tandiu, quandiu sequetur utilitas: & si utilitas amicitiam constituet, tollet eadē. Prior pars orationis huic ferè similis est Aristotelis quae paulo post sequitur διαμένει οὖν μάλιστα ἡ τούτων φιλία, ἕως ἂν ἀγαθοὶ ὦσι. Illa autē duo, tandiu & quandiu, apud Aristot. interdum ἐς τοσοῦτον, & ἐφ' ὅσον ualent, ut in hoc ipso cap. ἐς τοσοῦτον γάρ εἰσιν ἡδεῖς, ἐφ' ὅσον ἐλπίδας ἔχουσιν ἀγαθοῦ. Aristot. hoc ipso cap. dicit, ἡ φιλία μεταπίπτει, ἅμα γὰρ ᾧ ἡ δεῖ ἡ φιλία μεταπίπτει. Quibus ex locis Ciceronis intelligendū, quod ille dicit, utilitas amicitiam cōstituit, & conglutinat, dici, ab Aristotele, ἡ διὰ χρήσιμον φιλία. aut ut in loco positum est quem explicamus, οἱ διὰ χρήσιμον φίλοι. Paulo ante dixit οἱ διὰ

A χρήσιμον, ὃ δι' ἡδονήν, quod interpretamur, aliàs qui amicitias utilitatibus, fru-
ctibus, & emolumentis colunt, metiuntur & dirigunt: aliàs qui utilitates in ami-
citijs sequuntur: quod tamen hoc cap. dicit, ὅτι τὸ συμφέρον, & τὸ ὠφέλιμον
διώκουσι: interdum qui quærunt amicitiam utilitatis causa: interdum qui fingunt
amicitias propter utilitates. Cicero secundo de finib. At uero si fructibus, & emo-
lumentis, & utilitatibus amicitias colemus, si nulla charitas erit, quæ faciat amici-
tiam ipsam, sua sponte ui sua, ex se, & propter se expetendam: non dubium est quin
fundos & insulas amicis anteponamus. In libro de amicitia, Atque etiam mihi qui-
dem uidentur qui utilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiæ
tollere. In secundo de finibus, Vides igitur, si amicitiam sua charitate metiare, nihil
esse præstantius: sin emolumento summas, familiaritates prædiorum fructuosorum
B mercede sperari. Paulo ante, Vtilitatis causa amicitia est quæsita. Aliquot ego lo-
cos proferam Aristotelis, quo res facilius intelligatur, Proximo quidem capite scri-
bit his ferè uerbis, οἱ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον ὄντες φίλοι, ἅμα τῷ συμφέροντι
διαλύονται. Quem locum si sic interpreter, Qui autem propter utilitatem uel u-
tilitatis causa amici sunt, una cum utilitate dirimuntur: ad sententiam satis, ad la-
tinam orationem parum accommodatè dixero. Sequor ergo in his Ciceronem, idq;
omnibus faciendum censeo. aut semper quasi dictata decantare cogemur, quippe
cum Aristoteles non alio dicendi genere utatur. Idem hoc ipso lib. cap. 13. οἱ μὲν
γὰρ δι' ἀρετὴν φίλοι ὄντες, εὖ δρᾶν ἀλλήλους προθυμοῦνται. Sexcentos
eiusdem generis proferre possem. Eodem cap. γίγνεται δ' ἐγκλήματα καὶ αἱ
C μέμψεις ἐν τῇ κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίᾳ. Paulo post, ἡ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον, ἐγκλη-
ματική. 4. cap. ἡ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ, ὁμοίωμα ταύτης ἔχει.

Pari uirtute præditi, κατ' ἀρετὴν ὁμοίων.) Cicero in primo de legibus, Ex
quo perspicitur, cum hanc beneuolentiam tam latè longéq; diffusam uir sapiens in
aliquem parì uirtute præditum cōtulerit, tum illud effici, quod quibusdam incre-
dibile uideatur, sit autem necessarium, ut nihilo sese plus quàm alterum diligat, ὅ-
μοιος ergo κατ' ἀρετὴν, quì pari uirtute præditus est, dicitur. Neq; enim ausim
dicere, Similis uirtute, etiam si Cicero dixerit, similes moribus, quos Aristoteles
proximo cap. appellat uno uerbo ὁμοήθεις, πολλοὶ δ' αὖ διαμένουσιν, ἐὰν ἐκ
τῆς συνηθείας τὰ ἤθη στέρξωσιν, ὁμοήθεις ὄντες. Cicero in primo de offic. Sed
D omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quàm cum uiri boni mori-
bus similes sunt familiaritate cōiuncti. In Lælio multo etiam splendidius ὁμοήθης
& disertius interpretatur, Cuius moribus & naturæ alter congruat. Deinde cum
similis sensus existit amoris si aliquem nacti sumus, cuius moribus & naturæ con-
gruamus. Verbum longè repetendum est, est euidentius.

Iure autē rarum est maximè istud genus, quoniam hominū huius generis est ma-
gna penuria, σπανίας δ' εἰκὸς τὰς τοιαύτας εἶναι, ὀλίγοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι.)

Cicero in Lælio, Rarum istud genus. Eodē lib. Sunt igitur firmi & stabiles & con E
stantes eligendi, cuius generis est magna penuria. τοιοῦτον igitur & τοιοῦτος, latinè dicitur, quod genus, cuius generis homines.

Nam uerum illud est quod dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, ut se inter se norint, κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους, πρὶν τοὺς λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι.) Ciceronis uerba penè omnia adhibui ex Lælio, Verúmq; illud est quod dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit.

CAP. IIII.

MALIS inter malos amicitia esse potest, φαύλους ἐνδέχεται φίλους ἀλλήλοις εἶναι.) Paulo antè dixit, οὐ γὰρ ἀλλήλων ἦσαν φίλοι, ἀλλὰ τοῦ λυσιτελοῦς. In his orationibus uel illud ἀλλήλοις & ἀλλήλων conuertēdis ex F
græco in latinum libris prætermitti debet, uel à personis ad rem, aut à nomine ad uerbum transferenda oratio est. Nam nec satis latinè dici potest, illud ἀλλήλων ἦσαν φίλοι, Amici inter se erant (satis est enim hoc, Amici erant) & Cicero mihi uidetur sic conuertere, ut feci. uerba eius posui ex lib. qui inscribitur Lælius, Quāobrem hoc quidē Fanni, & Scæuola, constat, ut opinor, bonis inter bonos quasi necessariā beneuolentiam esse. Illud enim, Bonis inter bonos necessariā beneuolētiam esse interpretor, ἀνάγκη ἐπιεικεῖς ἀλλήλοις ὄντας, ἦ φίλους εἶναι. Nōnunq̄ non bis dicit nomen personæ in hoc genere, sed ad illud inter, addit ipsos. In lib. 1. de offi. De tribus autē reliquis latißimè patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos, & uitæ quasi cōmunitas cōtinetur. Eodem lib. paulo post dicit, Deuincere hominū inter homines societatē. Aristot. in hoc genere ad illud ἀλλήλους addit πρὸς G
præpositionem. In 9. cap. huius lib. οὐ γὰρ ταὐτὰ γονεῦσι πρὸς τέκνα, καὶ ἀδελφοῖς πρὸς ἀλλήλους. i. Non enim eadem iura sunt parentibus cum liberis, & fratribus inter ipsos.

Amicitiæ autem genera sunt plura, εἴδη δὲ τῆς φιλίας πλείω.) Cicero in Topicis, Contrariorū autem genera sunt plura. In 5. lib. de finib. Actionum autē genera sunt plura. Nam Cicero in partitionibus & diuisionibus nunquam τὰ εἴδη appellat species, sed genera.

Quòd nō admodum cōiugata sunt, quæ eueniunt temerè & casu, οὐ γὰρ πάνυ συνδυάζεται τὰ κατὰ συμβεβηκός.) Quanquam de hoc genere alio loco quid sen H
tirem dixi, tamen hoc addere libet, eos inscitè facere, qui τὰ κατὰ συμβεβηκὸς uertunt ea quæ sunt per accidēs. Quis enim ita loqui audeat, quin suā inscitiam proiectam uelit prodere?

Per se amici sunt, δι᾽ αὑτοὺς φίλοι.) Cicero in Lælio, Ipse enim se quisq; diligit non ut aliquā à seipso mercedem exigat charitatis suæ, sed quòd per se sibi quisq; charus sit. Itaq; sic licuit dicere, per se ipsi inter se chari sunt.

A CAP. V.

DISIVNCTI VE sunt interuallo locorũ, ἢ κεχωρισμένοι τοῖς τό-
ποις.) Cicero in 1. lib. epistolarum familiarium, Alterũ facio libenter, ut quo-
niam interuallo locorum & temporum disiuncti sumus, per literas tecum quàm sæ-
pissimè colloquar.

Idonei ad amicitiam, φιλικοί.) Cicero in Lælio, Sed sæpe (redeo enim ad Sci
pionem, cuius omnis sermo erat de amicitia) querebatur, quòd in omnibus rebus homi
nes diligentiores essent, &c. & in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis
eligendis negligẽtes esse, nec habere quasi signa quædã & notas, quibus eos qui ad
amicitiam essent idonei, iudicarent. φιλικοὺς etiam eodẽ libro appellat dignos ami
citia, Digni autem sunt amicitia quibus in ipsis inest causa cur diligantur. Hæc o-
B mnia uerba Græci duobus exprimunt. φιλικοὶ δὲ οἱ φιλικοί. Quod autem in su
periore exemplo est, Nec habere quasi signa quædam & notas, quibus &c. Arist.
3. cap. huius lib. dicit, πρὶν ἑκατέρῳ ἑκάτερος φανῇ φιλητὸς καὶ πιστευθῇ.
Nam φαίνειν & φαίνεσθαι Cicero sæpe transfert, significationem fieri, lumen
quoddam perspici, elucere, & apparere. De quibus alio loco disseremus. φιλικοὺς
etiam appellat aptos ad amicitiam, in Lælio.

Nihil est enim tam amicorum propriũ, quàm uitæ societas & coniunctio, οὐδὲν
γὰρ οὕτως ἐστὶ φίλων ὡς τὸ συζῆν. Idẽ ualet συνδιάγειν, quo paulo post uer-
bo utitur, συνδιάγειν δὲ μετ' ἀλλήλων οὐκ ἔστι, μὴ ἡδεῖς ὄντας. & συνημε-
ρεύειν, quod etiam adhibet hoc cap. ὠφελείας μὲν γὰρ οἱ ἐνδεεῖς ὀρέγονται, συνη-
C μερεύειν δὲ καὶ οἱ μακάριοι. Idem etiam efficit, συμβιοῦν, quo utitur in nono
libro huius operis cap. 3. συμβιοῦν δὲ οὐχ οἷόν τε. His autem uerbis dant Græci
casum præpositionis .i. datiuum. Vt Aristot. hoc cap. οὐδεὶς γὰρ δύναται συνημε-
ρεύειν τῷ λυπηρῷ, οὐδὲ τῷ μὴ ἡδεῖ. Hæc Cicero uertit multis uarijsq; modis.
Simpliciter quidem uiuere cum alio, Degere & agere uitam cum alio: sed illa mul
to illustrior oratio est, Coiungi uita uictúq; cõmuni. Coniungi uitæ societate & cõ
munione. In Lælio, Sed tamen recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, ut beatè ui-
xisse uidear, quia cum Scipione uixerim.

Amicus paratus est, φίλος γενόμενος.) ποιεῖν φίλους, & φιλίαν Græci di
cunt, Latini non item, sed parare amicos, cõparare, contrahere, conciliare amicitiã.
D Græci etiam dicunt γίγνεσθαι φίλον. Aristot. in sequenti cap. οὐ γὰρ γίγνονται
φίλοι οἷς ἂν μὴ χαίρωσι. Eodem cap. dicit, ποιητικὰ φιλίας. ταῦτα γὰρ
δοκεῖ μάλιστ' εἶναι φιλικὰ καὶ ποιητικὰ φιλίας.

CAP. VI.

EXPERIENDVM etiam est, & consuetudo adiungenda, δεῖ δὲ καὶ ἐμ-
πειρίαν λαβεῖν, καὶ ἐν συνηθείᾳ γενέσθαι.) Latina oratio non esset, Capere
experientiam. Itaq; Cicero in Lælio ita hoc ut ipse conuertit, Experiendum autem

est in ipsa amicitia. Idem eodem lib. Quanq̃ confirmatur amor & beneficio accepto E
& studio perspecto, & consuetudine adiuncta.

Par est autem ipsos etiam bonos tales esse, δεῖ δὲ ἴσως καὶ τοὺς ἀγαθοὺς εἶναι.) Cicero in Lælio, Par est autem primum ipsum esse uirum bonum, tum alterum sui similem quærere. Paulo ante dixit, διὸ τοὺς φίλους οὐ δεῖς ζητοῦσι.

CAP. VII.

QVOD in excellentia præstantiáq; cernitur, τὸ καθ' ὑπεροχὴν.) Aristot. hoc cap. de ijs amicitijs differit in quibus excellentiæ quædam sunt. De quibus disputat etiam Cicero in Lælio, Sed maximum est in amicitia, superiorẽ parem esse inferiori. Sæpe enim excellentiæ quædam sunt, qualis erat Scipionis in nostro, ut ita dicam, grege. Nunq̃ se ille Philo, nunquam Rutilio, nũquam Mummio antepo suit, nunquam inferioris ordinis amicis. Q. uero Maximum fratrem egregium ui F rum, omnino sibi nequaquam parem, q̃ is anteibat ætate, tanq̃ superiorem colebat. Paulo post de quibus excellentijs loquatur, exponit. Quod faciendũ imitandúmq; est omnibus, ut si quam præstantiam uirtutis, ingenij, fortunæ consecuti sunt, impar tiant eam suis, communicéntq; cum proximis. Sequũtur alia etiam quæ eodem per tinẽt. Cicero quidem de quibus excellentijs loquatur, uidemus. Aristote. autem de ijs disputat, quas non uirtute, non fortuna cõsequuntur homines, sed à natura. Vt de amicitia quæ est parentibus cum liberis: ei qui præest, cum ijs qui in eius sunt im perio, & alijs eiusdem generis. Hoc autem intelligi potest ex his omnibus, quod Aristoteles ὑπεροχὴν uocat, modo præstantiã à Cicerone dici, modo excellentiam. Quod autem dicit præstantiam uirtutis, Aristoteles septimo libro, capite primo no G minat ὑπερβολὴν τῆς ἀρετῆς.

CAP. VIII.

AMICORVM uis omnis sit in amore, φίλων ἀρετὴ τὸ φιλεῖν ἔοικεν.) Cicero in Lælio hoc tribuit amicitiæ. Id, in quo est omnis uis amicitiæ, uoluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio. Eodem lib. Amicitiam non spe mercedis adducti, sed quòd omnis fructus in ipso amore inest, expetendam putamus.

CAP. IX.

VT ea omnia suppeditent, quæ ad cultũ uictúmq; pertinent, πορισόμενοί τι τῶν εἰς τὸν βίον.) πορίζεσθαι uerbum medium hoc loco haud scio an parare H trãsferri posit. Cicero primo lib. de officijs, Eadẽq; natura ui rationis hominem conciliat homini & ad orationis & ad uitæ societatem: ingenerátq; imprimis præcipuum quẽdam amorem in eos qui procreati sunt: impellitq; ut hominũ cœtus, & celebrari inter se, & sibi obedire uelint, ob eásq; causas studet parare ea quæ suppeditent ad cultũ & ad uictum. Quod enim Aristoteles uno uerbo dicit βίον, Cic. duobus appellat cultum & uictum. Ego malui πορίζεσθαι dicere suppeditare,

A adductus loco illo Ciceronis ex eodē lib. Quòd si omnia nobis quæ ad uictum cul-
túmq; pertinent, quasi uirgula diuina, ut aiunt, suppeditarētur, tum præditus opti-
mo quisq; ingenio, negocijs omnibus omißis totum se in cognitione & scientia collo-
caret. χορηγεῖν idem ualet, de quo uerbo Budæus noster multa præcipit.

CAP. X.

EARVM euersiones, φθοραὶ τούτων.) Aliàs corruptelæ.
Regia potestas, & quæ est in potestate optimorum, ἡ βασιλεία τε καὶ ἀριστο-
κρατία.) Cicero βασιλείαν uocat & regiam & regalē potestatem in 3. de legib.
Quibus autem regia potestas nō placuit, non ij nemini, sed non semper uni parere
uoluerunt. Paulo ante, Idq; in Rep. nostra maximè ualuit, quoad ei regalis potestas
præfuit. ἀριστοκρατίαν autem appellat potestatem optimorum eodem libro: Mi-
B hi uero nūquam populare placuit, eámq; optimam Remp. eße duco, quam hic con-
sul constituerat, quæ sit in potestate optimorum.
Tyrannus enim suis, rex eorum quibus præest, solet cōmodis utilitatiq; seruire,
ὁ μὲν γὰρ τύραννος τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον σκοπεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸ τῶν ἀρχο-
μένων.) τοὺς ἀρχομένους alij subiectos & subditos appellāt, Cicero autē eos qui-
bus aliquis præsit, in epistola 1. ad Q. fratrem. Est autē non modo eius qui socijs &
ciuibus, sed etiam eius qui seruis, qui multis pecudibus præsit, eorum quibus præsit
cōmodis utilitatiq; seruire. Paulo antè τοὺς ἀρχομένους uocat eos qui aliorum in
imperio sunt. Ac mihi quidem uidētur huc omnia esse referenda ab ijs qui præsunt
alijs, ut ij qui eorum imperio erūt, sint q̃ beatißimi. Aristot. est illa sentētia in cap.
proximo, quo τοὺς βασιλευομένους dicit, pro ἀρχομένοις. Loquitur de rege, εὖ γὰρ
C ποιεῖ τοὺς βασιλευομένους, εἴπερ ἀγαθὸς ὢν ἐπιμελεῖται αὐτῶν, ἵν' εὖ πράττω-
σι. Ergo εὖ πράττειν est beatum esse. De illis autem generibus dicendi, σκοπεῖν τὸ
ἑαυτοῦ συμφέρον & alijs talibus, alio loco satis multa diximus.
Et rex si uitiosus sit, ὁ δὲ μοχθηρὸς βασιλεύς. Cic. in 3. de legib. uocat prin-
cipes uitiosos. i. μοχθηροὺς, mea quidem sententia, quoniam μοχθηρία uitiū appel-
latur. Quo perniciosius de Rep. merētur uitiosi principes, q̃ nō solum uitia conci-
piunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem.

CAP. XI.

PATER enim is est, qui (quod omniū maximū est) procreauit, is qui aluit, is
qui erudiuit, αἴτιος γὰρ τοῦ δοκοῦντος μεγίστου εἶναι, καὶ τροφῆς, καὶ παιδείας.)
Cice. arbitror hunc locū disertè interpretatum eße in parad. 3. Violatur is qui
D procreauit, is qui aluit, is qui erudiuit, is qui in sede ac domo atq; in Rep. collo-
cauit. Itaq; ita cōuertere malui, quàm indisertè & barbarè uerbum è uerbo expri-
mere, Causa est esse, causa alimenti & disciplinæ. Illud autem τὸ εἶναι alio loco
magis idoneo docebo à Cicerone dici statum.
Cuiusmodi in hominibus ijdem ferè mores sunt, eadē studia, eædem uolūtates, οἱ
τοιοῦτοι δ' ὁμοήθεις, καὶ ὁμοιοπαθεῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ὁμοιοπαθεῖς, ni fallor,

Cicero appellat eos in quibus eadem studia sunt, eædémque uoluntates, in primo de officijs: In quibus enim eadem studia sunt, eædem uolūtates, in ijs fit, ut æquè quisq; altero delectetur ac se ipso. Nam πάθη perturbationes & affectiones sunt animi, & Latini studia interdum affectiones nominant. E

In tyrannorum enim uita aut nullus, aut certè perexiguus locus est amicitiæ, ἐν τυραννίδι γὰρ οὐδὲν ἢ μικρὸν φιλίας.) Cicero in Lælio fusius hunc tractat locum. Hæc enim est tyrannorum uita nimirum, in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolentiæ potest esse fiducia, omnia semper suspecta atq; solicita, nullus locus est amicitiæ. Qui me locus admonet, ut illud ἐν τυραννίδι potius dicam, in tyrannorum uita, q̃ in tyrannide.

Nam quibus in rebus nulla societas est inter ipsos ei qui præest, cũ ijs qui in eius sunt imperio, ἐν οἷς γὰρ μηδὲν κοινόν ἐστι τῷ ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ.) Paulo post, φιλία δ' οὐκ ἔστι πρὸς τὰ ἄψυχα οὐδὲ δίκαιον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ἵππον ἢ βοῦν, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς δοῦλον ᾗ δοῦλον. οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστι. Cicero tertio de officijs hũc locum attigit, Nam quod ad Phalarim attinet, perfacile iudiciũ est, Nulla est enim societas nobis cum tyrannis, sed potius summa distractio. Quam disertè illud οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστι, interpretatus est? hoc enim Ciceronis ita conuertere licet, οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστιν ἡμῖν καὶ τῷ τυράννῳ. Illud autem πρὸς cum accusatiuo conuerti debere cum, nihil attineret admonere, nisi omnes qui ante me hos libros transtulerunt, ipsum illud πρὸς his in rebus ad dicerent. Quàm autem inscitè, omnibus licebit existimare, qui hanc nostram interpretationem cum illorum conferre uolent. F

Sic enim nati uidemur, ut inter omnes esset societas quædam, δοκεῖ γὰρ εἶναί τι δίκαιον παντὶ ἀνθρώπῳ πρὸς πάντα.) Cicero in Lælio ita hunc locũ tractauit, Sic enim mihi perspicere uideor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quædam. Quanq̃ τὸ δίκαιον ius debet dici, tamen hoc loco malui interpretari societas, quasi τὸ κοινὸν, ἢ κοινωνία. propter Ciceronis quam protuli sententiam. Quòd si cui hæc minus probatur interpretatio (neq; enim idem ualet κοινὸν quod δίκαιον, siquidem adiuncta sunt aut cõsequentia.) sic interpretabor, ut idem Cicero in tertio de finibus, Quoniámq; ea natura esset hominis, ut cum genere humano quasi ciuile ius intercederet, qui id conseruaret, eũ iustum: qui migraret, iniustum fore. Idem in 1. de offic. illud quod Aristot. dicit, παντὶ ἀνθρώπῳ πρὸς πάντα, disertè interpretatur, omnibus inter omnes. Verba eius posui, Ac latißimè quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes societas hæc est. Nam quoniam uerba græca singularis numeri nõ potuissent cõmodè singulari numero latinè dici, ad pluralem transferre maluit, quod & diligenter uidendum est, & seruandum omnibus. G H

Nam utilitates ab his percipiuntur qui utuntur, ὠφελεῖται μὲν γὰρ ταῦτα ὑπὸ τῶν χρωμένων.) Cicero in Lælio, Nã utilitates sæpe quidem etiã ab ijs per-

A *cipiuntur, qui simulatione amicitiæ coluntur, & obseruātur temporis causa. In libro 2. de finibus, Præclarè enim Chrysippus, Cætera nata esse causa hominum & Deorum, eos autem cōmunitatis & societatis suæ, ut bestijs homines uti ad utilitatem suam poßint sine iniuria.*

Multa enim sunt æquo & pari iure uiuentibus hominibus inter se communia. πολλὰ γὰρ τὰ κοινὰ ἴσοις ἐστίν.) *Cicero in 1. de offic. hunc locum ita conuertit, Multa enim sunt ciuibus inter se communia.* ἴσοις *autem in libris de officijs dicit eos qui æquo & pari iure uiuunt.*

CAP. XII.

GRADVS *autem plures sunt coniunctionis sanguinis,* καὶ ἡ συγγενικὴ φαίνεται πολυειδὴς εἶναι.) *Cicero 1. de offic. Gradus autem plures sunt*

B *societatis hominum. Paulo post,* συγγένειαν *appellat coniunctionem sanguinis: Sanguinis autem coniunctio & beneuolētia deuincit charitate homines. Ibidē etiam societatē propinquorū nominat. Arctior uero colligatio est societatis propinquorū.*

Nam & parentibus liberi simul ac orti sunt, chari solent esse, & liberis parentes, progredientibus ætatibus, cum dispicere & sentire cœperunt, οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς γενόμενα στέργουσι, τὰ δὲ προελθόντα τοῖς χρόνοις τοὺς γονεῖς, σύνεσιν ἢ αἴσθησιν λαβόντα.) *De illo genere* εὐθὺς γενόμενα, *alio loco disputatum est.* προελθόντα τοῖς χρόνοις τέκνα *&c. Cicero disertè interpretatus est in 5. de finibus, Nunc uerò à primo quidem ortu mirabiliter occulta natura est, nec perspici nec cognosci potest, progredientibus autem ætatibus sensim tardéue potius quasi*

C *nosmetipsos cognoscimus. Paulo post, Cum autem dispicere cœperimus, & sentire quid simus, & quid animantibus cæteris differamus, tū ea sequi incipimus ad quæ nati sumus. Aliter etiam paulo hoc dicit, Cum autem paulum firmitatis accesserit, & animo utuntur & sensibus. Itaq; illud* λαβόντα σύνεσιν *&* αἴσθησιν *licet dicere, Cum autē ratio & sensus accesserit. Sic enim animaduerti & obseruaui Cic. dicere semper, quod Aristot.* λαβεῖν ἢ νοῦν, ἢ σύνεσιν, ἢ αἴσθησιν *appellat. Eodem libro paulo antè, At uerò si ad uitem sensus accesserit, ut appetitum quēdam habeat, & per se ipsa moueatur, quid facturam putas?* ἐὰν δὲ λάβῃ αἴσθησιν. *Sic Aristot in 6. huius operis lib.* ἐὰν δὲ λάβῃ νοῦν, ἐν τῷ πράττειν διαφέρει.

Magnum est enim unà educatos & æquales esse, μέγα δὲ πρὸς φιλίαν καὶ τὸ σύντροφον καὶ τὸ καθ' ἡλικίαν.) *Cicero in 1. lib. de offic. Magnum est enim*

D *eadem habere monumēta maiorum, eisdem uti sacris, sepulchra habere communia. Quoniam Cicero illud* πρὸς φιλίαν *non expreßit, id etiam prætermittendū putaui. Prætermisit autem ille, q. ut mihi quidem uidetur, non erat futura latina oratio si dixisset, Magnum est ad amicitiam.*

Optimè enim de nobis meriti sunt, εὖ γὰρ πεποιήκασι τὰ μέγιστα.) εὖ ποιεῖν, *&* εὖ δρᾶν *Græci dicunt, pro quibus Cicero utitur semel quidem, idq; in primo*

de legibus, Bene facere, aliàs benignè facere, conferre beneficia in aliquem, Benefi- E
cia deferre alicui, Bene mereri de aliquo. Idem autem efficit apud Græcos εὐεργε-
τεῖν, quod illa duo superiora. Itaq; εὐεργέτην Cicero munificum & beneficum
appellat, & εὐεργεσίαν beneficium, benignitatem. His autem tribus uerbis dant
accusandi casum. εὖ ποιεῖν φίλους Aristoteles dicit nono lib. cap. 9. κάλλιον δ' εὖ
ποιεῖν φίλους ὀθνείων. εὖ δρᾶν ἀλλήλους, dicit hoc ipso lib. octauo, cap. 13. οἱ
μὲν δι' ἀρετὴν φίλοι ὄντες εὖ δρᾶν ἀλλήλους προθυμοῦνται. In 9. lib.
cap. 11. εὐεργετεῖν τοῦ ἐπιεικοῦς. διὸ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς ζητοῦσι. τούτους γὰρ αἱ-
ρετώτερον εὐεργετεῖν. Aristoteles etiam hoc genere dicendi utitur, εὖ διδόναι,
idq; in 9. cap. item 9. ὅθεν ὅταν ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων. Cicero in
libris de officijs uerbum è uerbo exprimit, Dare beneficia. Nam cum duo genera
liberalitatis sint, unũ dandi beneficium, alterum reddendi: demus nécne in nostra po F
testate est, nõ reddere bono uiro non licet, si modo poßit sine iniuria. Illud autem,
Conferre beneficium in aliquem, adeo est in promptu, ut probatione non egeat. At
illud, Deferre beneficium, rarius est: itaq; probandũ. In 1. de offic. Multi enim fa-
ciũt multa temeritate quadam sine iudicio uel modo in omnes uel repentino quodã
quasi uento, impetu animi incitati, quæ beneficia æquè magna nõ sunt habenda, atq;
ea quæ iudicio cõsyderatè constantérq; delata sunt. Atq; etiã Ciceronis locũ pro-
ferendum putaui, eum in quo est positum illud, Bene facere, ex primo de legibus.
Vbi enim beneficus, si nemo alterius causa benefacit? In 2. de officijs dicit semel at-
que iterum, Benignè facere. Nam aut opera benignè fit indigentibus, aut pecunia.
Paulo post, At qui opera, uirtute, & industria benefici & liberales erunt, primum
quo pluribus profuerint, eo plures ad benignè faciendũ adiutores habebunt. Me- G
reri bene de aliquo usitatißimum est. Promereri bene de aliquo rarius. In 2. de of
ficijs, Deinde consuetudine beneficẽtiæ paratiores erunt, & tanquã exercitatiores
ad bene de multis promerẽdum. Hoc etiam eodẽ lib. usurpat, Collocare beneficium
apud aliquẽ. Quamobrẽ melius apud bonos, q̃ apud fortunatos beneficiũ collocari
puto. In epistolis aliquoties hoc utitur genere dicendi, Ponere apud aliquẽ benefi-
cium. In 13. Ponere beneficium apud gratos. Quare quod reliquũ est à te peto,
quando apud gratos homines beneficium ponis, ut eo libentius eis commodes ope-
rámq; des, quoad fides tua patiatur, ut socrus adolescentis rea ne fiat. Hæc autem
genera similia sunt, nec quibus græcis paria sint, scio. εὖ τιθέναι nunq̃ legi in hoc
dũntaxat genere. Itaq; ad illa superiora referẽda censeo. Cuius etiam generis illud
est, Afficere beneficijs aliquem, quo utitur in 2. de offic. Danda igitur opera est, H
ut his beneficijs q̃ plurimos afficiamus, quorum memoria liberis posterisq; trada-
tur. Sequuntur etiam alia uerba & genera dicendi, quæ idem ualent illa quidẽ, sed
alijs uerbis exprimuntur quã superiora, ἐπαρκεῖν τροφῆς γονεῦσι. Aristoteles dicit
9. lib. huius operis, cap. 11. δόξειε δ' ἂν τροφῆς μὲν γονεῦσι δεῖν μάλιστ' ἐπαρ-
κεῖν ὡς ὀφείλοντας. βοηθεῖν ἀλλήλοις. hoc lib. 8. cap. 9. χρήματα ἀποστερῆ-

A βαι ἑταῖρον δεινότερον ἢ πολίτην, καὶ μὴ βοηθῆσαι ἀδελφῷ, ἢ ὀθνείῳ, ὠφελεῖν μεγάλα τινά. in 9. cap. 11. μάλιστα δὲ παρακλητέον, ὅταν μέλλωσιν ὀλίγα ὀχληθέντες, μεγάλα αὐτὸν ὠφελήσειν. Aristotelis etiam illud est, γίγνεσθαι τινι ὠφέλειαν εἰς χρήματα. In lib. 4 huius operis, cap. 6. ὁ μὲν τοῦ ἡδὺς εἶναι στοχαζόμενος, μὴ διά τι ἄλλο, ἄρεσκος. ὁ δ' ὅπως ὠφέλειά τις αὐτῷ γίγνηται εἰς χρήματα, καὶ ὅσα διὰ χρημάτων, κόλαξ. Hoc postremum Cicero dicit, esse adiumento ad opes alicui. Sed ad alia ueniamus. Apud Thucydidem in concione Corcyraeorum hoc legitur, τὴν ἐπικουρίαν ποιεῖσθαι. γενήσεται δὲ ὑμῖν πειθομένοις καλὴ ἡ ξυμμαχία κατὰ πολλὰ τῆς ἡμετέρας χρείας. πρῶτον μὲν, ὅτι ἀδικουμένοις, καὶ οὐχ ἑτέρους βλάπτουσι, τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε. i. Haec autem societas si eos recipiatis, in dubijs nostris rebus, magnam

B nobis gloriam afferet, multis de causis. Primùm, quod nobis qui uiolati sumus, nõ alijs iniuriam intulimus, auxiliũ feretis. Nam ποιεῖσθαι τὴν ἐπικουρίαν, auxilium & opem ferre interpretor, T. Liuij auctoritate adductus, qui magna ex parte concionẽ illam Thucydidis cõuertens in 7. ab urbe cõdita, δεῖσθαι ἐπικουρίας trãsfert, petere auxiliũ. Haec autem phrasis Graecorũ finitima est nostrae gallicae. Dicimus enim facere adiutoriũ. Eadẽ cõcione Thucydides dicit, ὑπουργεῖν δεομένοις, quod Cicero appellat in 2. de offic. benignè facere indigentibus. Nam aut opera benignè fit indigentibus aut pecunia. Non quod illud, Benignè facere illi respondeat, εὐπουργεῖν, sed quod idẽ ualeat. Neque enim his in uerbis quae latina quibus Graecis quasi ex altera parte respõdeant, sciri potest, nisi in paucis. Vnũ genus si pro-

C ferã, quo utitur idem Thucydides, tum nullum addã. Illud est ἀμύνειν ἀδικοῦσι. In prima concione Corinthiorũ extrema, καὶ Κερκυραίους τε τούσδε, μήτε ξυμμάχους δέχεσθαι βίᾳ ὑμῶν, μήτε ἀμύνετε αὐτοῖς ἀδικοῦσι. Prodesse, utilitatẽ afferre, omnes dicunt: prodesse autem, auxiliũ uel opem ferre uel opitulari est rarius. Eo Cicero utitur & in 1. & in 2. de offic. Etenim si in eos quos speramus nobis profuturos, nõ dubitamus officia conferre, quales esse in eos debemus, qui iam profuerunt? In 2. id multo est euidentius. Cũ autem nõ possint ne multi quidem aut iurisperiti esse, aut diserti, licet tamen opera prodesse multis, beneficia petentem. Quod ex eo intelligi potest, quia cùm paulo ante duo faciat genera liberalitatis, unũ quod in opera positum est, alterũ in pecunia: quod tamẽ dixit, opera benignè

D fit, hoc loco dicit, opera prodesse. Hoc autem prodesse illi graeco respondet ὠφελεῖν, uel auctore Cicerone; qui in lib. de finib. ut alio loco ostendimus, τὸ ὠφέλιμον appellat quod prodest. Βοηθεῖν appello adiuuare & iuuare. Cic. 1. de officijs, Sunt quaedã officia quae alijs magis quàm alijs debeantur. ut uicinũ citius adiuueris in percipiẽdis fructibus, quàm aut fratrẽ aut familiarẽ. Haec idẽ ualẽt nostra, quod Graecorum superiora, subuenire, opitulari, inseruire. Hoc autem postremum Graeci dicunt ὑπηρετεῖν. Cicero in 1. de offic. A quo enim plurimum sperant etiam si ille his non

eget, tamen ei potißimũ inseruiũt. Dicimus etiam gratificari, quod illi χαρίζεσθαι. E
Cicero in 2. de offic. Quanquam enim in utroq; inest gratificandi liberalis uoluntas, tamen altera ex arca, altera ex uirtute depromitur. Hoc uerbum græcum Cicero duobus exprimit. In 1. de offic. Sin erunt merita, ut non ineũda, sed referenda sit gratia, maior quædam cura adhibẽda est. Proferam locũ Aristotelis ex 5. huius operis lib. in quo mihi uidetur dicere ἄρχειν χαρίζεσθαι, quod Cic. appellat, inire gratiam, quoniam illud inire interdum incipere significat, ἀνθυπηρετῆσαι γὰρ δεῖ τῷ χαρισαμένῳ, καὶ πάλιν αὐτὸν ἄρξαι χαριζόμενον. Illud etiam ἄρχειν χαρίζεσθαι prouocare beneficio dicitur. Cic. 1. de offic. Quòd si ea quæ acceperis utenda, maiore mensura si modo poßis, iubet reddere Hesiodus, quidnam beneficio prouocati facere debemus. i. ut mihi uidetur, ἄρξαντος τινος χαρίζεσθαι.
Illud χαρίζεσθαι interdum duobus uerbis dicit, Gratum facere. In Catone maiore, Atqui Cato gratißimũ nobis ut etiam pro Scipione pollicear, feceris, si, quoniã speramus & uolumus quidẽ senes fieri, ante multo à te didicerimus, quibus facillimè rationibus ingrauescentem ætatẽ ferre poßimus. Plato in Gorgia, οὐκ ἔγωγε, ἀλλὰ συγχωρῶ, ἵνα σοὶ περανθῇ ὁ λόγος, καὶ Γοργίᾳ τῷδε χαρίσωμαι. i. Non equidem contradico, sed concedo, ut & à te concludatur oratio aliquando, & Gorgiæ gratum faciam, uel ab eo ineã gratiam. Eodẽ lib. sæpe hoc uerbum usurpat pro his nostris, placere, inire gratiam, ut χαρίζεσθαι τοῖς δικασταῖς. F
Non poßum locũ præterire Demosth. qui positus est in exordio orationis quã habuit pro Megapolitanis, συμβέβηκε πολλάκις ὑμῶν, τῶν μὲν ταυτὶ βουλομένων, τῶν δὲ ταυτί, ἐάν τις μεταξὺ τις ἐγχειρῇ λέγειν, καὶ ὑμεῖς μὴ περιμείνητε μαθεῖν. χαριεῖται μὲν οὐδετέροις, διαβεβλήσεται δὲ πρὸς ἀμφοτέρους. Titus G
Liuius hunc locum disertißimè interpretatus est in defensione Rhodiorum quæ est in 45. lib. ab urbe condita, Hoc enim legatos utroq; de pace mittendo cõsecuti sumus, ut ne ab utraq; parte gratiam iniremus, ab altera etiam crimen & periculum eßet. διαβάλλεσθαι ergo πρὸς ἀμφοτέρους, est crimen & periculum eße ab utraq; parte. Hæc genera dicendi hic finem habeãt & terminum. Sunt præterea etiam alia pleraq; & apud Græcos & apud Latinos, sed contenti sumus his ut nobis uidetur illustrioribus. εὖ πάσχειν dicitur, cui datur beneficiũ. Cicero dicit hoc ferè, Accipere beneficia, interdum recipere merita: ut εὖ ποιεῖν dare merita. In Lælio, Sæpißimè igitur mihi de amicitia cogitanti maximè illud cõsyderandum uideri solet, utrum propter imbecillitatẽ atq; inopiam desyderata sit amicitia, ut dãdis recipiendisq; meritis, quod quisq; minus per se ipse poßet, id acciperet ab alio, uicißimq; redderet. In alijs paßiua adhibent Græci, ut ὠφελεῖσθαι, ut εὐεργετεῖσθαι. Aristot. 1. lib. cap. 6. ἄτοπον δὲ καὶ τί ὠφεληθήσεται ὑφάντης ἢ τέκτων πρὸς τὴν αὑτοῦ τέχνην, εἰδὼς αὐτὸ τἀγαθόν. 13. cap. huius 8. lib. ἐν ἀρχῇ δ᾽ ἐπισκεπτέον, ὑφ᾽ οὗ εὐεργετεῖται, καὶ τίνι. In quo Græcos imitamur. Ut enim H

A conferre beneficia aliquis dicitur, sic cōferri beneficia dicuntur & dari. Cicero in Lælio, Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debet is in quem collata sunt, non cōmemorare qui contulit. Quē locum magna ex parte mutuatus est à Demosth. cuius ex oratione περὶ στεφάνου eo uerba posui libētius, ut hæc nostra magis probarentur, ἐγὼ νομίζω τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν μεμνῆσθαι τὸν πάντα χρόνον, τὸν δὲ ποιήσαντα εὐθὺς ἐπιλελῆσθαι. Quo ex loco intelligi potest, non solum quod supra docuimus uerum esse, εὖ ποιεῖν dici etiam latinè, conferre beneficia, sed etiā officia cōferre. εὖ παθὼν ergo is dicetur, & qui accepit, & in quem collatum beneficium est. εὖ ποιήσας qui contulit officium & beneficium. In quo perspici licet, pluribus nos uerbis cogi dicere, quod illi dicunt paucioribus. Sequitur ut de formulis ijs dicamus, quibus & nos & illi, beneficium

B quod datū est reddi, exprimamus. Ac illi quidem ἀποδιδόναι dicunt, & ἀνθυπηρετεῖν, & ἀντευποιεῖν, quod Cicero appellat reddere beneficium. Ac interdum Aristoteles accusatiuū illi ἀνταποδιδόναι tribuit εὐεργεσίας. In 9. lib. cap. 2. καὶ τὰς μὲν εὐεργεσίας ἀνταποδοτέον μᾶλλον ἢ χαριστέον ἑταίροις. Supra locum Ciceronis protuli: Nam cum duo genera liberalitatis sint, alterum dandi beneficiū, alterum reddendi. Aristoteles enim ἀνταποδιδόναι χάριν dicit interdum. In 9. lib. cap. 2. ὁμοίως δὲ καὶ φίλῳ μᾶλλον, ἢ σπουδαίῳ ὑπηρετητέον, καὶ εὐεργέτῃ ἀνταποδοτέον χάριν μᾶλλον, ἢ ἑταίρῳ δοτέον. Aristoteles nonnunq̄ illis uerbis, ἀποδιδόναι, & ἀνταποδιδόναι nullum casum addit, interdum τὴν ἀξίαν, aut τὴν ἴσην solum adiungit. in quibus facile intelligitur substantiuum χάριν.

C Cicero conuertit his duobus modis, Reddere gratiam, & Referre gratiam, ἀποδιδόναι τὴν χάριν. Vtriusq; locos proferā quo facilius res intelligatur. Illud prius Ciceronis rarius est & minus usitatum: hoc posterius multo uulgatius & tritius. In 2. de offic. continuatis duabus orationibus his duobus generibus utitur: Sed animaduertendum est diligentius quæ natura rerum sit. Nimirum enim inops ille si bonus est uir, etiā si referre gratiā non potest, habere certè potest. Cōmodè autem quicunq; dixit, pecuniam qui habeat non reddidisse, & qui reddiderit non habere: gratiam autem & qui reddiderit habere, & qui habeat reddidisse. Aristoteles hoc libro octauo, cap. 12. δυναμένῳ δὴ ἀνταποδοτέον τὴν ἀξίαν ὧν ἔπαθε καὶ ἑκόντι. Animaduerti Ciceronem illud δυναμένῳ semper conuertere, si modo possit, uel possis. Quanq̄ Aristot. paulo post dicit, εἰ δυνατός. ὡς εἰ

D δυνατὸς, ἀποδοτέον. Cicero in primo de offic. Quòd si ea quæ acceperis utenda, maiore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus. &c. Paulo post, Non reddere bono uiro nō licet, si modo id facere possit sine iniuria. Ergo Græci ἂν δυνάμενος, uel εἰ δυνατὸς dicunt solum, nec addūt uerbum quod illi sit par Ciceronis modo. Aristoteles paulo post τὴν ἴσην dicit, οὗτος γὰρ ὁ δεόμενος ᾧ ἐπαρκεῖ αὐτῷ ὡς κομιζόμενος τὴν ἴσην. Omnes hodie illa duo τὴν ἴσην, & τὴν ἀξίαν

parem gratiam appellant. in quibus, ut dixi, substantiuum χάριν intelligitur. Illa autem ἀνταποδιδόναι, ἀνθυπηρετεῖν, & ἀντευποιεῖν, non solum referre gratiam & reddere beneficium significant, sed uicißim reddere. ut ἀντιπάσχειν uicißim accipere beneficiū. Nam illud ἀντὶ in compositione uicißim significat. Paulo antè locum protuli Ciceronis ex Lælio, in quo erat, uicißim redderet, cum de hoc genere disputaremus, Recipere merita. Aristoteles in capite cuius modo mentionem feci, καλὸν δὲ τὸ εὖ ποιεῖν, μὴ ἵνα ἀντιπάθῃ. Salustius uerbum è uerbo dicit in Catilinario, pulchrum est benefacere Reipub. Idem efficit quod superiora, κομίζεσθαι τὰς χάριτας. i. accipere beneficium. Aristoteles 7. cap. 9. οὕτω καὶ τοὺς εὐεργετήσαντας βούλεσθαι εἶναι τοὺς παθόντας, ὡς κομιουμένους τὰς χάριτας. Ab ἀνταποδιδόναι fit ἀνταπόδοσις, & ab ἀμείβεσθαι ἀμοιβὴ, quæ uerba dum interpretantur omnes, appellant retributionem, Cicero semper remunerationem & uicißitudinem trāsfert, In Lælio, Nihil est enim remuneratione beneuolentiæ, nihil uicißitudine studiorum officiorúmq; iucundius. In primo de officijs dicit duobus uerbis, gratiam referendā. ἀνταπόδοσιν. Nullum enim officium referenda gratia magis necessarium est. Idem ualet ἀντίδωσις. Quanquam Ciceronem inuenio semel illud ἀνταποδιδόναι & ἀμείβεσθαι dicere retribuere, idq; in oratione quam habuit antequam iret in exilium. Sed quoniam satis multa de conferendis his inter se generibus diximus, quiq; casus ijs uerbis darentur, hoc loco illud intelligendum est, cum illud εὖ ποιεῖν & εὖ δρᾶν significent, beneficia cōferre, si augere rem uelimus, uel imminuere, ut cum dicimus magna uel maxima beneficia in me contulit, uel exigua. eos hoc exprimere illis accusatiuis, μεγάλα, μέγιστα, μικρὰ, alijsq; generis eiusdem. Quod ex eo loco intelligi potest, qui huius disputationis initium dedit, εὖ γὰρ πεποιήκασι τὰ μέγιστα, id est, Maxima enim in nos beneficia contulerunt. Illud etiam supra protulimus, ὠφελεῖν μεγάλα τινί.

Est enim homo ad coniugium natus magis, quàm ad societatem ciuilem, ἄνθρωπος γὰρ τῇ φύσει συνδυαστικὸν μᾶλλον, ἢ πολιτικόν.) Hunc locum & qui sequuntur in primo de officijs tractat Cicero, Nam cum sit hoc natura commune animantium, ut habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso est coniugio, proxima in liberis, deinde una domus, omnia communia.

CAP. XIII.

EXISTVNT autem sæpe criminationes & querelæ, γίνεται δὲ τὰ ἐγκλήματα καὶ αἱ μέμψεις.

Quasi uero nō dederit, sed fœneratus sit beneficium, ὡς οὐ δεδωκώς, ἀλλὰ χρήσας.) Paulo post, Pulchrum autem est benefacere non ut gratiam exi-

A gis, καλὸν δὲ τὸ εὖ ποιεῖν, μὴ ἵνα ἀντιπάθῃ. Cicero in Lælio hos duos locos attigit, Vt enim benefici liberalésque sumus, non ut exigamus gratiam (neque enim beneficium fœneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus) sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed quod eius omnis fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. Ciceronem perspicere licet, illud εὖ ποιεῖν dicere, beneficũ & liberalem eße. In hoc autem Salustium secuti sumus in Catilinario, cuius hæc uerba sunt, Pulchrum est benefacere Reip.

Referenda est quidem par gratia si modo poßis, idq; ultro. Neq; enim amicus quicquam inuitus facere debet, δυναμένῳ δὲ ἀνταποδοτέον τὴν ἀξίαν ὧν ἔπαθε, καὶ ἑκόντι, ἄκοντα γὰρ φίλον οὐ ποιητέον. Illud ἄκοντα τὸ &c. causam eße puto illius τὸ ἑκόντι. Quod non fiet, si dicamus, ut alij, Non enim amicus inuitus
B parandus est. In quo mihi quidem illi tam turpiter erraße uidentur, ut ne phrasim quidem intellexerint. Falsò enim putant hæc aduerbia positionis quæ uocant, datiuum tantummodo ante se exigere, ut in illo exemplo prolato, δυναμένῳ ἀνταποδοτέον τὴν ἀξίαν. Nam accusandi etiam casum sibi præponi interdum uolunt, quod ex illo loco qui paulo post sequitur, intelligi potest. τὸ ὀφείλοντα γὰρ ἀποδοτέον.

Qui nihil confert in Rempub. studij, nihil operum, nihil facultatum, ὁ μηδὲν ἀγαθὸν τῷ κοινῷ πορίζων.) Cicero in primo de officijs, Deserũt enim uitæ societatem, quia nihil conferunt in eam studij, nihil operum, nihil facultatum.

Qui si omnia efficiat, nullam tamen partem uideatur illius meritorũ aßecutus,
C οὐδὲν δὲ ποιήσας, ἄξιον τῶν ὑπηργμένων δέδρακε.) οὐδὲν ἄξιον τῶν ὑπηργμένων δρᾷν. Cicero mihi uidetur disertè interpretatus in primo libro epistolarum familiarium, Nullam partẽ meritorũ aßequi. Quid enim aut me ostentem, qui si uitam pro tua dignitate profundam, nullam partem uidear tuorum meritorum aßecutus. &c. Si uerbum è uerbo exprimens dicerem, Nihil dignum illius meritis fecerit, aliena à nostra consuetudine. i. latini sermonis uidebitur oratio.

AA

ANNOTATIONES IN LIBRVM NONVM. CAP. I.



OMPARATIO & proportio, ut dictum est, & exæquat amicitias & conseruat, τὸ ἀνάλογον ἰσάζει καὶ σώζει τὴν φιλίαν, καθάπερ εἴρηται.) Cicero in Lælio, Virtus, inquam, C. Fanni & tu Q. Muti & conciliat amicitias & conseruat. Hoc loco τὸ ἀνάλογον pro ἀναλογία ponitur. ἀναλογίαν autem à Cicerone dici comparationem & proportionem, alio loco docui.

Quòd cum prius promiserit omnia, tamen nihil eorũ F
quæ promisit, exoluit omnino, ὅτι πρότερον ἐπαγγελλόμενος πάντα, νῦν
οὐθὲν ἐπιτελεῖ.) Paulo post, Qui uero primum argentũ accipiunt, deinde nihil
præstant eorum quæ professi sunt propter promissorum magnitudinem, iure sunt
ij quidem uituperandi. Neq; enim præstant quod professi sunt, οἱ δὲ προλαβόν-
τες τὸ ἀργύριον, εἶτα μηθὲν ποιοῦντες ὧν ἔφησαν διὰ τὰς ὑπερβολὰς
τῶν ἐπαγγελιῶν, εἰκότως ἐν ἐγκλήμασι γίνονται, οὐ γὰρ ἐπιτελοῦσιν ἃ ὡ-
μολόγησαν. ὁμολογεῖν profiteri appellãt omnes Latini, ἐπαγγέλλεσθαι & φῆ-
σαι idem ualet. Nam Cicero loquens in primo de Oratore, de Gorgiæ instituto,
uerbũ φάναι & ἐπαγγέλλεσθαι quod in Gorgia suo Plato usurpãtem facit Gor-
giam, interpretatur profiteri. Verba utriusq; posui. Ciceronis primum, Quod pri G
mum ferunt Leontinũ fecisse Gorgiam, qui permagnum quiddam suscipere ac pro-
fiteri uidebatur, cum se ad omnia, de quibus quisq; audire uellet esse paratum de-
nuntiaret. Plato, ἐκέλευε γοῦν νῦν δὴ ἐρωτᾶν ὅ,τι τις βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄν-
των, καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι. Paulo post Χαιρεφῶν his uerbis
ipsum Gorgiam rogat, εἰπέ μοι ὦ Γοργία, ἀληθῆ λέγει Καλλικλῆς ὅτι ὅτι ἐ-
παγγέλλῃ ἀποκρίνεσθαι ὅ,τι ἄν τίς σε ἐρωτᾷ. Gorgias respondet, ἀληθῆ ὦ
Χαιρεφῶν, καὶ γοῦν δὴ νῦν αὐτὰ ταῦτα ἐπηγγελλόμην, καὶ λέγω, ὅτι οὐ-
δείς μέ πω ἠρώτηκε καινὸν οὐδὲν πολλῶν ἐτῶν. Cicero de eodem loquens in 2.
de finibus, eadem pene uerba dicit, quæ in 1. de Oratore, Eorum erat iste mos qui
tunc Sophistæ nominabantur. quorum è numero primus est ausus Leontinus Gor- H
gias in cõuentu poscere quæstionem. i. iubere dicere qua de re quis uellet audire.
ποιεῖν autem & ἐπιτελεῖν ἅ τις ὡμολόγησε, ἢ ἔφησε, est præstare, efficere,
facere & exoluere, quod quis professus sit, uel promiserit. Cicero in 3. de officijs
loquens de Panetij diuisione & promisso, De tertio autem, inquit, genere deinceps
se scripsit dicturum, nec exoluit id quod promiserat. In 1. de offic. Potest enim acci-
dere promissum aliquod & conuẽtum, ut id effici sit inutile uel ei cui promissum

A sit, uel ei qui promiserit. Nam si, ut in fabulis est, Neptunus quod Theseo promiserat non fecisset, Theseus filio Hippolyto non esset orbatus. Hoc paulo post dicit, Seruare promissa, & Stare promissis.

CAP II.

ATQVE illud quidem perspicuum est, officia non eadem omnibus tribuenda esse: nec patri quidem omnia, quẽadmodum Ioui non fiunt sacra omnia. Quoniam autem alia parentibus, alia fratribus, alia propinquis, alia beneficis tribuenda sunt: suum cuiq; ac proprium, quódq; deceat tribuendũ est, ὅτι μὲν οὖν οὐ ταὐτὰ πᾶσιν ἀποδοτέον, οὐδὲ τῷ πατρὶ πάντα, καθάπερ οὐδὲ τῷ Διῒ θύεται, οὐκ ἄδηλον, ἐπεὶ δ' ἕτερα γονεῦσι καὶ ἀδελφοῖς καὶ ἑταίροις καὶ εὐεργέταις, ἑκάστοις τὰ οἰκεῖα, καὶ τὰ ἁρμόττοντα ἀπονεμητέον.) his locis non repetit τὰ δίκαια,
B Duobus modis hoc dicit, ἀπονέμειν τὰ δίκαια, & ἀποδιδόναι. Quæ Cicero appellat, tribuere officia. In primo de officijs, Sed si contentio quædam & cõparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij, principes sint patria & parentes, quorum beneficijs maxime obligati sumus. Paulo post, Sed in his omnibus officijs tribuendis uidendũ erit, quid cuiq; maximè necesse sit. Eodem lib. locum hũc Aristotelis tractat, Et quoniam officia nõ eadem disparibus ætatibus tribuũtur, aliáq; sunt iuuenum, alia seniorum, aliquid etiam de hac distinctione dicendum est.

Sed necessaria præsidia uitæ parentibus debentur maximè, δόξειε δ' ἂν τροφῆς μὲν γονεῦσι δεῖν μάλιστ' ἐπαρκεῖν. His uerbis q̃ alijs hunc locum interpretari malui, quoniam Cicero mihi sic uisus est interpretari. In 1. de offic. Quamobrẽ necessaria præsidia uitæ debẽtur eis maximè quos ante dixi. In quo perspicere licet q̃ disertè τροφὴν interpretatus sit, non cibũ, non alimẽta, sed necessaria præsidia
C uitæ. Nam τὰ πρὸς τὸν βίον ἀναγκαῖα quanquã hoc modo dici possit, tamen alio loco docui dici à Cicerone, & quæ ad uiuendum & quæ ad uitam degendam necessaria sunt.

Omni etiam seni honos tribuendus est. qui ætatem illam decet, assurgendo, decedendo de uia, alijsq; generis eiusdem, παντὶ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τιμὴν τὴν καθ' ἡλικίαν ὑπαναστάσει, καὶ κατακλίσει καὶ τοῖς τοιούτοις. Cicero in primo de officijs hũc locum de tribuendo suo cuiq; officio tractat diffusius. Est igitur adolescentis maiores natu uereri, &c. τὸν πρεσβύτερον maiorẽ natu appellat, & τιμὴν reuerentiam. Nam uereri eo loco pro honorẽ habere & tribuere dixit. Itaq;
D hũc locum sic licet uertere. Est autem adolescentis maiores natu uereri. Vel adhibẽda est reuerẽtia. Nam illa ὑπαναστάσει & κατακλίσει coactus sum uerbis unde ducta sunt interpetari, quoniam nomina apud nos nulla illis respondent. Cicero in Catone maiore uerbis illis utitur in passiua uoce, Hæc enim ipsa sunt honorabilia quæ uidentur leuia atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli, &c.

CAP. III. E

DE dimittendis amicitijs, περὶ τοῦ διαλύεσθαι τὰς φιλίας.) Cicero in Lælio, διαλύεσθαι τὰς φιλίας dicit, Dimittere amicitias. Est etiam quædã calamitas in amicitijs dimittendis nonnunq̃ necessaria. nisi forte legendũ est dirimendis, εὐθὺς διαλύεσθαι τὰς φιλίας exponit, Repentè præcidere amicitias. Hunc autem locũ de dissoluendis amicitijs tractat Cicero in eodem lib. qui inscribitur Lælius. quem ἀλλοιωθέντα Aristoteles appellat hoc cap. ille non uno eũ uerbo appellat, sed à persona ad rẽ orationem dictionémq; traducit. Si autem morũ aut studiorum cõmutatio quædam, ut fieri solet, facta erit &c. Quod idẽ facit paulo ante in illo εὐθὺς διαλύεσθαι. Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus leuandæ, & (ut Catonem dicere audiui) dissuendæ magis q̃ discindẽdæ sunt, nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit, ut neq; rectum neq; honestum sit, neq; fieri possit, ut non statim alienatio disiunctioq; facienda sit. Aristoteles, ἆρ' οὖν εὐθὺς διαλυτέον, ἢ οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀνιάτοις διὰ τὴν μοχθηρίαν. illud εὐθὺς διαλυτέον, sic interpretatur, repente amicitiæ præcidẽdæ sunt, uel, statim alienatio & disiunctio facienda est, uel distractio. διάλυσιν enim appellat distractionem, dissociationem, & disiunctionem. Aristoteles hoc cap. ὅτι μὴ δι' ὑπερβολὴν μοχθηρίας ἡ διάλυσις γίνεται, id est, cum minimè propter singularem improbitatem disiunctio facta sit. F

Ab eius se remouet amicitia, ἀφίσταται.) ἀφίστασθαι Cicero in hoc genere dicit & discedere ab amicis, & remouere se ab amicitia. In Lælio, Et sæpe incidunt magnæ res, ut discedẽdum sit ab amicis. Paulo post, Ab amicitia Q. Pompeij meo nomine se remouerat, ut scitis, Scipio. G

Vtrum uero erga eum alieniore animo esse debemus, quasi nunquam amicitia intercessisset, ἆρ' οὖν οὐδὲν ἀλλοιότερον πρὸς αὐτὸν ἑκτέον ἢ εἰ μὴ ἐγεγόνει φίλος μηδέποτε.)

Multa amicorum dissidia fiũt, πλεῖσται διαφοραὶ γίγνονται τοῖς φίλοις.) διαφοραὶ γίγνονται τοῖς φίλοις Cicero in Lælio uertit, dissidia amicorum fiũt. Quamobrem primum danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant.

Sic ueteri amicitiæ aliquid tribuendũ est. οὕτω τοῖς γενομένοις ἀπονεμητέον τι.) Cicero sic in Lælio, Quæ tamen si tolerabiles erunt, ferendæ sunt, & hic honos ueteri amicitiæ tribuendus est, ut is in culpa sit, qui faciat, non qui patiatur iniuriam. H

CAP. IIII.

STATVS, τὸ εἶναι.) Operæprecium est, q̃ indisertè illud τὸ εἶναι omnes interpretentur, cognoscere. Omnes enim esse exponunt, quo uerbo hac in re quid potest esse ineptius? Ego diu quidem ac multum quærendo apud Ciceronem in libris de finib. illud τὸ εἶναι statum dictum inueni. Locos ego permultos

A proferre possum, sed uno cōtenti erimus, eo qui positus est in 3. de finib. Placet his quorum ratio mihi probatur, simul atq; natum sit animal (hinc est enim ordiendū) ipsum sibi cōciliari & commēdari ad se conseruandum & ad suum statū & ad ea quæ conseruantia sunt status eius diligenda, alienari autem ab interitu, iisq; rebus quæ interitum uideantur afferre. Id ita esse sic probant, quòd antequàm uoluptas aut dolor attigerit, salutaria appetant parui, aspernenturq; contraria, quod non fieret nisi statum suum diligerent, interitum timerent. Aristoteles cap. 7. huius lib. τοῦτο δ' αἴτιον ὅτι τὸ εἶναι πᾶσιν αἱρετὸν καὶ φιλητόν. Paulo post, στέργει δὴ τὸ ἔργον, διότι καὶ τὸ εἶναι. Ergo στέργειν τὸ εἶναι, est quod Cicero dicit, Statum suum diligere.

Ac mens sua quisq; est uel maximè, δόξειε δ' ἂν τὸ νοοῦν ἕκαστος εἶναι ἢ μάλιστα) Cicero hūc locum in somnio Scipionis sic trāstulit, Nec enim is es quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisq;, non ea figura quæ digito demonstrari potest.

B

Vt enim lætamur iis bonis quæ recordamur, sic iis erigimur quæ expectamus, τῶν τε γὰρ πεπραγμένων ἐπιτερπεῖς αἱ μνῆμαι, τῶν τε μελλόντων ἐλπίδες ἀγαθαί.) Hunc locum conuerti uerbis Ciceronis ex 1. de finib. quoniam finitima uidebantur: Secundam autem partem in Catone maiore ita transtulit, Conscientia bene actæ uitæ, multorúmq; benefactorum recordatio iucundissima est.

In amicum etiam, quemadmodum in se est animatus, πρὸς δὲ τὸν φίλον ἔχει, ὥσπερ πρὸς ἑαυτόν.) In extremo hoc lib. ὥσπερ πρὸς ἑαυτὸν ἔχει, οὕτω καὶ

C πρὸς τὸν φίλον. Et paulo antè, ὡς δὲ πρὸς ἑαυτὸν ἔχει ὁ σπουδαῖος, καὶ πρὸς τὸν φίλον. Ciceronis in hoc genere conuertendo copiosior est & affluētior ditiórq; oratio. Cū enim eundē locū non solū eodē lib. nō semel tractet, sed in multis sæpe, tū aliis atq; aliis uerbis explicat. In lib. qui inscribitur Lælius, Constituendi autē sunt qui sunt in amicitia fines, & quasi termini diligendi, de quibus tres uideo ferri sententias, quarum nullam probo. Vna, ut eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos, &c. Paulo post, Nec enim illa prima uera est, ut quemadmodum in se quisq;, sic in amicum sit animatus. In lib. primo de finibus extrema pagina illū locum quē modo protulimus, exponit: ὡς πρὸς ἑαυτὸν ἔχει ὁ σπουδαῖος, καὶ πρὸς τὸν φίλον. Quocirca eodē modo sapiens erit affectus erga amicum, quo in seipsum.

D In secundo quæ respōdens ad hunc locū, eadem uerba græca aliis latinis exprimit. Posuisti autem dicere alios, fœdus quoddam facere inter se sapientes, ut quemadmodum sint in seipsos animati, eodem modo sint erga amicos.

Est enim is amicus quidem, qui est tanquam alter idem, ἔστι γὰρ ὁ φίλος ἄλλος αὐτός.) Hoc ipso libro nono cap. 11. ἕτερος γὰρ αὐτὸς ὁ φίλος ἐστί. Hos locos duos exponens, iisdem uerbis usus sum, quibus Cicero: iisdem enim ac totidem uerbis in libro qui inscribitur Lælius, explicat. αὐτὸς ergo idem non ipse dicitur.

Qui uero multa & grauia scelera admiserunt improbitate uicti, & se oderũt ipsi & uitam fugiunt. οἷς δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ πέπρακται, καὶ διὰ τὴν μοχθηρίαν μισοῦνται, φεύγουσι τὸ ζῆν.) Cicero in 5. de finib. hunc locum copiose tractat. Tantum proferam quantũ satis sit ad huius interpretationẽ loci quẽ protuli, Quare quotiescũq; dicetur male de se quis mereri, sibiq; esse inimicus atq; hostis, uitam deniq; fugere: intelligatur aliquam subesse eiusmodi causam, ut ex eo ipso intelligi possit sibi quenq; esse charum. Nec uero satis est id, neminem esse qui ipse se oderit, sed illud quoq; intelligendum est, neminem esse qui quomodo se habeat, nihil sua censeat interesse. E

Eorum enim animus à se ipse dissidet, secumq; discordat, στασιάζει γὰρ αὐτῶν ἡ ψυχή.) Cicero in 1. de finib. hunc locum attigit. Neq; enim ciuitas in seditione potest esse beata, nec in discordia dominorũ domus, quanto minus animus à se ipse dissidens secúmq; discordans, gustare partem ullam liquidæ uoluptatis & liberæ potest? Hæc etiam secunda pars est apud Aristotelem in 10. huius operis, 6. cap. ἀγνοοῦσι τοιοῦτοι ὄντες ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου. Cic. enim solet multis locis aut totas interdũ sententias conuertere Aristotelis, Platonis, Demosthenis & aliorũ Græcorum, aut particulas multis ex locis librísq; decerptas in unam sententiã cõmode coaceruare. Quod necessario ei faciendum fuit in 1. lib. de finib. in quo uoluptatem & summum bonum esse defendit, & summis effert laudibus. F

CAP. V.

QVOCIRCA eam fontem amicitiæ licet dicere, διὸ μεταφέρων φαίη τις ἂν αὐτὴν ἀργὴν εἶναι φιλίαν,) ἀργὸς λόγος à Cicerone in libro de Fato appellatur ignaua ratio, Nec nos impediet illa ignaua ratio quæ dicitur. Appellatur enim quidem à Philosophis ἀργὸς λόγος. Vocat igitur Aristoteles beneuolentiam, ignauam & tardam amicitiam. Cicero autem beneuolentiam appellat fontem amicitiæ à natura constitutum. Itaq; non ἀργὴν legendũ puto, sed πηγὴν. i. fontem. Et certè ἀργὸς tertiæ inflexionis est & cõmunis generis. ut ἄνθρωπος. Ciceronis ex lib. de amicitia qui inscribitur Lælius, uerba posui, Quamobrẽ hoc quidem Fanni, & Scæuola, constat, ut opinor, bonis inter bonos quasi necessariam beneuolentiam esse, qui est amicitiæ fons à natura constitutus. Legendum ergo arbitror, πηγὴν εἶναι φιλίας. aut ἀρχήν. G

Quam tempore confirmatam cum auxit cõsuetudo, tum amicitia nascitur, χρονιζομένην δὲ καὶ εἰς συνήθειαν ἀφικνουμένην γίνεσθαι φιλίαν.) Cic. in Lælio ἀφικνεῖται ἡ εὔνοια εἰς συνήθειαν, dicit, Auxit beneuolẽtiam cõsuetudo. Quid enim? Aphricanus indigens erat mei? minimè hercle. ac ne ego quidẽ illius, sed ego admiratione quadã uirtutis eius, ille uicissim opinione fortasse nõnulla quam de meis moribus habebat, me dilexit, auxit beneuolentiam consuetudo. Quo in loco perspicere licet Ciceronem εὐνοεῖν dicere diligere. Quod uerbum interdum apud Latinos & H

A Ciceronem in epistolis minus ualet, quàm amo. Aliquot enim locis hoc dicit, Vt te antea dilexisse, nunc amare uidear. Quod uerbum non illi græco ἀγαπᾶν par est, quoniam idem ualet quod φιλεῖν.

Omnino autem uirtus & probitas beneuolentiã contrahit, si qua significatio honestatis, fortitudinis, aut alicuius uirtutis eiusdẽ generis eluceat, ὅλως δ' ἡ εὔνοια δι' ἀρετὴν καὶ ἐπιείκειάν τινα γίνεται, ὅταν τῳ φανῇ καλός τις ἢ ἀνδρεῖος ἤ τι τοιοῦτον. Cicero à Græcis mutuatus est illud omnino quod initijs solet præponere in 1. de officijs, Omnino fortis animus duabus rebus cernitur. Φαίνεσθαι Cicero hoc loco multis modis solet exponere. aliàs fieri significationẽ probitatis, φανῆναι ἐπιείκειαν, aliàs transfert in actiuã uocẽ, perspicere quasi lumen quoddam probitatis in aliquo. In Lælio, Quamobrẽ hos quidem ab hoc sermone remoueamus, ipsi autem intelligamus à natura gigni sensum diligendi & beneuolentiæ charitatem facta significatione probitatis. Paulo ante, Deinde cum similis existit sensus amoris, si aliquem nacti sumus cuius moribus & naturæ cõgruamus, q; in eo quasi lumen aliquod probitatis & uirtutis perspicere uideamur. Quàm autem, ut ita dicã, sordida futura sit oratio, si dicam, Cum alicui quispiam honestus aut fortis apparet, quis ignorat? Ergo ad illustrandam philosophiam nobis optimi auctores adhibendi sunt, aliter enim semper spinosa est futura.

CAP. VII.

SED nescio quo pacto hoc in poëtis magis cernitur, quos sua opera præter modum delectant, ea ut liberorum loco diligant, μάλιστα δ' ἴσως τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει. ὑπεραγαπῶσι γὰρ οὗτοι τὰ οἰκεῖα ποιήματα, στέργοντες ὥσπερ τέκνα. Cicero in 5. Tusc. quæst. hunc locum tractat, Musicorũ uero perstudiosum accepimus, poëtam etiam tragicum, q̃ bonum, nihil ad rem. In hoc enim genere nescio quo pacto magis quàm in alijs suum cuiq; pulchrum. Adhuc neminem cognoui poëtam, & mihi fuit cũ Aquinio amicitia, qui sibi non optimus uideretur. Sic se res habet, te tua, me mea delectant.

Ad agendum nati, ἐσμὲν δ' ἐνεργείᾳ. Cicero in 5. de finibus, Ergo hoc quidem apparet nos ad agendum esse natos. Hic me locus Ciceronis admonuit, ut ita hunc cõuerterem. Inuexerunt alij hoc dicendi & transferendi genus, Sumus actu, quod mihi non probatur. Malim hoc dicere, Reipsa sumus. Vt illud quod paulo post dicit, δυνάμει ἐσμέν, esse possumus. Verba sunt hodie trita apud Philosophos, cũ de eo qui nondum natus est, disputant. Ille, uerbi causa, Antichristus non est actu sed solum potentia. Quæ quidem uerba & alia eiusdem generis adeo obscura sunt, ut illis solis nota sint. At si quis dicat, Antichristus non est re ipsa, sed potest fieri ut sit, & latina erit oratio, & Latinis omnibus cognita. Has enim obscuritates aut mõstra potius uerborum indiserti interpretes in latinam linguam inuexerunt, dum studiosius uerbum ex uerbo conati sunt exprimere. Propter am locum qui paulo post

ſequitur, quo res quantũ habeat obſcuritatis, facilius perſpici poßit. ὃ γὰρ ἐστι δυ- E
νάμει, τοῦτο ἐνεργείᾳ τὸ ἔργον μηνύει. Quem ego locum ſic ſum interpretatus.
Quod enim poteſt eſſe, id opus quod reipſa eſt indicat. i. ut mihi uidetur. Quod nõ
eſt in rerum natura, ſed poteſt eße: ex eo opere quod in rerum natura eſt intelligi
poteſt, quale ſit futurum. Vt ex hominibus qui hodie ſunt in rerum natura, intelli-
gere poſſumus eos qui ſunt futuri. Quod ſi ita conuerterem, Quod eſt poteſtate, id
actu opus indicat, quanta obſcuritas cõſequatur? Licebit ijs exiſtimare, qui hæc le-
gerint, utrum illud ἐσμὲν δ᾽ ἐνεργείᾳ commodius dicatur, Ad agendum nati ſu-
mus, an, Sumus reipſa.

Habet autẽ & eius quod præſens eſt actio, & rei futuræ expectatio, & præ-
teritorum recordatio oblectationem, ἡδεῖα δ᾽ ἐστὶ τοῦ μὲν παρόντος ἡ ἐνέργεια, τοῦ
δὲ μέλλοντος ἡ ἐλπὶς, τοῦ δὲ γεγενημένου ἡ μνήμη.) Hunc ego locum cõuertens F
illum Ciceronis ex epiſtolis familiaribus mihi propoſui, Habet præteriti laboris
ſecura recordatio oblectationem.

CAP. VIII.

EOSQVE diligentes ſui, probri loco appellant, ὃ ὡς ἐν αἰσχρῷ φιλαύ-
τους ἀποκαλοῦσι:) φιλαύτους Cicero appellat & diligentes ſui, & ſibi cha-
ros. nunquam ſibi amicos. In 5. de finib. Eorum enim eſt hæc querela qui ſibi cha-
ri ſunt, ſeſeq; diligunt. In 4. Omnis enim eſt natura diligens ſui. i. πᾶν γὰρ τὸ ὂν φί-
λαυτον. Paulo ante locum ex 5. de finib. protuli, quo in extremo hæc ſunt uerba,
Sibi quęq; charum eſſe. Hoc capite quoniam ſæpe hoc uerbum Ariſtot. dicit, nunc
diligentes ſui appello φιλαύτους, nunc ſibi charos, modo qui ſeſe diligunt.

Et cætera bona de quibus pleriq; inter ſe digladiari ſoleant, ὃ ὅλως περι- G
μάχητα ἀγαθά. Cicero in 1. de offic. περιμάχητα ἀγαθὰ appellat ea de
quibus pleriq; inter ſe digladiari ſoleant. Itaq; uidẽdum eſt, ne nõ ſatis ſit id quod
apud Platonẽ eſt in philoſophos dictũ, ꝙ in ueri inueſtigatione uerſentur, quódq; ea
quæ pleriq; uehementer expetant, de quibus inter ſe digladiari ſolent, contemnant
ac pro nihilo ducant, propterea iuſtos eſſe.

CAP. IX.

QVOD quiſq; minus per ſe poßit amicũ ſuppeditare, τὸ δὲ φίλον πορίζειν
ἃ δι᾽ αὑτοῦ ἀδυνατεῖ.) Ciceronis uerba poſui ex lib. qui inſcribitur Læ-
lius, Sæpißimè igitur mihi de amicitia cogitanti, maximè illud cõſyderandum uide-
ri ſolet, utrum propter imbecillitatem atq; inopiam deſyderata ſit amicitia, ut dã-
dis recipiendiſq; meritis, quod quiſq; minus per ſe ipſe poßet, id acciperet ab alio, H
uiciſsimque redderet. &c.

Turpibus autẽ offenditur, ταῖς δὲ ἀπὸ κακίας δυσχεραίνει.) Paulo poſt pro
eo dicit, λυπεῖται ὃ δὲ τοῖς φαύλοις, καθάπερ ὁ μουσικὸς τοῖς καλοῖς μέ-
λεσιν ἥδεται, ὃ δὲ τοῖς φαύλοις λυπεῖται. δυσχεραίνειν ergo ταῖς πράξεσι

A ἀπὸ κακίας, & λυπεῖσθαι δὲ τοῖς φαύλοις est offendi. Cicero in tertio de finibus, Quis autem honeste in familia institutus & educatus ingenue, non ipsa turpitudine, etiamsi eũ non læsura sit, offenditur? Idem ualet μισεῖσθαι. Cicero enim uertens locum AEschinis ex oratione in Ctesiphontem in inuectiua in Salustium ita conuertit. Vtriusq; locum proferam. ἤδη γάρ ποτε εἶδον μισηθέντας σὺ τοὺς τῶν πλησίων αἰσχρὰ λίαν σαφῶς λέγοντας. Cicero nonnihil addidit, Sæpe enim grauius uidi offendere animos auditorum eos, qui aliena flagitia apertè dixerunt, q̃ eos qui cõmiserant. αἰσχρὰ disertè flagitia interpretatus est. Quocirca Aristoteles in 10. lib. hæc duo uerba usurpat pro cõtrarijs, χαίρειν & μισεῖν. δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μέγιστον εἶναι τὸ χαίρειν οἷς δεῖ, καὶ μισεῖν ἃ

B δεῖ. Contraria enim uerba horũ sunt, χαίρειν & ἥδεσθαι quibus utitur hoc loco Arist. Dat autẽ eis dandi casum sine præpositione, ὁ γὰρ σπουδαῖος ᾗ σπουδαῖος ταῖς κατ᾽ ἀρετὴν πράξεσι χαίρει. Paulo post id sequitur quod modo protuli, καθάπερ ὁ μουσικὸς τοῖς καλοῖς μέλεσιν ἥδεται. Cicero ἥδεσθαι μέλεσι uertit, teneri cantiunculis in quinto de finibus, Vidit Homerus probari fabulam nõ posse, si cantiunculis tantus uir irretitus teneretur. In 4. Tusc. quæst. uertit eodem modo, teneri cantibus. Adhibita uero exercitatione & arte, ut oculi pictura tenentur, & aures cantibus, quis est qui non cernat, quanta uis est in sensibus? Sed quoniam de his cœpi dicẽdi generibus disserere, non alienum est hoc loco quot quámq; uarijs modis hæc apud Latinos & Græcos dicantur, exponere. Docui illud ἥδε-

C σθαι iungi cum datiuo sine præpositione. Nunc ostendam etiam cum ἐπὶ præpositione. Nam decimo libro, capite tertio, dicit, ἥδεσθαι ἐφ᾽ οἷς τὰ παιδία. οὐδεὶς τ᾽ ἂν ἕλοιτο ζῆν παιδίου διάνοιαν ἔχων διὰ βίου, ἡδόμενος ἐφ᾽ οἷς τὰ παιδία ὡς οἷόν τε μάλιστα, id est, Nemóque degere omnem ætatem uelit in animo puerili, perfluens ijs uoluptatibus omnibus, quibus pueri quàm maximè putent oportere. Cicero enim hunc locum mihi uidetur attigisse in secundo de finibus extremo, Percõtare ipse te, perpetuísne malis uoluptatibus perfluens, in ea quã sæpe usurpas trãquillitate degere omnẽ ætatem &c. Ita ζῆν διὰ βίου, est degere omnẽ ætatem. Atque ut uim huius uerbi perspiciamus, intelligendum est quæ natura sit illius quæ ab ἥδεσθαι ducta est, ἡδονή. Cicero ἡδονὴν uoluptatem appellat, & lætitiam. de priore significatione nulla est controuersia, de posteriore proferam locũ, in quo ἡδονὴν appellat lætitiam. In tertio de finibus, Quámq; Stoici communi

D nomine corporis & animi ἡδονὴν appellant, ego malo lætitiam appellare, quasi gestientis animi elationem uoluptariam. Ergo ἥδεσθαι lætari etiam significat. In secundo de finibus ἡδονὴν uoluptatem nominat. Egóne non intelligo quid sit ἡδονὴ græcè, latinè uoluptas? Nunc uideamus quibus uerbis & apud Græcos ἡδονή, & apud nos uoluptas & lætitia iungatur. Iungunt illi cum uerbo εἶναι, Aristoteles tertio libro, capite decimo, οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ζῴοις κατὰ ταύτας τὰς αἰσθήσεις ἡδονή. Sic Cicero in secundo de finibus, Est'ne quæso, inquam,

sitienti in bibendo uoluptas? Iungitur etiam ἡδονὴ cum uerbo γίγνεσθαι. In 10. E libro, capite quarto, dicit γίγνεσθαι ἀπὸ τῶν πράξεων ἡδονήν. ἐλθεῖν γὰρ αὖ ταῦτα, καὶ εἰ μὴ γένοιτ' ἂν ἀπ' αὐτῶν ἡδονή. Paulo post hoc etiam usurpat, γίγνεσθαι τὴν ἡδονὴν καθ' ἑκάστην τὴν αἴσθησιν. Quo loco γίγνεσθαι non plus efficit quam εἶναι, quoniam paulo post dicit pro eodem κατὰ πᾶσαν γὰρ αἴσθησιν ἐστιν ἡ ἡδονή. Alio autem loco ostendi γίγνεσθαι & εἶναι idem ualere interdum. Cicero γίγνεσθαι & εἶναι τὴν ἡδονὴν κατὰ πᾶσαν αἴσθησιν uertit, habitare, & uersari in sensibus uoluptatem. In 5. Tusc. quaest. Primùm enim horribilis ista caecitas, quibus tandem caret uoluptatibus? cum quidam etiam disputent, caeteras uoluptates in ipsis habitare sensibus: quae autem aspectu percipiantur, ea nec uersari in oculorum ulla iucunditate. Illud autem genus quod primum protuli, hoc modo exponi potest. Sed pariuntur ab actionibus, & oriuntur uoluptates, uel capiuntur ex actionibus. Neq; enim illud fiunt dici latina oratio patitur, & alio loco ostendi illud γίγνεσθαι multis locis oriri ualere. De his autem generibus dicendi, ἐπιφέρειν ἡδονὴν & λύπην alio loco disputatum est. Quae duo his nostris respondere, Afferre uoluptatem & dolorem, nemo dubitat. λαμβάνειν ἡδονὴν nisi semel nō legi, idq; in 10. lib. quod haud scio an nostro huic par sit, Capere uoluptatem. Locum proferam, ut alijs liceat existimare, τούτῳ δ' ἔοικε καὶ ἡδονή. ὅλον γάρ τι ἐστι, κατ' οὐδένα χρόνον λάβοι τις ἂν ἡδονήν, ἧς ἐπὶ πλείω χρόνον γενομένης τελειωθήσεται τὸ εἶδος. Quo loco dubium mihi est, utrum illud λάβοι ἂν significet quod Philosophi hodie dicunt, assignare posit, dicendum autem est, intelligere posit, an uero id quod dixi, percipere. Quòd si λαμβάνειν ἡδονὴν nec eo loco id significat quod dicimus, capere & percipere uoluptatem, nec apud alium reperitur (neq; enim legi) profecto, haec phrasis nostra est, ut pleraeq; aliae, percipere & capere ex aliqua re uoluptatem. Cicero quidem hoc genere utitur uel pro ἥδεσθαι uel pro χαίρειν. Atq; etiam alio loco docui ab eo usurpari tum cum Graeci nō addunt uerbum ut illud est, αἱ ἀπὸ τοῦ μανθάνειν ἡδοναί. quem locum in 5. de finib. interpretatur, eae quas ex discendo capiunt homines uoluptates. In tertio Tusc. quaest. Cicero exponens locum Epicuri, hoc quod dico facile indicat, Nec equidem habeo quod intelligam bonum illud detrahens eas uoluptates quae sapore percipiuntur, detrahens eas etiam quae auditu & cantibus, detrahens eas etiam quae ex formis percipiuntur oculis suaues motiones, siue quae aliae uoluptates in toto homine gignuntur toto è sensu. Ego quamquam nunquam legi hunc locum graecum Epicuri, tamen facile intelligo, quod Cicero dicit eas uoluptates quae sapore percipiuntur &c. apud Epicurum esse, τὰς ἀπὸ ἢ διὰ χυλῶν ἡδονῶν, ἢ τὰς ἀπ' ἀκοῆς καὶ μελῶν, ἀφαιρούμενα. Sic enim Aristoteles in 10. ἄλυποι γάρ εἰσιν, αἵ τε μαθηματικαὶ, καὶ τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις, καὶ διὰ τῆς ὀσφρήσεως. Illud etiam nostrum est, Affici uoluptate, quod graecè dici ἥδεσθαι uel χαί-

A ρεῖν docebo. Cicero in 3. lib. de finib. Aut quis est qui Maximorũ aut Aphricanorum, aut eius quẽ tu in ore semper habes, proaui mei cæterorúmq; uirorũ fortium atq; omni uirtute præstantium, facta, dicta, consilia cognoscens, nulla animi afficitur uoluptate? Aristoteles 10. lib. cap. 3. ita utitur participio χαίρειν ποιοῦντά τι τῶν αἰσχρῶν, οὐδείς τ' ἂν ἕλοιτο ζῆν παιδίου διάνοιαν ἔχων δι' βίου ἡδόμενος ἐφ' οἷς τὰ παιδία ὡς οἷόν τε μάλιστα, οὐδὲ χαίρειν ποιῶν τι τῶν αἰσχρῶν μηδέποτε μέλλων λυπηθῆναι. In superiore autem loco Cicero probat illud, Affici uoluptate, illi cõtrarium quod paulo post dicit, offendi. Quocirca quoniam initio huius loci ostendi χαίρειν, ἥδεσθαι, & δυσχεραίνειν & λυπεῖσθαι opponi illis duobus contrario nomine, nõ est id quidem dubium, quin ἥδεσθαι dixerit affici uoluptate. Quoniam autem ἡδονὴ à Cicerone definitur, esse motus quidã

B & cõmotio suauis iucunditatis, fit ut ἥδεσθαι idem ualeat quod moueri. i. gaudere. Ita Cicero in Lælio, Neq; enim fidũ potest esse multiplex ingenium & tortuosum: neq; uero qui non iisdem rebus mouetur & natura cõsentit, aut fidus, aut stabilis potest esse. Huic illam præposuerat sententiam. Simplicẽ præterea & communem & cõsentientem, & qui rebus iisdem moueatur, eligi par est. Hoc Aristoteles dicit & χαίρειν τοῖς αὐτοῖς, & ἥδεσθαι ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς. In 8. cap. 5. συνδιάγειν δὲ μετ' ἀλλήλων οὐκ ἔστι, μὴ ἡδεῖς ὄντας, μηδὲ χαίροντας τοῖς αὐτοῖς. In hoc 9. cap. 11. ἥδονται ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀγαθοῖς. Sed ad alia ueniamus. Aristoteles 3. lib. dicit, ἡδονὴ ποιεῖ λύπην. quod Cicero secundo de finibus, ad passiuam significationem transfert & ad dolorem. Vtriusq; uerba proferam, καὶ τὴν λύπην δὲ ποιεῖ αὐτῷ ἡ ἡδονή. Loquitur de libidinoso. Cicero, Quis autem

C uel eum iure reprehenderit, qui in ea uoluptate uelit esse, qua nihil molestiæ consequatur? uel illum qui dolorem eum fugiat, quo uoluptas nulla pariatur? Græcorũ illud est etiam, χαίρειν τὴν ἡδονήν. quo Aristoteles in 7. extremo utitur, διὸ ὁ θεὸς ἀεὶ μίαν καὶ ἁπλῆν χαίρει ἡδονήν. Quod Cicero in libris de finibus dicit, Gaudere uoluptate. In 2. de finibus, Simul atq; natum animal est, gaudet uoluptate, & appetit ut bonum: aspernatur dolorem, ut malum. Plato etiam illi ἥδεσθαι dat accusatiuum, τὰς ἡδονάς. In lib. qui Philebus inscribitur extremo, εἰ περὶ πάσας ἡδονὰς ἥδεσθαι δεῖ εἴ τι συμφέρον τε ἢ μὴ ἔστιν καὶ ἀβλαβές, ἅπασι πάσας συγκρατέον. Idem eodem libro illud χαίρειν iungit cum datiuo, ταῖς ἡδοναῖς. οὐδέ ἐστιν ἄρα ἡδοναῖς τὰ πολλὰ οἱ πονηροὶ χαίρουσιν, οἱ δ' ἀγα-

D θοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀληθέσι. Hoc uerbum non reperi iunctum cum accusatiuo alio. Nam aliàs ei datiuũ tribuitur sine præpositione, aliàs cum ἐπὶ præpositione. ut Aristoteles in decimo lib. χαίρειν τῇ ἀληθείᾳ. Et in tertio, χαίρειν μὴ λῷον ἢ ῥόδων, ἢ θυμιαμάτων ὀσμαῖς, καὶ μύρων ἢ ὄψων, & ταῖς τῶν βρωμάτων. In septimo ad uerbum illud accusandi casum adiungit, ὅτι διὰ ἔχουσιν ἑτέρας, ἐφ' οἷς χαίρουσι. Hoc autem uerbum par est illud quidem nostro illi gaudere, sed quoniã

nullum uerbum est apud Græcos usitatius, non est semper illo exponēdum. quod E idem iudicandum est de illo ἥδεσθαι. Cicero quidem in quinto de finibus una eadémque pagina his tot generibus utitur pro illis duobus, Teneri pompa, ludis, spectaculis, Duci auditione fabularum, Capi cognitione, Gaudere scientia, Delectari historia, Hæc passiue: illa actiue, Contemplationes rerum cælestium homines mouere, historiam homines delectare: quorum posterius idem declarat quod græcè dicitur τέρπειν. Aristoteles in decimo, ἔνια δὲ τέρπει καινὰ ὄντα. Quod uerbum cum adeo rarum sit apud eum, ut his decem libris eo solum loco sit usus, non est dubium quin cum hoc nostrum Cicero tam crebro usurpet, plerunq; illa superiora pro eo dixerit. Est etiam illud nostrū, Aliquid esse uoluptati, quód illi Græcorum respondet, εἶναι τι ἡδύ. Quod ex illo loco Ciceronis intelligi potest, qui est apud eum in decimoquarto libro epistolarum familiarium, Vtinam ea res ei uoluptati F sit, gloriæ quidē uideo fore. Ciceronis etiam illud est, Cum uoluptate legere, quod Aristoteles in septimo dicit, μεθ' ἡδονῆς. ἐπεὶ οὐδεὶς ὑβρίζει λυπούμενος, ὁ δὲ ὀργῇ ποιῶν πᾶς ποιεῖ λυπούμενος, ὁ δ' ὑβρίζων μεθ' ἡδονῆς. Aristoteles hoc libro cap. 3. dicit, ἡδονὴν γίγνεσθαι ἀπό τινων. quod Cicero in loco quem modo protuli, appellat, gigni uoluptatem ex aliquo. ἑλοίμεθα γὰρ ἂν ταῦτα, καὶ εἰ μὴ γένοιτ' ἂν ἀπ' αὐτῶν ἡδονή. Loquitur de aspectu, memoria, scientia & uirtutū adeptione. Quo loco ἡδονὴν etiam delectationem posse dici ut putem, admonet me locus Ciceronis pro Archia poëta, Quod si hic non tantus fructus ostenderetur, & si ex his studijs sola delectatio peteretur, tamē, ut opinor, hanc animaduersionem humanissimam ac liberalissimam iudicaretis. Illud enim & si ex his stu- G dijs sola delectatio peteretur. uel sic exponendum græcè puto, καὶ εἰ γένοιτ' ἂν ἀπὸ τούτων τῶν ἐπιτηδευμάτων ἢ προαιρέσεων μόνον ἡδονή. aut sic pro illo γένοιτ' ἄν, ἐπιζητοῖτ' ἂν μηδὲν παρὰ τὴν ἡδονήν. ut idem Aristoteles hoc libro capite sexto, καθ' αὐτὰς δ' εἰσὶν αἱρεταὶ ἀφ' ὧν μηδὲν ἐπιζητεῖται παρὰ τὴν ἐνέργειαν.

Vt etiam Theognidi placet, καθάπερ καὶ Θεόγνις φησίν.) Hæc eadem carmina sunt apud Platonem in Menone, quo loco de uirtute disputat, utrū tradi possit ac doceri. Ait autē ea carmina extare in Elegijs Theognidis quæ hodie extant. Cum enim Socrates Menonem scire diceret, eandem sententiam à Theognide defendi & teneri, at is in quibus ille uersibus hoc confirmaret, rogaret, respondit, ἐν H ἐλεγείοις. Apud Platonem autem uitiosè legitur ἐόντα νόον, pro ἐνόντα. i. mentem quæ insita est. Variatur etiam uerbum συμμιγῇς, cum apud Aristotelem scriptum sit, συμμίξαις, quæ uarietas nihil de lege carminis detrahit.

CAP. XI.

MOERORES enim & luctus facit amicitia communicans partiēnsque leuiores, κουφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι, συναλγούντων τῶν φίλων.) Ci-

A ceronis uerbis ex Lælio hunc locum sum interpretatus.

Sensus communis doloris, minorem ægritudinem facit, ἔννοια τοῦ συναλγεῖν ἐλάττω τὴν λύπην ποιεῖ.) Scio ἔννοιαν à Cicerone in Academicis exponi, notitiam, & notionem, & cognitionem. Hoc autem loco sensus mihi aptius dici uidetur. λύπην dixi ægritudinem, Ciceronem secutus, qui in tertio Tuscul. quæst. sic interpretatur. Illud autem ἐλάττω λύπην ποιεῖν, Cicero in secũdo Tusculanarum quæstionum mutuatus est in alia re. Consuetudo enim laborum perpeßionem dolorum efficiet faciliorem.

Neque enim rectum est cum amicis aut bene meritis consociare & coniungere iniuriam, μεταδιδόναι γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖ τῶν κακῶν.) Hæc pauca pluribus illis exposuit Cicero in tertio de finibus.

B Inuocatum, ἄκλητον.) Cicero primo lib. de natura Deorum extremo, loquens de rerum imaginibus, Quid quòd etiam ad dormientem ueniunt inuocatæ?

ANNOTATIONES IN LIBRVM DECIMVM. CAP. I.

C NEO etiam uis maxima est ad uirtutem, si quis bonis rebus lætetur doleátq; cõtrarijs, δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μέγιστον εἶναι, τὸ χαίρειν οἷς δεῖ καὶ μισεῖν ἃ δεῖ.) De hoc genere satis multa alio loco dicta sunt. Cicero in Lælio, Ergo hoc proprium est animi bene constituti, & lætari bonis rebus, & dolere contrarijs. Si quis enim dicat, Gaudere quibus oportet, inepta uideatur oratio, & certè χαίρειν οἷς δεῖ, non est aliud quàm lætari bonis rebus, quoniam ijs lætandum est. Simile illud etiam quod paulo post sequitur, ἔχειν ῥοπὴν καὶ δύναμιν πρὸς ἀρετήν τε καὶ εὐδαίμονα βίον. quod etiam alio loco tractauimus.

1

D Sed hæc nulla ex parte uera aut honesta oratio est, μή ποτε δὲ οὐδὲ καλῶς τοῦτο λέγεται.) Hoc ut ita uerterem, me admonuit locus ille Ciceronis in secũdo de officijs libro. Honesta oratio est. qui mihi ita exponendus uidetur. Bene dicitur, καλῶς λέγεται. Nam paulo supra hoc dixit, Sed cum in hominibus iuuandis aut mores spectari aut fortuna soleat, dictu quidem est procliue, itáque uulgo loquuntur, sese in beneficijs collocandis mores hominum non fortunam sequi. Honesta oratio est.

CAP II. E

QVAE eius rationes cõprobatæ sunt non sua ui solũ & pondere, sed multo magis bonitate ipsius & moribus, ἐπιστεύοντο δ' οἱ λόγοι διὰ τὴν ἤθους ἀρετὴν μᾶλλον ἢ δι' αὑτούς. Cic. in 2. de finib. loquẽs de Epicuro diserte interpretatus est illud διὰ τὴν ἤθους ἀρετὴν, & totum hũc pene locum. Væneúntq; scripta eius bonitate ipsius & moribus. In primo etiam nonnihil dicit eiusmodi quod ad hunc locum pertineat, Neq; uero hoc oratione solum, sed multo magis uita & moribus comprobauit. Quem si quis locum cum eo quem interpretamur coniũgat, non eum huic dißimilem fatebitur. Neq; enim quicquam dißimilitudinis inuenio, nisi q̃ significationem paßiuam in actiuam transtulit.

Qua etiam ratione Plato refellit eße summum bonum uoluptatem. Magis enim expetendam cũ prudentia coniunctam iucundam uitã, q̃ ipsam separatim, τοιούτῳ δὴ λόγῳ καὶ Πλάτων ἀναιρεῖ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡδονὴ τἀγαθόν. αἱρετώτερον γὰρ εἶναι μετὰ φρονήσεως τὸν ἡδὺν βίον, ἢ χωρίς.) Plato hoc tradit in libro qui inscribitur Philebus. Quo libro triplicem uitam facit, duas simplices, & tertiam coniunctam. Ponit alteram simplicem uoluptatis, quæ nullius sit particeps prudentiæ: alteram prudentiæ, in qua nihil sit uoluptatis: tertiam ex his duabus conficit, qua ex partitione concludit uitam coniunctam esse optimam. F

Quæ bonum ad naturam accõmodatum appetit, ὃ ἐφίεται τῶν οἰκείων ἀγαθοῦ.) οἰκεῖον Cicero in libro 4. Academicarum quæstionum, appellat quod ad naturam accõmodatum est. Nam quomodo non potest animal ullum non appetere id quod accõmodatum ad naturam appareat (Græci id οἰκεῖον appellant,) sic non potest obiectam rem perspicuam nõ approbare. In primo dicit, quod naturæ accõmodatum est, & eius contrarium alienum i. grecè ἀλλότριον, quod Barbari hodie dicunt, conueniens & disconueniens. Quomodo autem moueri animus ad appetendum potest, si id quod uidetur, percipi non potest, accommodatúmne naturæ sit an alienum? G

CAP. III.

NEC si uoluptas qualitas non est, idcirco in bonis non est, οὐ μὴν οὐδ' εἰ μὴ ποιοτήτων ἐστὶν ἡ ἡδονή, διὰ ταῦτα οὐδὲ τῶν ἀγαθῶν.) In hoc dicendi genere pares sumus Græcis. Nam ut illi in secundo membro illud διὰ ταῦτα, ἢ διὰ τοῦτο, prætermittunt interdum: sic nos idcirco & cõtinuo. Cicero secundo de finibus, Non enim si malum dolor est, carere eo malo, satis est ad bene uiuendum. Aristoteles hoc cap. paulo infra, οὐ γὰρ εἰ τοῖς κακῶς διακειμένοις ἡδέα ταῦτ' ἐστίν, οἰητέον αὐτὰ καὶ ἡδέα εἶναι ἁπλῶς. Paulo infra in secundo membro dicit, διὰ τοῦτο οὐδ' εἰ ἀγνοοῦσι οὕτοι ὄντος ἡδονῆς εἰλικρινοῦς ἢ ἐλευθερίου, τὰς σωματικὰς καταφεύγουσι, διὰ τοῦτο ταύτας οἰητέον αἱρετωτέρας εἶναι. Cicero illud διὰ ταῦτα in hoc genere secundo loco positum interdum dicit, uer- H

A *bum è uerbo, propterea. In Oratore, Nec uero si quid est unum inter eos simile (id autem est iudicium electióq; uerborum) propterea cæterarum rerum dissimulitudo intelligi non potest.*

Contendunt autem bonum certum esse & finitum, uoluptatem infinitam & incertam, propterea quòd augeri & minui possit, λέγουσι δὲ τὸ μὲν ἀγαθὸν ὡρίσθαι, τὴν δ᾽ ἡδονὴν ἀόριστον εἶναι, ὅτι δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. *Socrates hoc dicit in Philebo Platonis, Nam cum duo rerum genera posuisset, unum quod* ἄπειρον *.i. infinitum appellat, alterum quod* πέρας*: tandem ridens Philebi de uoluptate in qua summum bonum ponebat, sententiam, hoc ab eo quæsiuit.* ἡδονὴ καὶ λύπη πέρας ἔχετον, ἢ τῶν τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον δεχομένων ἐστόν*.i. Vtrum uoluptas & dolor terminata sunt & finita, an uero in ijs sunt quæ augeri possint &*
B *minui? Philebus autem ita respondit,* καὶ τὸ μᾶλλον, ὦ Σώκρατες, *id est, certè augentur Socrates.*

Voluptatem quidem motum & ortũ ostendere conantur, τὴν ἡδονὴν κίνησιν καὶ γένεσιν ἀποφαίνειν πειρῶνται.) *Hoc facit Socrates in eodem libro. Duo enim genera rerum ponit,* τὴν οὐσίαν, *&* τὴν γένεσιν*. quo posito, concludit cũ ortus ad naturam & bonum referatur, non contra, uoluptas autem sit in motu, ea autem quorum unum ad alterum referatur, in diuerso genere ponantur, ex his effici, ut quoniam natura bonum sit, uoluptatem non esse in bonis. Verba Socratis posui,* ἆρ᾽ οὖν ἡδονή γε, εἴπερ γένεσίς ἐστιν, εἰς ἄλλην ἢ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μοῖραν αὐτὴν τιθέντες, ὀρθῶς θήσομεν*.i. Num si uoluptatem quoniam in ortu est, ad aliud*
C *genus quã boni trãsferamus, rectè ponemus? Respondet Protarchus,* ὀρθότατα.

Ex quo quicq; oritur, in id interit, ἐξ ὧν γὰρ γίνεται, εἰς ταῦτα διαλύεσθαι.) *In primo Academic. quæst. exponit illud* διαλύεσθαι. *Sed subiectum putant omnibus sine ulla specie, atq; carentem omni illa qualitate (faciamus enim tractando usitatius hoc uerbum & tritius) materiam quandam ex qua omnia expressa atq; effecta sint, quæ tota omnia accipere possint, omnibúsque modis mutare atq; ex omni parte, eóq; etiam interire non in nihilũ sed in suas partes, quæ infinitè secari atque diuidi possunt. In secundo de diuinatione hoc appellat occidere in nihilũ, & quod uulgo dicitur, ex nihilo aliquid fit aut non fit, dicit oriri ex nihilo. Non ergo omnium interitus atque obitus natura continet, & erit aliquid, quod aut ex nihilo*
D *oriatur, aut in nihilum subito occidat. Quis hoc physicus dixit unquam? In Oratore dicit, Recidere in nihilum, pro quo Barbari dicunt, annihilari, & resolui, Græci* ἀναλύεσθαι.

Non enim si male animo affectis & constitutis, οὐ γὰρ εἰ τοῖς κακῶς διακειμένοις.) *Contrarium eius est* εὖ διακείμενοι, *quo utitur proximo cap.* καθ᾽ ἕκαστον δὲ βελτίστη οὖσα ἡ ἐνέργεια τοῦ ἄριστα διακειμένου πρὸς τὸ κράτιστον τῶν ὑφ᾽ αὐτήν. *Cicero in Lælio, Ergo hoc proprium est animi bene constituti, & læ-*

tari bonis rebus, & dolere contrarijs. Paulo post eodem cap. Aristot. utitur uerbo E
illo τὸ ἔχειν πρὸς τὸ σπουδαιότατον, quod idem ualet, πλεονεκτεῖ δὴ τῷ εὖ ἔχοντος πρὸς τὰ σπουδαιότατον τῶν ὑφ' αὑτῶν. Cicero in 3. Tusc. quaest. hoc dicit, probe affectum esse ad munus suum fungēdum. Et quemadmodum oculus cōturbatus non est probe affectus ad munus suum fungendum, & reliquae partes totúmue corpus cum statu est motum, officio suo & muneri deest: sic cōturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum.

CAP. IIII.

INGRESSVS, βάδισις.) Cicero βάδισιν appellat aliàs ingressum, aliàs incessum, nunquam ambulationem. Ambulatio enim idem ualet quod deambulatio. βάδισις autem latius patet. Cicero in primo de natura Deorum, Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quae adhibetur homini, ingressus, F
cursus, accubatio, inclinatio, sessio, comprehensio, ad extremum etiam sermo & oratio. In primo de officijs, Cauendum est autē, ne aut tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, &c. Vt autem intelligatur, βάδισις etiam incessus dici à Cicerone, eiusmodi locum ex primo de officijs proferam, in quo pro illo ingressus, dixit incessus. Status, incessus, sessio, accubatio, uultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum. Ambulationem autem pro deambulatione poni, ille locus indicat eiusdem in eodem libro. Tanta uis est loci & temporis, ut si quis cum causam sit acturus, in itinere aut ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur.

Siquidem termini à quo motus incipit, & in quo desinit, speciem conficiunt, εἴπερ δὲ πόθεν ποῖ εἰδοποιόν.) Hoc loco non erit alienum graeca uerba cum lati- G
nis comparare, quibus nos & illi rationem & causam rei superioris afferendā, & confirmandum aliquid putamus. Quod quo sit firmius, maiorémq; habeat auctoritatem, locos Platonis quos Cicero conuertit proferam. εἴπερ, siquidē ualet, cuius talis usus est, ut nunquam ad maiorem aliquam propositionem probandam afferri debeat, neq; in longiore ratione collocari. Itaq; errant multi qui hoc uerbo in ratione prima totius orationis utuntur. Quocirca nunquam fere maiuscula litera scribi debet. Quod ut intelligatur, duos locos Platonis proferam, quos Cicero transtulit. Plato in Timaeo, πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους, λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα, εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται. Cicero in libro de Vniuersitate hunc locum conuertit hoc modo, Recte ne igitur unum mūdum dixerimus, an sint plures, & innumerabiles, dictu ue- H
rius? Vnus profecto, si quid factus est ad exemplum. Sed quoniam hoc loco illud εἴπερ non causam dicere potest, ut illud nostrum, Si quidem duo sint uerba: idcirco locū alterū ex Phaedro Platonis proferēdum puto, eū quē cōuertit Cicero, & in 6. de Rep. & in 1. lib. quaest. Tusc. Sed quia locus ille superioribus sic cohaeret, ut sine

A *bis uix intelligi poßit, totum proferre malui, quod eo feci libetius, quòd is totus ad*
hoc nostrum institutum pertinet. In eo enim non solum illud εἴπερ *positum est, sed*
γὰρ *etiam* & ὡς. γὰρ *autem* Cicero *enim uertit*, & *nam*: & ὡς *nam*. τὸ
γὰρ ἀεὶ κινητὸν ἀθάνατον, τὸ δ' ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον,
παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅ-
τε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτὸ, οὔποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα
κινεῖται τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. ἀρχὴ δὲ ἀγένητον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ
ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ' ἐξ ἑνός. εἰ γὰρ ἔκ του
ἡ ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο. ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι, καὶ
ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι. ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολλυμένης, οὔτε αὐτή πο-
B τε ἔκ του, οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται. εἴπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γί-
γνεσθαι. οὕτω δὴ κινήσεως μὲν ἀρχὴ, τὸ αὐτὸ κινοῦν. τοῦτο δὲ οὔτ' ἀπόλ-
λυσθαι, οὔτε γίγνεσθαι δυνατὸν, ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γῆν συμ-
πεσοῦσαν στῆναι, καὶ μήποτε αὖθις ἔχειν στῆναι, ὅθεν κινηθέντα γενήσε-
ται. ἀθανάτου δὲ πεφασμένου, τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ
λόγον τοῦτον αὐτόν τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται; πᾶν γὰρ σῶμα, ᾧ μὲν ἔξω-
θεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον. ᾧ δὲ ἔνδοθεν αὐτὸ ἐξ αὑτοῦ, ἔμψυχον. ὡς ταύτης
οὔσης φύσεως ψυχῆς. εἰ δ' ἔστι τοῦτο οὕτως ἔχον, μὴ ἄλλο τι εἶναι τὸ αὐτὸ
C αὐτὸ κινοῦν ἢ ψυχὴν, ἐξ ἀνάγκης ἀγένητόν τε καὶ ἀθάνατον, ψυχὴ ἂν
εἴη. Nunc quemadmodum hũc Cicero locum uerterit, audiamus, *Quod semper mo-*
uetur, id æternum est. Quod autem motum affert alicui, quódque ipsum agitatur
aliunde, quando finem habet motus, uiuendi quoque finem habeat neceße est. So-
lum igitur quod seipsum mouet, quia nunquam deseritur à se, nunquam ne moue-
ri quidẽ desinit. Quinetiam cæteris quæ mouẽtur, hic fons, hoc principium est mo-
uendi. Principij autem nulla est origo. nam ex principio oriuntur omnia, ipsum au-
tem nulla ex re alia nasci potest. Nec enim esset id principium, quod gigneretur
aliunde. Quod si nunquã oritur, nec occidit quidẽ unquam. Nam principium ex-
tinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec à se aliud creabit: siquidem neceße est à
principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum à se moue-
D *tur. Id autem nec nasci potest, nec mori. uel concidat oportet cælum omnisq; natu-*
ra consistat neceße est: nec uim ullam nanciscatur, qua primo impulsa moueatur.
Cum pateat igitur æternum id esse, quod seipsum moueat, quis est qui hanc na-
turam animis esse tributam neget? Inanimum est enim omne quod pulsu agitatur
externo. quod autem est animatum, id motu cietur interiore & suo. Nam hæc
est natura animi atque uis. Quæ si est una ex omnibus quæ seipsam semper mo-
ueat, neque nata certe est, & æterna est. Quàm disertè quæso, quàm splendide
hunc Platonis locum Cicero interpretatus est? ut mihi interdum uerum eße ui-

deatur id quod ipse ait, quæ Latini à Græcis mutuati sunt & acceperunt, ea ab illis facta esse meliora. Copia certè Platonem in hoc Cicero longe multúmque superauit. Nam cum ille uno modo semper dicat, κινεῖν, κινεῖσθαι, τὸ κινοῦν ἑαυτό, & τὸ κινούμενον, hic noster multis uarijsq; modis commutatis uerbis hæc ipsa expreßit. κινεῖν enim τὸ ἄλλο & afferre motum alicui, & mouere, & ciere, & agitare impulsu dicit. quod idem ad alia etiam transferri potest. Age uero in illo quod alio loco tractauimus, quanta eius ubertas orationis, quàm illustris oratio consumpta est, γίγνεσθαι. Nam & oriri dixit, & nasci, & gigni. Contraria etiam horũ q̃ disertè? ἀπόλλυσθαι & mori & extingui. διαφθείρεσθαι occidere. ἀγένητον & cuius nulla origo est, & quod natum nõ est, & quod nunq̃ oritur. ἀδιάφθορον, quod nunq̃ occidit. ἔξωθεν κινεῖσθαι, pulsu agitari externo. ἔνδοθεν κινεῖσθαι, motu cieri interiore & suo. Sunt & alia permulta quæ breuitatis causa omitto, fretus eorum intelligentia & labore, qui hæc legerint. Hoc tantum dicam, si ad philosophiam eam quam naturalẽ uocant hæc transferre omnia uelimus, multo eã splendidiorem ac illustriorem futuram. Sed nos ad propositũ reuertamur. Ex eo loco quẽ protuli, facile intelligi potest quod dixi, quid ὡς, quid γὰρ, quid ἔπειτα ualerẽt. τὸ γὰρ etenim dicimus. quod uerbum & apud Græcos & apud Latinos tantũmodo primum in oratione debet eße. ἐπεὶ à Cicerone nã exponitur, & ὅτι, quod Aristot. in 3. ἐπεὶ οὕτω γε καὶ οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι ἂν πεινῶντες. τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς νομῆς. καὶ οἱ μοιχοὶ δὲ, διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τολμηρὰ πολλὰ δρῶσι. Hunc enim locum sic imitatus est Cicero in 4. Tusc. quæst. Nã isto modo quidem licet dicere utilem uinolẽtiam ad fortitudinem, utilẽ etiam demẽtiam. q; & insani & ebrij multa faciãt uehementius. ὅτι q; ualet. Cicero etiã nam ipsum illud ὅτι uertit. Plato in Timæo. ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν, ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων οὐδεὶς ἄν ποτε ἐρρήθη, μήτε ἄστρα μήτε ἥλιον μήτ' οὐρανὸν ἰδόντων, Rerum enim optimarum cognitiones nobis oculi attulerunt. Nam hæc quæ est habita de Vniuersitate oratio à nobis, haud unq̃ esset inuenta, si neq; sydera, neq; sol, neq; cælum sub oculorum aspectũ cadere potuissent. In quo Platonis loco ἡμῶν uel intelligendũ est, uel si minus commode intelligi potest reddẽdum. In eo etiam δὴ reperitur pro enim positũ. Illud γοῦν alio loco demõstratum est sæpe redũdare in oratione. Cicero interdum illud γὰρ quia uertit, quoties breui propositioni breuis etiam ratio affertur. Plato in Timæo, ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο. οὐδὲ ὁρατὸν γὰρ ὑπελείπετο ἔξωθεν. οὐδ' ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν. Cicero in lib. de Vniuersitate hũc locum ita cõuertit, Nec enim oculis egebat, quia nihil extra quod cerni posset relictum erat: nec auribus, quia ne quod audiretur quidẽ. ὅτι etiam quia dicit Cicero, præsertim in respondendo, ut διὰ τί; ὅτι & c. i. quamobrem? quia. Orationes Ciceronis & Demosthenis plenæ sunt eiusmodi exemplorum. Anteq̃ iret in exilium.

E F G H

A Ego'ne inimicus huic ciuitati? quamobrem? quia inimicos necaui. Ego'ne hostis? quid ita? quia hostes interfeci. ἅτε Cicero uertit quia, in eo loco Platonis quē paulo antè protuli. Hæc autem dictio apud Platonem usitata est & trita, quam iunctam cum participio ferè inuenio. Locum Platonis non incōmodum erit repetere. μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον. Cicero sic, Solum igitur quod seipsum mouet, quia nunquam deseritur à se, nunq̄ ne moueri quidem desinit. ἅτε etiam quippe Cicero uertit in lib. de Vniuersitate. Et quoniam iungitur, ut dixi, cum participio, eo loco Cicero addit ad ipsum qui, ut dicat, quippe qui. In media quidem oratione illud ipsum, quippe qui, usitatissimum est. in initio maximè rarū. Cicero in 4. de finibus, Quis tibi ergo istud dabit, præter Pyrrhonem, Aristonē, eorúmue similes, quos tu nō probas? Aristoteles, Xenocrates, to-
B ta illa familia non dabit, quippe qui ualetudinē, uires, diuitias, gloriam, multa alia bona esse dicant, laudabilia nō dicant. Datur ei etiam cum cōiunctio, Cicero in Lælio. Nihil est enim uirtute amabilius, nihil quod magis homines alliciat ad diligendū, quippe cū propter uirtutem & probitatē etiam eos quos nunquā uidimus, quodā modo diligamus. Longum autē esset Platonis ex Timæo locum totū explicare: tantum initium proferam. Cicero sic loquens de animo, Quippe qui ex eadem uinctus alteráq; natura, adiuncta materia temperatione trium partium proportione compacta, se ipse conuersans, cum materiam mutabilem arripuisset, &c. Plato in Timæo, ἅτε οὖν ἐκ ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως, ἔκ τε οὐσίας τριῶν τούτων συ-
C γκραθεῖσα μοιρῶν καὶ ἀνὰ λόγον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη πρὸς αὑτήν, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτηται. &c. In hoc loco οὖν adiunctum redundat. Mirari satis nequeo eos, qui nobis dictionaria græcorum uerbornm composuerunt & reliquerunt, illud ἅτε tanq̄ exponere.

Auditiones, ἀκούσματα.) Aliud est ἀκοή, aliud ἄκουσμα, ut aliud auditus, aliud auditio.

Humanæ enim res laborem sempiternum non possunt pati, πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπεια ἀδυνατεῖ συνεχῶς ἐνεργεῖν.) συνεχῶς ἐνεργεῖν agere semper aliquid Cicero dicit in 5. de finibus, & quod hic Aristoteles de labore & actione sentit, ille ad quietem accōmodat, Sunt autem, inquit, & clariora uel plane perspicua, nec dubitanda indicia naturæ, maxime scilicet in homine, sed in omni animali, ut appareat animus aliquid agere semper, neq; ulla conditione quietem sempiter-
D nam posset pati. συνεχῶς in 4. Academ. quæst. appellat continēter. Quia continenter laberentur & fluerent omnia.

Cum præsertim actionē comitetur, ἕπεται γὰρ τῇ ἐνεργείᾳ.) ἕπεσθαι Cicero uertit comitari. & ἑπόμενα πάθη, comites motus. Cicero in 5. Tusc. quæst. Est præclara epistola Platonis ad Dionis propinquos, in qua scriptum est his ferè uerbis, Quo cum uenissem, uita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum Syracusa-

narúmq; mensarum, nullo modo mihi placuit, bis in die saturum fieri, nec unquam E
pernoctare solum, ceteráq; quæ comitātur huic uitæ, in qua sapiens nemo efficitur
unquā, moderatus uero multo minus. Eum locum quem hic Cicero exponit, ut ple
rosq; alios, magna diligentia conquisitum inueni, quem ob eam causam hic addendū
putaui, ut studiosi Græci sermonis semper haberent quod imitarētur, ἐλθόντα δέ
με, ὁ ταύτῃ λεγόμενος αὖ βίος εὐδαίμων, Ἰταλιωτικῶν τε Συρακου=
σίων τραπεζῶν πλήρης, οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε, δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπι=
πλάμενον ζῆν, καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ, καὶ ὅσα τούτων
ἐπιτηδεύματα ξυνέπεται τῷ βίῳ, ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἐθῶν οὔτ' ἂν φρόνιμος
οὐδεὶς ποτε γενέσθαι τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀνθρώπων ἐκ νέου ἐπιτηδεύων δύ=
ναιτο, οὔτ' οὕτως θαυμαστῇ φύσει κραθήσεται. σώφρων δὲ οὐδ' ἂν μελλήσαι
ποτὲ γενέσθαι. Nunc locum Platonis ex Timæo proferā, quem in libro de Vni= F
uersitate Cicero transferens, ἑπόμενα παθήματα αὐτοῖς appellat motus co=
mites horum. Is autem locus est quem Cicero multis locis tractat, cū de animi par=
tibus eodem modo quo Plato disserit. Est bene longus locus, sed utilitas cōpensabit
satietatem, ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ μὲν προσίοι,
τὸ δὲ ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῶν, πρῶτον μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν
πᾶσιν ἐκ βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γίγνεσθαι, δεύτερον δὲ, ἡδονῇ καὶ
λύπῃ μεμιγμένον ἔρωτα, πρὸς δὲ τούτοις φόβον καὶ θυμόν, ὅσα τε ἑπό=
μενα αὐτοῖς, καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε διεστῶτα. Cicero sic, *Cū autem ani=
mos corporibus cum necessitate inseuisset, cúmq; ad corpora necessitate accessio
fieret, tum abscessio, necesse erat sensum existere unū, communémq; omnium, uehe=* G
*mentiore motu excitatum cōiunctúmq; naturæ: deinde uoluptate & molestia mi=
xtum amorē, post iram & metum & reliquos motus animi comites superiorū, &
his etiam contrarios dissidentes.* Ex collatione horum duorum locorum facile est
intellectu, alios libros emendandos esse, in quibus legitur, *Cum animis corpora in=
seuisset.* Deinde illi etiam errores corrigendi, *Vehementiore motu excitato con=
iunctóq; naturæ.* σύμφυτον enim pertinet ad αἴσθησιν, non ad παθημάτων. Et cer=
tè nō motus excitatur sed excitat sensum. Hic autē fructus nobis ostenditur. προσ=
ιέναι accedere, ἀπιέναι abscedere & decedere. nā sic alio loco interpretatus est.
Sed hoc quoq; obseruandum & intelligendū, disertè pro uerbis nomina dixisse, ac=
cessio & abscessio, quod quo faceret commodius, illud cū his maluit dicere. Est au H
tem accessio augmentatio quam uocant, seu nouæ rei additio ad superiorem. Ab=
scessio & decessio cōtra, imminutio. Βίαια παθήματα disertè interpretatus est
uehementiores motus. αἴσθησις ergo βιαίων παθημάτων, sensus dicetur uehemen=
tiore motu excitatus. γίγνεσθαι existere, quod alio loco ostendimus. ξύμφυτον con=
iunctum naturæ. διϊστάναι, dissidere. Sed ut ad propositum reuertamur, hoc loco
Græcos cum Cicerone imitati sumus. iunximus enim illud comitari cum dandi ca=

A *su, quemadmodum Cicero in superiore loco.*

Copulata enim hæc inter se uidentur, ut neutrũ ab altero nec diuelli posit, nec distrahi, συνεζεῦχθαι μὲν γὰρ ταῦτα φαίνεται. καὶ χωρισμὸν οὐ δέχεσθαι.) Cicero *sic in primo lib. de finib. Vt enim temperantiam, sapientiam, fortitudinẽ copulatas esse docui cum uoluptate, ut ab ea nullo modo nec diuelli, nec distrahi possint: sic de iustitia iudicandum est.*

CAP. V.

QVI *enim tibiarum cantu tenentur,* φίλαυλοι.)

Non *possunt uerba quæ interim fiunt aduertere,* ἀδυνατοῦσι τοῖς λόγοις προσέχειν.) *Interdum additur accusatiuus* τὸν νοῦν. *Itaque hinc nostrum Animaduertere natum est.* Terentius *dicit, aduertere.* Idem *in* Andria *dicit, adiungere, ap*
B *plicare, & appellere animum ad scribendum, ad uxorem. Hoc etiã dicit,* Attẽdere *animum.* Hoc *loco illud* προσέχειν τοῖς λόγοις *attẽdere uerba, & attentè audire etiam dicitur.* Demosth. *prima* Olynthiaca *dicit* προσέχειν τῷ πολέμῳ *i. incumbere in bellum. ut* Cicero *in primo de* Oratore *dicit, Incumbite in hæc studia.* Idem *fere ualet* ἐνεργεῖν περὶ τι, *&* κατά τι. *quo utitur* Aristot. *paulo infra,* ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει, ὅταν ἅμα περὶ δύο ἐνεργῇ. *Paulo infra,* ὥστε μηδὲν ἐνεργεῖν κατὰ τὴν ἑτέραν. *In his locis illud* ἐνεργεῖν *expono intendere animum & aciem animi in duas res. Ita mihi uidetur dixisse in 4.* Academ. *quæstionum,* Mens *enim ipsa quæ sensuum fons est, atq; etiam ipsa sensus est, naturalem uim habet, quam intendit ad ea, quibus mouetur. Illud* ἐνεργεῖν *etiam occupari*
C *ualet in hoc loco.*

CAP. VI.

DANT *enim eis incommoda potius, q̃ prosint: uidemúsq; eos nec ualetudinis, nec rei familiaris habere rationem,* βλάπτονται γὰρ ἀπ' αὐτῶν μᾶλλον ἢ ὠφελοῦνται, ἀμελοῦντες τῶν σωμάτων καὶ τῆς κτήσεως.) Cicero *in quinto lib. de finib. hunc locũ sic uertit, ut feci. De quo alio loco satis multa dicta sunt.*

Partem nullam liquidæ uoluptatis & liberæ unquam gustarunt, ἄγευστοι ὄντες ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου.) Cicero *in primo de finibus hunc locum & alios una oratione complexus est,* Neq; *enim ciuitas in seditione potest esse beata, nec in discordia dominorum domus, quo minus animus à se ipse dißidens secúmq;*
D *discordans gustare partem ullam liquidæ uoluptatis & liberæ potest.*

Vt *optimæ cuiusq; partis & hominis actio & uirtus sit præstantißima,* ὅτι τοῦ βελτίονος ἀεὶ μορίου καὶ ἀνθρώπου σπουδαιοτέραν τὴν ἐνέργειαν.) Cicero *in quinto de finibus hunc locum attigit,* Quibus *expositis, est coniectura, ea maximè esse expetenda ex nostris, quæ plurimum habent dignitatis, ut optimæ cuiusq; partis, quæ per se expetatur, uirtus sit expetenda maximè.*

CAP. VII.

QVAM eandem ſitam eßeneceße eſt in ea parte quæ eſt omnium optima, E
ſiue ea quidem mens eſt, αὕτη δ᾽ ἂν εἴη τοῦ ἀρίστου, εἴτε δὴ νοῦς τοῦτο.) Ci-
cero in 5. quæſt. Tuſc. hunc locum pene iiſdem uerbis tractauit, Etenim quæ pars
optima eſt in homine, in ea ſitum eſſe neceſſe eſt illud, quod quæris omnium opti-
mum. Quid autem in homine ſagaci ac bona mente melius?

Seu ea nihil eſt in nobis diuinius, εἴτε τὸ ἐν ἡμῖν τὸ θειότατον.) Superlatiuũ
in hoc genere Cicero per comparatiuum exponere ſolet. Hunc enim locum ita in-
terpretatur in 5. lib. de finib. Quæ quidem propriè uirtutes appellantur multúmq;
excellunt, propterea q̃ ex ratione gignuntur, qua nihil eſt in homine diuinius.

Rerum quæ ad uitam degendã ſunt neceſſariæ, τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων.)
Cicero in primo de officiis, τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαῖα, appellat, & quæ ſunt ad F
uiuẽdum neceßaria, & res ad uitam degendam neceßarias. Principio generi ani-
mantium omni eſt à natura tributum, ut ſe, uitam, corpúsq; tueatur, declinétque ea
quæ nocitura uideantur, quæq; ſint ad uiuendum neceſſaria inquirat & paret,
ut paſtum, ut latibula, ut alia eiuſdem generis. Paulo infra, Homo autem qui
rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, cauſas rerum uidet, earúmq;
progreſſus, & quaſi anteceßiones non ignorat, ſimilitudines cõparat, rebúſq; præ-
ſentibus adiungit atq; annectit futuras: facile totius uitæ curſum uidet, ad eámq; de-
gendam præparat res neceſſarias. Alio loco docui, πορίζεσθαι τὰ εἰς τὸν βίον eſſe
quod hic Cicero, præparare ad uitam degendam res neceßarias, & paulo ante,
parare quæ ſunt ad uiuendum neceſſaria. quanquam illud πορίζεσθαι τὰ εἰς τὸν
βίον dici poteſt commodius, quod idem auctor eodem libro paulo infra ait, Para- G
re ea quæ ſuppeditent ad cultum & ad uictum. Malim enim ego πορίζεσθαι hoc
loco appellare parare, quàm ſuppeditare, quoniam nono lib. unde hoc genus ſum-
ptum eſt, Ariſtoteles de uiro & uxore diſſerit, qui cum unam in domum habitan-
di & procreandi cauſa conuenerint, parant ea quæ ad uictum cultúmq; pertinẽt.
Niſi forte ſuppeditant eo magis placet, q̃ deinceps eo libro idem ait, ἴδια ἐκθέν-
τες εἰς τὸ κοινόν. i. ſua in cõmune conferentes, q̃ iam ea habeant, ut nõ ſit neceſſe
ea parare. Libera ſunt iudicia hominum, licebit iis exiſtimare qui hæc legerint. Ex
huius autem loci explicatione hoc commoditatis reportabimus, quid Græci pro ge
rundiis & gerundiuis noſtris uſurpent. utuntur enim infinitiuis. Nihil hic dico de
aduerbiis quæ uocant poſitionis. Hoc etiam loco nõ eſt alienum, quæ ad uiuendum
pertinent, græca & latina uerba conferre. Quãquam hoc iam magna ex parte cõ H
fectum negotium eſt. Nam ζῆν & uiuere transferri à Cicerone oſtendimus, & ui-
tam degere. Illud tamẽ noſtrum, Degere uitam, magis illi reſpõdet græco διάγειν.
Sic de illo, Agere uitam iudicandum eſt. ζῆν βίον apud Græcos legi, & διάγειν
βίον. Et Latini illud ζῆν βίον nunquam dicunt uiuere uitam, ſed agere uitam, &

A degere, & traducere. Aristoteles paulo ante hunc locum quem explicamus, ἢ τὸν καθεύδοντα διὰ βίου ὑπάρχοι ἂν φυτοῦ ζῶντα βίον. Cicero in secundo de finibus dicit Degere omnem ætatē, quod Aristoteles appellat ζῆν διὰ βίου, & ἅπαντα τὸν βίον. Quæ orationes etiam apud Platonem sunt usitatißimæ. Locū Ciceronis alio loco protuli. Vitam agere, Cicero dicit in 3. de finibus, Quódq; nemo in summa solitudine uitam agere uelit, ne cum infinita quidem uoluptatum abundantia, facile intelligitur, nos ad coniunctionem cōgregationémq; hominum, & ad naturalem cōmunitatem esse natos. Quo loco duas Cicero Aristotelis ex nono complexus est orationes, ἄτοπον δ' ἴσως καὶ τὸ μονώτην ποιεῖν τὸν μακάριον. οὐθεὶς γὰρ ἕλοιτ' ἂν ζῆν καθ' αὑτὸν τὰ πάντα ἔχων ἀγαθά. πολιτικὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος καὶ συζῆν πεφυκός. ζῆν ἔχων, uel ἔχοντα τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάν-
B τα. Cicero in Lælio uertit, Viuere in omni rerum abūdantia. Locū protuli in initio octaui libri. In superiore autem exemplo, quod apellat Vitam agere cū infinita uoluptatum abūdantia, Aristoteles dicit in hoc nono, ζῆν ἡδόμενον ὡς μάλιστα, οὐδεὶς τ' ἂν ἕλοιτο ζῆν παιδίου διάνοιαν ἔχων διὰ βίου, ἡδόμενος ἐφ' οἷς παιδία ὡς οἷόν τε μάλιστα. Illud idem ζῆν ἡδόμενον μέγιστα magis ad uerbum exprimit in 3. de officijs, & illud ἔχειν πάντα τἀγαθὰ, abundare omnibus copijs. Quem ego locū quanquam primū librum cū explicarem, protulerim, tamē non est incōmodum repetere eundē. Itémq; magis est secūdum naturam pro omnibus gentibus, si fieri posset, conseruandis ac iuuādis maximos labores molestiásque suscipere, imitantes Herculem illum, quem hominum fama beneficiorum memor in
C cōcilio cælestium collocauit, quàm uiuere in solitudine, nō modo sine ullis molestijs, sed tiam in maximis uoluptatibus, abundantē omnibus copijs, ut excellas etiam pulchritudine & uiribus. Ex his locis facile intelligi potest, quemadmodū poßint disertè participia adiecta uerbo ζῆν exponi. Quò etiam ille eiusdē ex oratione pro lege Agraria pertinet. Singularis homo priuatus, nisi magna sapientia præditus, uix facile sese regionibus officij magnis in fortunis & copijs cōtinet. ἀγαθὰ ergo uocat Cic. copias, & fortunas. ἔχειν πάντα τἀγαθὰ, abundare omnibus copijs. ἀγαθὰ in primo docui utilitates dici. ἀγαθὰ etiam commoda uertit Cicero, idq; facit uariandæ orationis gratia. Nam in 3. de finib. lib. cum bona corporis sæpe dixißet, ad postremum hac usus est oratione, Nam cum ita placeat, ne eorum quidē
D bonorum quæ nos bona naturæ appellemus, frequentia, beatiorem uitam fieri, aut magis expetēdam, aut pluris æstimandam: certe minus ad beatam uitam pertinet multitudo corporis cōmodorum. Hunc locum tractaui etiam cùm primum librum exponerem, in quo me eo iuuat diutius cōmorari, ut omnes qui se ad conuertendos libros ex græco cōferent, habeāt quibus modis illud genus, quo uix ullū est usitatius apud Græcos, interpretari uel disertè poßint. ζῆν etiam est eße & manere & retineri in uita, ut ἀποθνήσκειν deficere à uita, exire de uita, abire, migrare.

excedere è uita. Cicero lib. 3. de finib. In quo plura sunt quæ secũdum naturã sunt. E
huius officium est in uita manere: in quo autem aut sunt plura cõtraria au fore uidentur, huius officium est è uita excedere. Paulo infra, Itaq; & manendi in uita & migrandi ratio in omnibus his rebus quas supra dixi, metienda. Nam neq; his qui uirtute retinentur in uita, neq; his qui sine uirtute sunt, mors est oppetenda: ut sæpe officium est sapiẽtis deficere à uita. In Lælio dicit, Exire de uita. Quamobrem cum illo quidem, ut supra dixi, actum optimè est, mecum autem incõmodius, quem fuit æquius, ut prius introieram in uitam, sic prius exire de uita. Ex uita discedere in Catone maiore, Ex uita ista discedo, tanquam ex hospitio, non tanquã ex domo. τελευτᾶν idem ualet quod uerbum semel, idq; in Salustium interpretatus est decedere: Neque me cum ijs cõferri decet P.C. qui iam decesserunt. Locum Demosthenis ex oratione περὶ στεφάνου alio loco protuli, in quo est scriptum his ferè F
uerbis, οὐ μέντοι δίκαιόν ἐστιν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι πρὸς τοὺς τελευτηκότας ἐξετάζειν καὶ παραβάλλειν ἐμέ. Sed quoniam illud ζῆν dixi interdum exponẽdum esse, manere in uita, afferẽdum locum putaui Aristotelis ex nono, ex quo id perspici possit. Loquitur in eo libro de sapiente, his ferè uerbis, καὶ ζῆν δὲ βούλεται ἑαυτὸν καὶ σώζεσθαι. Qui locus illi respondet Ciceronis, Sapientis officium esse in uita manere. Βιοῦν etiam uiuere ualet. Aristoteles in nono dicit, βιῶσαι καλῶς loquẽs de sapiente, ὀλίγον γὰρ χρόνον ἡσθῆναι σφόδρα μᾶλλον ἕλοιτ' ἂν ἢ πολὺν ἠρέμα, καὶ βιῶσαι καλῶς ἐνιαυτὸν, ἢ πολλὰ ἔτη τυχόντως. Ex quo loco intelligere possumus spatium temporis etiam apud Græcos significari accusatiuis, καλῶς βιῶσαι in Catone maiore dixit Cicero, honestè uiuere, quoniam τὸ G
καλὸν honestum dicitur. Breue enim tempus ætatis satis est longum ad bene honestéq; uiuendum. Βιοῦν ἐν δίκῃ Cicero appellat uiuere iustè, & ἀδικίᾳ iniustè, in libro de Vniuersitrte conuertens locum Platonis ex Timæo. Is autem locus cũ sequitur proximè quem supra protuli cum dissererem de ἐπαθῶν, ὧν εἰ μὲν κρατήσοιεν, ἐν δίκῃ βιώσοιντο, κρατηθέντες δὲ ἀδικίᾳ. Cic. sic, Quos qui ratione rexerit, iustè uixerit: qui autẽ his se dediderit, iniustè. Loquitur de motibus. Sequitur locus in quo illud εὖ βιοῦν τὸν προσήκοντα χρόνον, interpretatur, Rectè & honestè curriculũ uiuẽdi à natura datum conficere, καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα βιοὺς χρόνον, πάλιν εἰς τὴν τοῦ συννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου, βίον εὐδαίμονα ἕξει. Sic Cicero, Atque ille qui rectè & honestè curriculum uiuendi à natura datum confecerit, ad illud astrum quo cum aptus fuerit, reuertetur. Hic Cicero H
omisit illud βίον εὐδαίμονα ἕξει. i. uitã beatam adipiscetur, quòd id satis quod dixit illud significare uideatur. Sed hic locus finem tandem habeat. Neq; enim omnes dicendi rationes explicandas conferendas suscepi.

Bella suscipimus, ob eam causam, ut in pace uiuamus, πολεμοῦμεν ἵνα εἰρήνην ἄγωμεν. Cicero in primo lib. de officijs hunc locum explicauit, Quare sucipienda

A quidem bella sunt ob eam causam, ut in pace uiuamus. Cicero in lib. de Vniuersitate uertit τὴν εἰρηνικὴν ἄγον, tranquillum & moderatum. Locum Platonis & Ciceronis alio loco protuli, cum differerem de illo ἀπάκτως.

Quæ talis uita certè præstantior est, q̃ ut attribuere eam sibi homo debeat, ὁ δὲ τοιοῦτος ἂν εἴη κρείττων βίος, ἢ κατ' ἄνθρωπον.) Cicero in libro de Vniuersitate transfert, μεῖζον, ἢ καθ' ἡμᾶς, maius est, quàm ut profiteri scribere nos audeamus. Locum disertè, ut solet, interpretatus est, itaq; non est alienum eum proferre. Cic. sic, Reliquorum autem quos Græci Dæmonas appellāt, nostri, ut opinor, Lareis, (si modo hoc rectè conuersum uideri potest) & nosse & nūciare ortum, maius est q̃ ut profiteri scribere nos audeamus. Plato in Timæo, περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν, μεῖζον, ἢ καθ' ἡμᾶς.

B Ei quod cōcretum est, (συνθέτῳ.) σύνθετον alij dicunt cōpositum, idq; habent in ore uerbum Philosophi totos dies. Cōpositum ex materia & forma, Cicero appellat, id quod ex materia & specie concretum est.

Spectare humana, φρονεῖν ἀνθρώπινα.) Philosophi φρονεῖν uocant & uertūt, sapere. Proferam ego locum Ciceronis ex 2. de offic. in quo est scriptum, Spectare magna, pro illo φρονεῖν, ni fallor. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione uersatur, hi simul ac iuuenes esse cœperunt magna spectare, & ad ea rectis studijs debent contendere.

Ad mortalem gloriam niti, ἀπαθανατίζειν. In huius uerbi interpretatione ut C in alijs ferè omnibus, Ciceronem mihi proposui. In Catone maiore, Quod quidem, ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cuiusq; animus maximè ad immortalem gloriam niteretur.

CAP. VIII.

INCERTI enim sunt animi hominum, αἱ γὰρ βουλήσεις ἄδηλοι.) Cicero ad Brutum, Sed non ignoras q̃ sint animi incerti hominum.

Deos enim putamus esse beatissimos. Quas tandem ijs actiones quæ officia tribuemus? Num iustitiæ? At ridiculi uidebuntur, si & res contrahant, & deposita reddant, cæteraq; faciant eiusdem generis? An fortes dicemus eos, qui res asperas perferant, periculaq; adeant ob eam causam quia deceat? Num liberales? At cui largiētur? Absurdum etiam sit, si numum aut quid tale habeant. An uero temperā D tes? At qui esse possunt? τοὺς θεοὺς γὰρ μάλιστα ὑπειλήφαμεν μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι. πράξεις δὲ ποίας ἀπονεῖμαι χρεὼν αὐτοῖς. πότερα τὰς δικαίας; ἢ γελοῖοι φανοῦνται συναλλάττοντες καὶ παρακαταθήκας ἀποδιδόντες, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ἀλλὰ τοὺς ἀνδρείους; ὑπομένοντας τὰ φοβερὰ καὶ κινδυνεύοντας, ὅτι καλόν; ἢ τοὺς ἐλευθερίους; τίνι δὲ

nullum uerbum est apud Græcos usitatius, non est semper illo exponẽdum. quod idem iudicandum est de illo ἥδεσθαι. Cicero quidem in quinto de finibus una eadémque pagina his tot generibus utitur pro illis duobus, Teneri pompa, ludis, spectaculis, Duci auditione fabularum, Capi cognitione, Gaudere scientia, Delectari historia, Hæc passiue: illa actiue, Contemplationes rerum cælestium homines mouere, historiam homines delectare: quorum posterius idem declarat quod græcè dicitur τέρπειν. Aristoteles in decimo, ἔνια δὲ τέρπει καινὰ ὄντα. Quod uerbum cum adeo rarum sit apud eum, ut bis decem libris eo solum loco sit usus, non est dubium quin cum hoc nostrum Cicero tam crebro usurpet, plerunq; illa superiora pro eo dixerit. Est etiam illud nostrũ, Aliquid esse uoluptati, quód illi Græcorum respondet, εἶναί τι ἡδύ. Quod ex illo loco Ciceronis intelligi potest, qui est apud eum in decimoquarto libro epistolarum familiarium, Vtinam ea res ei uoluptati sit, gloriæ quidẽ uideo fore. Ciceronis etiam illud est, Cum uoluptate legere, quod Aristoteles in septimo dicit, μεθ' ἡδονῆς. ἐπιχαιρεῖς ὑβρίζει λυπούμενος, ὁ δὲ ὀργῇ ποιῶν πᾶς ποιεῖ λυπούμενος, ὁ δ' ὑβρίζων μεθ' ἡδονῆς. Aristoteles hoc libro cap. 3. dicit, ἡδονὴν γίγνεσθαι ἀπό τινων. quod Cicero in loco quem modo protuli, appellat, gigni uoluptatem ex aliquo. ἐλοίμεθα γὰρ ἂν ταῦτα, καὶ εἰ μὴ γένοιτ' ἂν ἀπ' αὐτῶν ἡδονή. Loquitur de aspectu, memoria, scientia & uirtutũ adeptione. Quo loco ἡδονὴν etiam delectationem posse dici ut putem, admonet me locus Ciceronis pro Archia poëta, Quod si hic non tantus fructus ostenderetur, & si ex his studijs sola delectatio peteretur, tamẽ, ut opinor, hanc animaduersionem humanissimam ac liberalissimam iudicaretis. Illud enim & si ex his studijs sola delectatio peteretur. uel sic exponendum græcè puto, καὶ εἰ γένοιτ' ἂν ἀπὸ τούτων τῶν ἐπιτηδευμάτων ἡ προαιρέσεων μόνον ἡδονή. aut sic pro illo γένοιτ' ἄν, ἐπιζήτοιτ' ἂν μηδὲν παρὰ τὴν ἡδονήν. ut idem Aristoteles hoc libro capite sexto, καθ' αὑτὰς δ' εἰσὶν αἱρεταὶ ἀφ' ὧν μηδὲν ἐπιζητεῖται παρὰ τὴν ἐνέργειαν. E F G

Vt etiam Theognidi placet, καθάπερ καὶ Θεόγνις φησίν.) Hæc eadem carmina sunt apud Platonem in Menone, quo loco de uirtute disputat, utrũ tradi possit ac doceri. Ait autẽ ea carmina extare in Elegijs Theognidis quæ hodie extant. Cum enim Socrates Menonem scire diceret, eandem sententiam à Theognide defendi & teneri, at is in quibus ille uersibus hoc confirmaret, rogaret, respondit, ἐν ἐλεγείοις. Apud Platonem autem uitiosè legitur ἐόντα νόον, pro ἐνόντα. i. mentem quæ insita est. Variatur etiam uerbum συμμιγῇς, cum apud Aristotelem scriptum sit, συμμίξαις, quæ uarietas nihil de lege carminis detrahit. H

CAP. XI.

MOERORES *enim & luctus facit amicitia communicans partiénsque leuiores, κουφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι, συναλγούντων τῶν φίλων.) Ci-*

A *ceronis uerbis ex Lælio hunc locum sum interpretatus.*

Sensus communis doloris, minorem ægritudinem facit, ἔννοια τοῦ συναλγεῖν ἐλάττω τὴν λύπην ποιεῖ.) *Scio* ἔννοιαν *à Cicerone in Academicis exponi, notitiam, & notionem, & cognitionem. Hoc autem loco sensus mihi aptius dici uidetur.* λύπην *dixi ægritudinem, Ciceronem secutus, qui in tertio Tuscul. quæst. sic interpretatur. Illud autem* ἐλάττω λύπην ποιεῖν, *Cicero in secũdo Tusculanarum quæstionum mutuatus est in alia re. Consuetudo enim laborum perpessionem dolorum efficiet faciliorem.*

Neque enim rectum est cum amicis aut bene meritis consociare & coniungere iniuriam, μεταδιδόναι γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖ τῶν κακῶν.) *Hæc pauca pluribus illis exposuit Cicero in tertio de finibus.*

B *Inuocatum,* ἄκλητον.) *Cicero primo lib. de natura Deorum extremo, loquens de rerum imaginibus, Quid quòd etiam ad dormientem ueniunt inuocata?*

ANNOTATIONES IN LIBRVM DECIMVM. CAP. I.

C I N EO *etiam uis maxima est ad uirtutem, si quis bonis rebus lætetur doleátq; cõtrarijs,* δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μέγιστον εἶναι, τὸ χαίρειν οἷς δεῖ καὶ μισεῖν ἃ δεῖ.) *De hoc genere satis multa alio loco dicta sunt. Cicero in Lælio, Ergo hoc proprium est animi bene constituti, & lætari bonis rebus, & dolere contrarijs. Si quis enim dicat, Gaudere quibus oportet, inepta uideatur oratio, & certè* χαίρειν οἷς δεῖ, *non est aliud quàm lætari bonis rebus, quoniam ijs lætandum est. Simile illud etiam quod paulo post sequitur,* ἔχειν γὰρ ῥοπὴν καὶ δύναμιν πρὸς ἀρετήν τε καὶ εὐδαίμονα βίον. *quod etiam alio loco tractauimus.*

D *Sed hæc nulla ex parte uera aut honesta oratio est,* μή ποτε δὲ οὐδὲ καλῶς τοῦτο λέγεται.) *Hoc ut ita uerterem, me admonuit locus ille Ciceronis in secũdo de officijs libro. Honesta oratio est. qui mihi ita exponendus uidetur. Bene dicitur,* καλῶς λέγεται. *Nam paulo supra hoc dixit, Sed cum in hominibus iuuandis aut mores spectari aut fortuna soleat, dictu quidem est procliue, itáque uulgo loquuntur, sese in beneficijs collocandis mores hominum non fortunam sequi. Honesta oratio est.*

CAP II. E

QVAE eius rationes cõprobatæ sunt non sua ui solũ & pondere, sed multo magis bonitate ipsius & moribus, ἐπιστεύοντο δ' οἱ λόγοι διὰ τὴν ἤθους ἀρετὴν μᾶλλον ἢ δι' αὐτούς. Cic. in 2. de finib. loquẽs de Epicuro diserte interpretatus est illud διὰ τοῦ ἤθους ἀρετὴν, & totum hũc pene locum. Væneúntq; scripta eius bonitate ipsius & moribus. In primo etiam nonnihil dicit eiusmodi quod ad hunc locum pertineat, Neq; uero hoc oratione solum, sed multo magis uita & moribus comprobauit. Quem si quis locum cum eo quem interpretamur coniũgat, non eum huic dißimilem fatebitur. Neq; enim quicquam dißimilitudinis inuenio, nisi q̃ significationem paßiuam in actiuam transtulit.

Qua etiam ratione Plato refellit eße summum bonum uoluptatem. Magis enim expetendam cũ prudentia coniunctam iucundam uitã, q̃ ipsam separatim, τοιούτῳ δὴ λόγῳ καὶ Πλάτων ἀναιρεῖ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡδονὴ τἀγαθόν. αἱρετώτερον γὰρ εἶναι μετὰ φρονήσεως τὸν ἡδὺν βίον, ἢ χωρίς.) Plato hoc tradit in libro qui inscribitur Philebus. Quo libro triplicem uitam facit, duas simplices, & tertiam coniunctam. Ponit alteram simplicem uoluptatis, quæ nullius sit particeps prudentiæ: alteram prudentiæ, in qua nihil sit uoluptatis: tertiam ex his duabus conficit, qua ex partitione concludit uitam coniunctam esse optimam. F

Quæ bonum ad naturam accõmodatum appetit, ὃ ἐφίεται τοῦ οἰκείου ἀγαθοῦ.) οἰκεῖον Cicero in libro 4. Academicarum quæstionum, appellat quod ad naturam accõmodatum est. Nam quomodo non potest animal ullum non appetere id quod accõmodatum ad naturam appareat (Græci id οἰκεῖον appellant,) sic non potest obiectam rem perspicuam nõ approbare. In primo dicit, quod naturæ accõmodatum est, & eius contrarium alienum. i. græcè ἀλλότριον, quod Barbari hodie dicunt, conueniens & disconueniens. Quomodo autem moueri animus ad appetendum potest, si id quod uidetur, percipi non potest, accommodatúmne naturæ sit an alienum? G

CAP. III.

NEC si uoluptas qualitas non est, idcirco in bonis non est, οὐ μὴν οὐδ' εἰ μὴ ποιοτήτων ἐστὶν ἡ ἡδονὴ, διὰ ταῦτα οὐδὲ τῶν ἀγαθῶν.) In hoc dicendi genere pares sumus Græcis. Nam ut illi in secundo membro illud διὰ ταῦτα, ἢ διὰ τοῦτο, prætermittunt interdum: sic nos idcirco & cõtinuo. Cicero secundo de finibus, Non enim si malum dolor est, carere eo malo, satis est ad bene uiuendum. Aristoteles hoc cap. paulo infra, οὐ γὰρ εἰ τοῖς κακῶς διακειμένοις ἡδέα ταῦτ' ἐστὶν, οἰητέον αὐτὰ καὶ ἡδέα εἶναι ἁπλῶς. Paulo infra in secundo membro dicit, διὰ τοῦτο οὐδ' εἰ ἀγνοοῦσι τοι ὄντως ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου, ἐπὶ τὰς σωματικὰς καταφεύγουσι, διὰ τοῦτο ταύτας οἰητέον αἱρετωτέρας εἶναι. Cicero illud διὰ ταῦτα in hoc genere secundo loco positum interdum dicit, uera- H

A *bum è uerbo, propterea. In Oratore, Nec uero ſi quid eſt unum inter eos ſimile (id autem eſt iudicium electióq; uerborum) propterea cæterarum rerum diſsimulitudo intelligi non poteſt.*

Contendunt autem bonum certum eſſe & finitum, uoluptatem infinitam & incertam, propterea quòd augeri & minui poſsit, λέγουσι δὲ τὸ μὲν ἀγαθὸν ὡρίσθαι, τὴν δὲ ἡδονὴν ἀόριστον εἶναι, ὅτι δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. *Socrates hoc dicit in Philebo Platonis, Nam cum duo rerum genera poſuiſſet, unum quod* ἄπειρον. *i. infinitum appellat, alterum quod* πέρας: *tandem ridens Philebi de uoluptate in qua ſummum bonum ponebat, ſententiam, hoc ab eo quæſiuit.* ἡδονὴ καὶ λύπη πέρας ἔχετον, ἢ τῶν τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον δεχομένων ἐστόν. *i. Vtrum uoluptas & dolor terminata ſunt & finita, an uero in ijs ſunt quæ augeri poſsint &*
B *minui? Philebus autem ita reſpondit,* ναὶ τὸ μᾶλλον, ὦ Σώκρατες, *id eſt, certè augentur Socrates.*

Voluptatem quidem motum & ortũ oſtendere conantur, τὴν ἡδονὴν κίνησιν καὶ γένεσιν ἀποφαίνειν πειρῶνται.) *Hoc facit Socrates in eodem libro. Duo enim genera rerum ponit,* τὴν οὐσίαν, & τὴν γένεσιν. *quo poſito, concludit cũ ortus ad naturam & bonum referatur, non contra, uoluptas autem ſit in motu, ea autem quorum unum ad alterum referatur, in diuerſo genere ponantur, ex his effici, ut quoniam natura bonum ſit, uoluptatem non eſſe in bonis. Verba Socratis poſui,* ἆρ' οὖν ἡδονή γε, εἴπερ γένεσίς ἐστιν, εἰς ἄλλην ἢ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μοῖραν αὐτὴν τιθέντες, ὀρθῶς θήσομεν. *i. Num ſi uoluptatem quoniam in ortu eſt, ad aliud*
C *genus quã boni trãsferamus, rectè ponemus? Reſpondet Protarchus,* ὀρθότατα.

Ex quo quicq; oritur, in id interit, ἐξ ὧν γίνεται, εἰς ταῦτα διαλύεσθαι.) *In primo Academic. quæſt. exponit illud* διαλύεσθαι. *Sed ſubiectum putant omnibus ſine ulla ſpecie, atq; carentem omni illa qualitate (faciamus enim tractando uſitatius hoc uerbum & tritius) materiam quandam ex qua omnia expreſſa atq; effecta ſint, quæ tota omnia accipere poſsint, omnibúſque modis mutare atq; ex omni parte, eóq; etiam interire non in nihilũ ſed in ſuas partes, quæ infinitè ſecari atque diuidi poſſunt. In ſecundo de diuinatione hoc appellat occidere in nihilũ, & quod uulgo dicitur, ex nihilo aliquid fit aut non fit, dicit oriri ex nihilo. Non ergo omnium interitus atque obitus natura continet, & erit aliquid, quod aut ex nihilo*
D *oriatur, aut in nihilum ſubito occidat. Quis hoc phyſicus dixit unquam? In Oratore dicit, Recidere in nihilum, pro quo Barbari dicunt, annihilari, & reſolui, Græci* ἀναλύεσθαι.

Non enim ſi male animo affectis & conſtitutis, οὐ γὰρ εἰ τοῖς κακῶς διακειμένοις.) *Contrarium eius eſt* εὖ διακείμενοι, *quo utitur proximo cap.* καθ' ἕκαστον δὲ βελτίστη ἐστὶν ἡ ἐνέργεια τοῦ ἄριστα διακειμένου πρὸς τὸ κράτιστον τῶν ὑφ' αὐτήν. *Cicero in Lælio, Ergo hoc proprium eſt animi bene conſtituti, & læ.*

tari bonis rebus, & dolere contrarijs. Paulo post eodem cap. Aristot. utitur uerbo E
illo εὖ ἔχειν πρὸς τὸ σπουδαιότατον, quod idem ualet, πλεῖστα τοῖς δὲ καὶ τῷ εὖ
ἔχοντος πρὸς τὸ σπουδαιότατον τῶν ὑφ' αὐτήν. Cicero in 3. Tusc. quaest. hoc
dicit, probe affectum esse ad munus suum fungẽdum. Et quemadmodum oculus cõ-
turbatus non est probe affectus ad munus suum fungendum, & reliquae partes to-
túmue corpus cum statu est motum, officio suo & muneri deest: sic cõturbatus ani-
mus non est aptus ad exequendum munus suum.

CAP. IIII.

INGRESSVS, βάδισις.) Cicero βάδισιν appellat aliàs ingreßum, aliàs incesßum, nunquam ambulationem. Ambulatio enim idem ualet quod deambulatio. βάδισις autem latius patet. Cicero in primo de natura Deorum, Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quae adhibetur homini, ingressus, F cursus, accubatio, inclinatio, sesßio, comprehensio, ad extremum etiam sermo & oratio. In primo de officijs, Cauendum est autẽ, ne aut tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, &c. Vt autem intelligatur, βάδισις etiam incessus dici à Cicerone, eiusmodi locum ex primo de officijs proferam, in quo pro illo ingressus, dixit incessus. Status, incessus, sesßio, accubatio, uultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum. Ambulationem autem pro deambulatione poni, ille locus indicat eiusdem in eodem libro. Tanta uis est loci & temporis, ut si quis cum causam sit acturus, in itinere aut ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur.

Siquidem termini à quo motus incipit, & in quo desinit, speciem conficiunt, εἴπερ τὸ πόθεν ποῖ εἰδοποιόν.) Hoc loco non erit alienum graeca uerba cum lati- G nis comparare, quibus nos & illi rationem & causam rei superioris afferendã, & confirmandum aliquid putamus. Quod quo sit firmius, maioremq; habeat auctoritatem, locos Platonis quos Cicero conuertit proferam. εἴπερ, siquidẽ ualet, cuius talis usus est, ut nunq̃ ad maiorem aliquam propositionem probandam afferri debeat, neq; in longiore ratione collocari. Itaq; errant multi qui hoc uerbo in ratione prima totius orationis utuntur. Quocirca nunq̃ fere maiuscula litera scribi debet. Quod ut intelligatur, duos locos Platonis proferam, quos Cicero transtulit. Plato in Timaeo, πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς ἢ ἀπείρους, λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα, εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται. Cicero in libro de Vniuersitate hunc locum conuertit hoc modo, Recte ne igitur unum mũdum dixerimus, an sint plures, & innumerabiles, dictu ue- H rius? Vnus profecto, si quid factus est ad exemplum. Sed quoniam hoc loco illud εἴπερ non causam dicere potest, ut illud nostrum, Si quidem duo sint uerba: idcirco locũ alterũ ex Phaedro Platonis proferẽdum puto, eũ quẽ cõuertit Cicero, & in 6. de Rep. & in 1. lib. quaest. Tusc. Sed quia locus ille superioribus sic cohaeret, ut sine

A *bis uix intelligi poßit, totum proferre malui, quod eo feci libētius, quòd is totus ad hoc nostrum institutum pertinet. In eo enim non solum illud* εἴπερ *positum est, sed* γὰρ *etiam & ὡς.* γὰρ *autem Cicero enim uertit, & nam: & ὡς nam.* τὸ γὰρ ἀεὶ κινητὸν ἀθάνατον, τὸ δ᾽ ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ᾽ ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. ἀρχὴ δὲ ἀγένητον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ᾽ ἐξ ἑνός. εἰ γὰρ ἔκ του ἡ ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο. ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι. ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολλυμένης, οὔτε αὐτή

B ποτε ἔκ του, οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται. εἴπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γίγνεσθαι. οὕτω δὴ κινήσεως μὲν ἀρχή, τὸ αὐτὸ κινοῦν. τοῦτο δὲ οὔτ᾽ ἀπόλλυσθαι, οὔτε γίγνεσθαι δυνατόν, ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γῆν συμπεσοῦσαν στῆναι, καὶ μήποτε αὖθις ἔχειν στῆναι, ὅθεν κινηθέντα γενήσεται. ἀθανάτου δὲ πεφασμένου, τοῦ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται; πᾶν γὰρ σῶμα, ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον. ᾧ δὲ ἔνδοθεν αὐτῷ ἐξ αὐτοῦ, ἔμψυχον. ὡς ταύτης

C οὔσης φύσεως ψυχῆς. εἰ δ᾽ ἔστι τοῦτο οὕτως ἔχον, μὴ ἄλλο τι εἶναι τὸ αὐτὸ αὐτὸ κινοῦν ἢ ψυχήν, ἐξ ἀνάγκης ἀγένητόν τε καὶ ἀθάνατον, ψυχὴ ἂν εἴη. *Nunc quemadmodum hūc Cicero locum uerterit, audiamus, Quod semper mouetur, id æternum est. Quod autem motum affert alicui, quódque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, uiuendi quoque finem habeat neceße est. Solùm igitur quod seipsum mouet, quia nunquam deseritur à se, nunquam ne moueri quidē desinit. Quinetiam cæteris quæ mouētur, hic fons, hoc principium est mouendi. Principij autem nulla est origo. nam ex principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. Nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. Quod si nunquā oritur, nec occidit quidē unquam. Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec à se aliud creabit: siquidem neceße est à principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum à se moueatur. Id autem nec nasci potest, nec mori. uel concidat oportet cælum omnisq; natu-*

D *ra consistat neceße est: nec uim ullam nanciscatur, qua primo impulsa moueatur. Cum pateat igitur æternum id esse, quod seipsum moueat, quis est qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimum est enim omne quod pulsu agitatur externo. quod autem est animatum, id motu cietur interiore & suo. Nam hæc est natura animi atque uis. Quæ si est una ex omnibus quæ seipsam semper moueat, neque nata certe est, & æterna est. Quàm disertè quæso, quàm splendide hunc Platonis locum Cicero interpretatus est? ut mihi interdum uerum eße ui-*

deatur id quod ipse ait, quæ Latini à Græcis mutuati sunt & acceperunt, ea ab illis facta esse meliora. Copia certè Platonem in hoc Cicero longe multùmque superauit. Nam cum ille uno modo semper dicat, κινεῖν, κινεῖσθαι, τὸ κινοῦν ἑαυτό, & τὸ κινούμενον, hic noster multis uarijsq; modis commutatis uerbis hæc ipsa expreßit. κινεῖν enim πάλλο & afferre motum alicui, & mouere, & ciere, & agitare impulsu dicit. quod idem ad alia etiam transferri potest. Age uero in illo quod alio loco tractauimus, quanta eius ubertas orationis, quàm illustris oratio consumpta est, γίγνεσθαι. Nam & oriri dixit, & nasci, & gigni. Contraria etiam horũ q̃ disertè? ἀπόλλυσθαι & mori & extingui. διαφθείρεσθαι occidere. ἀγένητον & cuius nulla origo est, & quod natum nõ est, & quod nunq̃ oritur. ἀδιάφθορον, quod nunq̃ occidit. ἔξωθεν κινεῖσθαι, pulsu agitari externo. ἔνδοθεν κινεῖσθαι, motu cieri interiore & suo. Sunt & alia permulta quæ breuitatis causa omitto, fretus eorum intelligentia & labore, qui hæc legerint. Hoc tantum dicam, si ad philosophiam eam quam naturalẽ uocant hæc transferre omnia uelimus, multo eã splendidiorem ac illustriorem futuram. Sed nos ad propositũ reuertamur. Ex eo loco quẽ protuli, facile intelligi potest quod dixi, quid ὡς, quid γάρ, quid ἐπεὶ ualerẽt. Τὸ γὰρ etenim dicimus. quod uerbum & apud Græcos & apud Latinos tantũmodo primum in oratione debet eße. ἐπεὶ à Cicerone nã exponitur, & τί, quod Aristot. in 3. ἐπεὶ οὕτως γε καὶ οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι εἶεν πεινῶντες. τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς νομῆς. καὶ οἱ μοιχοὶ δέ, διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τολμηρὰ πολλὰ δρῶσι. Hunc enim locum sic imitatus est Cicero in 4. Tusc. quæst. Nã isto modo quidem licet dicere utilem uinolẽtiam ad fortitudinem, utilẽ etiam demẽtiam. q. & insani & ebrij multa faciãt uehementius. ὅτι q. ualet. Cicero etiã nam ipsum illud ὅτι uertit. Plato in Timæo. ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν, ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων οὐδεὶς ἄν ποτε ἐρρήθη, μήτε ἄστρα μήτε ἥλιον μήτ' οὐρανὸν ἰδόντων, Rerum enim optimarum cognitiones nobis oculi attulerunt. Nam hæc quæ est habita de Vniuersitate oratio à nobis, haud unq̃ esset inuenta, si neq; sydera, neq; sol, neq; cælum sub oculorum aspectũ cadere potuissent. In quo Platonis loco ἡμῶν uel intelligendũ est, uel si minus commode intelligi potest reddẽdum. In eo etiam δὴ reperitur pro enim positũ. Illud γοῦν alio loco demõstratum est sæpe redũdare in oratione. Cicero interdum illud γὰρ quia uertit, quoties breui propositioni breuis etiam ratio affertur. Plato in Timæo, ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο. οὐδὲ ὁρατὸν τί οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν. οὐδ' ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν. Cicero in lib. de Vniuersitate hũc locum ita cõuertit, Nec enim oculis egebat, quia nihil extra quod cerni posset relictum erat: nec auribus, quia ne quod audiretur quidẽ. ὅτι etiam quia dicit Cicero, præsertim in respondendo, ut διὰ τί; ὅτι & c. i. quamobrem? quia. Orationes Ciceronis & Demosthenis plenæ sunt eiusmodi exemplorum. Anteq̃ iret in exilium.

A Ego'ne inimicus huic ciuitati? quamobrem? quia inimicos necaui. Ego'ne hostis? quid ita? quia hostes interfeci. ἅτε Cicero uertit quia, in eo loco Platonis quē paulo antè protuli. Hæc autem dictio apud Platonem usitata est & trita, quam iunctam cum participio ferè inuenio. Locum Platonis non incōmodum erit repetere. μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον. Cicero sic, Solum igitur quod seipsum mouet, quia nunquam deseritur à se, nunq̄ ne moueri quidem desinit. ἅτε etiam quippe Cicero uertit in lib. de Vniuersitate. Et quoniam iungitur, ut dixi, cum participio, eo loco Cicero addit ad ipsum qui, ut dicat, quippe qui. In media quidem oratione illud ipsum, quippe qui, usitatißimum est. in initio maximè rarū. Cicero in 4. de finibus, Quis tibi ergo istud dabit, præter Pyrrhonem, Aristonē, eorúmue similes, quos tu nō probas? Aristoteles, Xenocrates, to-
B ta illa familia non dabit, quippe qui ualetudinē, uires, diuitias, gloriam, multa alia bona eße dicant, laudabilia nō dicant. Datur ei etiam cum cōiunctio, Cicero in Lælio. Nihil est enim uirtute amabilius, nihil quod magis homines alliciat ad diligendū, quippe cū propter uirtutem & probitatē etiam eos quos nunquā uidimus, quodā modo diligamus. Longum autē eßet Platonis ex Timæo locum totū explicare: tantum initium proferam. Cicero sic loquens de animo, Quippe qui ex eadem uinctus alteráq; natura, adiuncta materia temperatione trium partium proportione compacta, se ipse conuersans, cum materiam mutabilem arripuißet, &c. Plato in Timæo, ἅτε οὖν ἐκ ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως, ἔκ τε οὐσίας τειῶν τούτων συγ-
C κραθεῖσα μοιρῶν, καὶ ἀνάλογον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη πρὸς αὑτὴν, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτητε. &c. In hoc loco οὖν adiunctum redundat. Mirari satis nequeo eos, qui nobis dictionaria græcorum uerborum composuerunt & reliquerunt, illud ἅτε tanq̄ exponere.

Auditiones, ἀκούσματα.) Aliud est ἀκοὴ, aliud ἄκουσμα, ut aliud auditus, aliud auditio.

Humanæ enim res laborem sempiternum non poßunt pati, πάντα γὰρ ἀνθρώπεια ἀδυνατεῖ συνεχῶς ἐνεργεῖν.) συνεχῶς ἐνεργεῖν agere semper aliquid Cicero dicit in 5. de finibus, & quod hic Aristoteles de labore & actione sentit, ille ad quietem accōmodat, Sunt autem, inquit, & clariora uel plane perspicua, nec dubitanda indicia naturæ, maxime scilicet in homine, sed in omni animali, ut appareat animus aliquid agere semper, neq; ulla conditione quietem sempiter-
D nam poßet pati. συνεχῶς in 4. Academ. quæst. appellat continēter. Quia continenter laberentur & fluerent omnia.

Cum præsertim actionē comitetur, ἕπεται γὰρ τῇ ἐνεργείᾳ.) ἕπεσθαι Cicero uertit comitari. & ἑπόμενα πάθη, comites motus. Cicero in 5. Tusc. quæst. Est præclara epistola Platonis ad Dionis propinquos, in qua scriptum est his ferè uerbis, Quo cum uenißem, uita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum Syracusa-

narúmq; mensarum, nullo modo mihi placuit, bis in die saturum fieri, nec unquam E
pernoctare solum, cæteráq; quæ comitãtur huic uitæ, in qua sapiens nemo efficitur unquã, moderatus uero multo minus. Eum locum quem hic Cicero exponit, ut plerosq; alios, magna diligentia conquisitum inueni, quem ob eam causam hic addendũ putaui, ut studiosi Græci sermonis semper haberent quod imitarẽtur, ἐλθόντα δὲ μὲ, ὁ ταύτῃ λεγόμενος αὖ βίος εὐδαίμων, Ἰταλιωτικῶν τε Συρακουσίων τραπεζῶν πλήρης, οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε, δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῆν, καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ, καὶ ὅσα τούτων ἐπιτηδεύματα ξυνέπεται τῶν βίων, ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἐθῶν οὔτ' ἂν φρόνιμος οὐδεὶς ποτε γενέσθαι τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀνθρώπων ἐκ νέου ἐπιτηδεύων δύναιτο, οὔτ' οὕτως θαυμαστῇ φύσει κραθήσεται. σώφρων δὲ οὐδ' ἂν μελλήσαι ποτὲ γενέσθαι. Nunc locum Platonis ex Timæo proferã, quem in libro de Vni- F
uersitate Cicero transferens, ἑπόμενα παθήματα αὐτοῖς appellat motus comites horum. Is autem locus est quem Cicero multis locis tractat, cũ de animi partibus eodem modo quo Plato differit. Est bene longus locus, sed utilitas cõpensabit satietatem, ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ μὲν προσίοι, τὸ δὲ ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῶν, πρῶτον μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν πᾶσιν ἐκ βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γίγνεσθαι, δεύτερον δὲ, ἡδονῇ καὶ λύπῃ μεμιγμένον ἔρωτα, πρὸς δὲ τούτοις φόβον καὶ θυμὸν, ὅσα τε ἑπόμενα αὐτοῖς, καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε διεστῶτα. Cicero sic, Cũ autem animos corporibus cum necessitate inseuisset, cúmq; ad corpora necessitate accessio fieret, tum abscessio, necesse erat sensum existere unũ, communémq; omnium, uehe- G
mentiore motu excitatum cõiunctũmq; naturæ: deinde uoluptate & molestia mixtum amorẽ, post iram & metum & reliquos motus animi comites superiorũ, & his etiam contrarios dissidentes. Ex collatione horum duorum locorum facile est intellectu, alios libros emendandos esse, in quibus legitur, Cum animis corpora inseuisset. Deinde illi etiam errores corrigendi, Vehementiore motu excitato coniunctóq; naturæ. σύμφυτον enim pertinet ad αἴσθησιν, non ad παθημάτων. Et certè nõ motus excitatur sed excitat sensum. Hic autẽ fructus nobis ostenditur. προσιέναι accedere, ἀπιέναι abscedere & decedere. nã sic alio loco interpretatus est. Sed hoc quoq; obseruandum & intelligendũ, disertè pro uerbis nomina dixisse, accessio & abscessio, quod quo faceret commodius, illud cũ his maluit dicere. Est au H
tem accessio augmentatio quam uocant, seu nouæ rei additio ad superiorem. Abscessio & decessio cõtra, imminutio. βίαια παθήματα disertè interpretatus est uehementiores motus. αἴσθησις ergo βιαίων παθημάτων, sensus dicetur uehementiore motu excitatus. γίγνεσθαι existere, quod alio loco ostendimus. ξύμφυτον coniunctum naturæ. διιστάναι, dissidere. Sed ut ad propositum reuertamur, hoc loco Græcos cum Cicerone imitati sumus. iunximus enim illud comitari cum dandi ca-

A *su, quemadmodum Cicero in superiore loco.*

Copulata enim hæc inter se uidentur, ut neutrũ ab altero nec diuelli posit, nec distrahi, συνέζευκται μὲν γὰρ ταῦτα φαίνεται. καὶ χωρισμὸν οὐ δέχεσθαι.) *Cicero sic in primo lib. de finib. Vt enim temperantiam, sapientiam, fortitudinẽ copulatas esse docui cum uoluptate, ut ab ea nullo modo nec diuelli, nec distrahi possint: sic de iustitia iudicandum est.*

CAP. V.

QVI *enim tibiarum cantu tenentur,* φίλαυλοι.)

Non possunt uerba quæ interim fiunt aduertere, ἀδυνατοῦσι τοῖς λόγοις προσέχειν.) *Interdum additur accusatiuus* νοῦν. *Itaque hinc nostrum Animaduertere natum est. Terentius dicit, aduertere. Idem in Andria dicit, adiungere, ap-*

B *plicare, & appellere animum ad scribendum, ad uxorem. Hoc etiã dicit, Attẽdere animum. Hoc loco illud* προσέχειν τοῖς λόγοις *attẽdere uerba, & attentè audire etiam dicitur. Demosth. prima Olynthiaca dicit* προσέχειν τῷ πολέμῳ *i. incumbere in bellum. ut Cicero in primo de Oratore dicit, Incumbite in hæc studia. Idem fere ualet* ἐνεργεῖν περί τι, *&* κατά τι. *quo utitur Aristot. paulo infra,* ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει, ὅταν ἅμα περὶ δύο ἐνεργῇ. *Paulo infra,* ὥστε μηδὲν ἐνεργεῖν κατὰ τὴν ἑτέραν. *In his locis illud* ἐνεργεῖν *expono intendere animum & aciem animi in duas res. Ita mihi uidetur dixisse in 4. Academ. quæstionum, Mens enim ipsa quæ sensuum fons est, atq; etiam ipsa sensus est, naturalem uim habet, quam intendit ad ea, quibus mouetur. Illud* ἐνεργεῖν *etiam occupari*

C *ualet in hoc loco.*

CAP. VI.

DANT *enim eis incommoda potius, q̃ prosint: uidemúsq; eos nec ualetudinis, nec rei familiaris habere rationem,* βλάπτονται γὰρ ἀπ' αὐτῶν μᾶλλον ἢ ὠφελοῦνται, ἀμελοῦντες τῶν σωμάτων, καὶ τῆς κτήσεως.) *Cicero in quinto lib. de finib. hunc locũ sic uertit, ut feci. De quo alio loco satis multa dicta sunt.*

Partem nullam liquidæ uoluptatis & liberæ unquam gustarunt, ἄγευστοι ὄντες ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου.) *Cicero in primo de finibus hunc locum & alios una oratione complexus est, Neq; enim ciuitas in seditione potest esse beata, nec in discordia dominorum domus, quo minus animus à se ipse dißidens secúmq;*

D *discordans gustare partem ullam liquidæ uoluptatis & liberæ potest.*

Vt optimæ cuiusq; partis & hominis actio & uirtus sit præstantißima, ἡ τοῦ βελτίονος ἀεὶ μορίου καὶ ἀνθρώπου σπουδαιοτέραν τὴν ἐνέργειαν.) *Cicero in quinto de finibus hunc locum attigit, Quibus expositis, est coniectura, ea maximè esse expetenda ex nostris, quæ plurimum habent dignitatis, ut optimæ cuiusq; partis, quæ per se expetatur, uirtus sit expetenda maximè.*

CAP. VII. E

QVAM eandem sitam eße neceße est in ea parte quæ est omnium optima, siue ea quidem mens est, αὕτη δ' ἂν εἴη τοῦ ἀρίστου, εἴτε δὴ νοῦς τοῦτο.) Cicero in 5. quæst. Tusc. hunc locum pene ijsdem uerbis tractauit, Etenim quæ pars optima est in homine, in ea situm esse necesse est illud, quod quæris omnium optimum. Quid autem in homine sagaci ac bona mente melius?

Seu ea nihil est in nobis diuinius, εἴτε τὸ ἐν ἡμῖν τὸ θειότατον.) Superlatiuũ in hoc genere Cicero per comparatiuum exponere solet. Hunc enim locum ita interpretatur in 5. lib. de finib. Quæ quidem propriè uirtutes appellantur multúmq; excellunt, propterea q̃ ex ratione gignuntur, qua nihil est in homine diuinius.

Rerum quæ ad uitam degendã sunt necessariæ, τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων.) Cicero in primo de officijs, τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαῖα, appellat, & quæ sunt ad uiuẽdum neceßaria, & res ad uitam degendam neceßarias. Principio generi animantium omni est à natura tributum, ut se, uitam, corpúsq; tueatur, declinétque ea quæ nocitura uideantur, quæq; sint ad uiuendum necessaria inquirat & paret, ut pastum, ut latibula, ut alia eiusdem generis. Paulo infra, Homo autem qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum uidet, earúmq; progressus, & quasi anteceßiones non ignorat, similitudines cõparat, rebúsq; præsentibus adiungit atq; annectit futuras: facile totius uitæ cursum uidet, ad eámq; degendam præparat res necessarias. Alio loco docui, πορίζεσθαι τὰ εἰς τὸν βίον esse quod hic Cicero, præparare ad uitam degendam res neceßarias, & paulo ante, parare quæ sunt ad uiuendum necessaria. quanquam illud πορίζεσθαι τὰ εἰς τὸν βίον dici potest commodius, quod idem auctor eodem libro paulo infra ait, Parare ea quæ suppeditent ad cultum & ad uictum. Malim enim ego πορίζεσθαι hoc loco appellare parare, quàm suppeditare, quoniam nono lib. unde hoc genus sumptum est, Aristoteles de uiro & uxore disserit, qui cum unam in domum habitandi & procreandi causa conuenerint, parant ea quæ ad uictum cultúmq; pertinẽt. Nisi forte suppeditant eo magis placet, q̃ deinceps eo libro idem ait, ἴδια τιθέντες εἰς τὸ κοινόν. i. sua in cõmune conferentes, q̃ iam ea habeant, ut nõ sit necesse ea parare. Libera sunt iudicia hominum, licebit ijs existimare qui hæc legerint. Ex huius autem loci explicatione hoc commoditatis reportabimus, quid Græci pro gerundijs & gerundiuis nostris usurpent. utuntur enim infinitiuis. Nihil hic dico de aduerbijs quæ uocant positionis. Hoc etiam loco nõ est alienum, quæ ad uiuendum pertinent, græca & latina uerba conferre. Quãquam hoc iam magna ex parte cõfectum negotium est. Nam ζῆν & uiuere transferri à Cicerone ostendimus, & uitam degere. Illud tamẽ nostrum, Degere uitam, magis illi respõdet græco διάγειν. Sic de illo, Agere uitam iudicandum est. ζῆν βίον apud Græcos legi, & διάγειν βίον. Et Latini illud ζῆν βίον nunquam dicunt uiuere uitam, sed agere uitam, &

A degere, & traducere. Aristoteles paulo ante hunc locum quem explicamus, καὶ γὰρ
τῷ καθεύδοντι διὰ βίου ὑπάρχοι ἂν φυτοῦ ζῶντι βίον. Cicero in secundo de
finibus dicit Degere omnem ætatē, quod Aristoteles appellat ζῆν διὰ βίου, & ἅ-
παντα τὸν βίον. Quæ orationes etiam apud Platonem sunt usitatissimæ. Locū Ci-
ceronis alio loco protuli. Vitam agere, Cicero dicit in 3. de finibus, Quódq; nemo in
summa solitudine uitam agere uelit, ne cum infinita quidem uoluptatum abundan-
tia, facile intelligitur, nos ad coniunctionem cōgregationémq; hominum, & ad na-
turalem cōmunitatem esse natos. Quo loco duas Cicero Aristotelis ex nono com-
plexus est orationes, ἄτοπον δ᾽ ἴσως καὶ τὸ μονώτην ποιεῖν τὸν μακάριον. οὐθεὶς
γὰρ ἕλοιτ᾽ ἂν ζῆν καθ᾽ αὑτὸν τὰ πάντα ἔχων ἀγαθά. πολιτικὸν γὰρ ὁ ἄν-
θρωπος καὶ συζῆν πεφυκός. ζῆν ἔχων, uel ἔχοντα τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάν-
B τα. Cicero in Lælio uertit, Viuere in omni rerum abūdantia. Locū protuli in ini-
tio octaui libri. In superiore autem exemplo, quod apellat Vitam agere cū infini-
ta uoluptatum abūdantia, Aristoteles dicit in hoc nono, ζῆν ἡδόμενον ὡς μάλι-
στα, οὐδεὶς τ᾽ ἂν ἕλοιτο ζῆν παιδίου διάνοιαν ἔχων διὰ βίου, ἡδόμενος ἐφ᾽ οἷς
παιδία ὡς οἷόν τε μάλιστα. Illud idem ζῆν ἡδόμενον μέγιστα magis ad uer
bum exprimit in 3. de officijs, & illud ἔχειν πάντα τἀγαθὰ, abundare omnibus
copijs. Quem ego locū quanquam primū librum cū explicarem, protulerim, tamē
non est incōmodum repetere eundē. Itémq; magis est secūdum naturam pro omni-
bus gentibus, si fieri posset, conseruandis ac iuuādis maximos labores molestiásque
suscipere, imitantes Herculem illum, quem hominum fama beneficiorum memor in
C cōcilio cælestium collocauit, quàm uiuere in solitudine, nō modo sine ullis molestijs,
sed tiam in maximis uoluptatibus, abundantē omnibus copijs, ut excellas etiam pul
chritudine & uiribus. Ex his locis facile intelligi potest, quemadmodū poßint di-
sertè participia adiecta uerbo ζῆν exponi. Quò etiam ille eiusdē ex oratione pro
lege Agraria pertinet. Singularis homo priuatus, nisi magna sapientia præditus,
uix facile sese regionibus officij magnis in fortunis & copijs cōtinet. ἀγαθὰ ergo
uocat Cic. copias, & fortunas. ἔχειν πάντα τἀγαθὰ, abundare omnibus copijs.
ἀγαθὰ in primo docui utilitates dici. ἀγαθὰ etiam commoda uertit Cicero, idq;
facit uariandæ orationis gratia. Nam in 3. de finib. lib. cum bona corporis sæpe di
xißet, ad postremum hac usus est oratione, Nam cum ita placeat, ne eorum quidē
D bonorum quæ nos bona naturæ appellemus, frequentia, beatiorem uitam fieri, aut
magis expetēdam, aut pluris æstimandam: certe minus ad beatam uitam pertinet
multitudo corporis cōmodorum. Hunc locum tractaui etiam cùm primum librum
exponerem, in quo me eo iuuat diutius cōmorari, ut omnes qui se ad conuertendos
libros ex græco cōferent, habeāt quibus modis illud genus, quo uix ullū est usita-
tius apud Græcos, interpretari uel disertè poßint. ζῆν etiam est eße & manere
& retineri in uita, ut ἀποθνήσκειν deficere à uita, exire de uita, abire, migrare,

A quidem bella sunt ob eam causam, ut in pace uiuamus. Cicero in lib. de Vniuersitate uertit τὴν εἰρήνην ἄγον, tranquillum & moderatum. Locum Platonis & Ciceronis alio loco protuli, cum dissererem de illo ἀτάκτως.

Quæ talis uita certè præstantior est, quàm ut attribuere eam sibi homo debeat, ὁ δὲ τοιοῦτος ἂν εἴη κρείττων βίος, ἢ κατ' ἄνθρωπον.) Cicero in libro de Vniuersitate transfert, μεῖζον, ἢ καθ' ἡμᾶς, maius est, quàm ut profiteri scribere nos audeamus. Locum disertè, ut solet, interpretatus est, itaque non est alienum eum proferre. Cic. sic, Reliquorum autem quos Græci Dæmonas appellant, nostri, ut opinor, Lareis, (si modo hoc rectè conuersum uideri potest) & nosse & nunciare ortum, maius est quàm ut profiteri scribere nos audeamus. Plato in Timæo, περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν, μεῖζον, ἢ καθ' ἡμᾶς.

B Ei quod concretum est, (συνθέτῳ.) σύνθετον alij dicunt compositum, idque habent in ore uerbum Philosophi totos dies. Compositum ex materia & forma, Cicero appellat, id quod ex materia & specie concretum est.

Spectare humana, φρονεῖν ἀνθρώπινα.) Philosophi φρονεῖν uocant & uertunt, sapere. Proferam ego locum Ciceronis ex 2. de offic. in quo est scriptum, Spectare magna, pro illo φρονεῖν, ni fallor. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione uersatur, hi simul ac iuuenes esse cœperunt magna spectare, & ad ea rectis studijs debent contendere.

Ad mortalem gloriam niti, ἀπαθανατίζειν. In huius uerbi interpretatione ut

C in alijs ferè omnibus, Ciceronem mihi proposui. In Catone maiore, Quod quidem, ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cuiusque animus maximè ad immortalem gloriam niteretur.

CAP. VIII.

INCERTI enim sunt animi hominum, αἱ γὰρ βουλήσεις ἄδηλοι.) Cicero ad Brutum, Sed non ignoras quàm sint animi incerti hominum.

Deos enim putamus esse beatissimos. Quas tandem ijs actiones quæ officia tribuemus? Num iustitiæ? At ridiculi uidebuntur, si & res contrahant, & deposita reddant, cæteraque faciant eiusdem generis? An fortes dicemus eos, qui res asperas perferant, periculaque adeant ob eam causam quia deceat? Num liberales? At cui largientur? Absurdum etiam sit, si numum aut quid tale habeant. An uero temperan-

D tes? At qui esse possunt? τοὺς θεοὺς γὰρ μάλιστα ὑπειλήφαμεν μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι. πράξεις δὲ ποίας ἀπονεῖμαι χρεὼν αὐτοῖς. πότερα τὰς δικαίας; ἢ γελοῖοι φανοῦνται συναλλάττοντες καὶ παρακαταθήκας ἀποδιδόντες, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ἀλλὰ τοὺς ἀνδρείους; ὑπομένοντας τὰ φοβερὰ καὶ κινδυνεύοντας, ὅτι καλόν; ἢ τοὺς ἐλευθερίους; τίνι δὲ

A & intellige facta eius cum dictis discrepare. Ponit autem hæc duo semper contraria, cõsentire, & discrepare, quæ his duobus græcis paria sunt, ξυνᾴδειν, uel ὁμοφωνεῖν uel συμφωνεῖν & διαφωνεῖν. Cicero in 4. de finib. Vidésne igitur Zenonem tuum cum Aristone uerbis cõsentire, re dißidere? cum Aristotele & illis re consentire, uerbis discrepare? Alio loco docui Ciceronem uocare ac uertere, Discordare secum, & dißidere à se, quod Aristoteles diceret, διαφέρεσθαι ἑαυτῷ, & στασιάζειν. συμφωνεῖν Cicero semel uertit consonare, idq; in Salustium, Vt omnis oratio moribus consonet.

Vt autem quisq; rationem uitæ actionísque ducem maximè sequitur, ὁ δὲ κατὰ νοῦν ἐνεργῶν.

CAP. IX.

B NAM si in uerbis satis magna uis esset ad uirtutem, εἰ μὲν οὖν ἦσαν οἱ λόγοι αὐτάρκεις πρὸς τὸ ποιῆσαι ἐπιεικεῖς.) De hoc genere dicẽdi alio loco diximus. Hoc tamen exemplo etiam Ciceronis hoc modo uertere poßumus, Si satis magna uis eßet in uerbis, ut nos bonos efficerent. In quinto lib. de finib. de uite autem differit: In ipsa enim parum magna uis est, ut quàm optime se habere poßit, si nulla cultura adhibeatur. Quo ille loco hunc adumbrauit. Nam paulo post sequitur, καὶ ἔδει τούτους πορίζεσθαι. quod exposui sic, eaq; adhiberi oporteret. Illud enim πορίζεσθαι adhiberi hoc loco mihi uidetur ualere. Alijs locis χρῆσθαι idem efficit, ut Cicero in 4. Academicarum quæst. dicit, Interdum cum ad eos adhibemus orationem. Verbum est quod Cicero crebris usurpat sermonibus. Alio loco ostendi quod Aristot. in primo dixißet, ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν, id esse quod Cicero uocaret, Adhibere diligentiam. ἰατρεύειν τε θεραπεύειν etiam dicit & curare, & adhibere curationem.

C

Valere ad hortãdos excitãdósq; pueros, προτρέψασθαι καὶ παρορμῆσαι ἰσχύειν.) Græci illi ἰσχύειν dant infinitum uerbũ, nos nostro Valere tribuimus accusandi casum cum ad præpositione. ut Cicero in 3. de finib. dicit, Valere ad beatè miseréue uiuendum. Dant etiam accusatiuum Græci huic uerbo πρὸς præpositione adiecta, qua de re alio loco dixi.

Cum iam mores recta educatione exculti sunt, κατακώχιμον ἐκ τῆς ἀρετῆς.) Paulo antè ponitur ἦθος. ἀρετὴ hoc loco, ut placet Eustratio, nõ accipitur pro ueris illis uirtutibus, prudentia, iustitia, fortitudine & temperantia, sed pro affectione ea quam pueri ex optima educatione percipiunt. κατακώχιμον autem, ut idẽ ait, significat hoc loco ὑπήκοον καὶ εὐπειθὲς, id est, quod obsequitur & paret & quasi cedit, non τὸ πλῆρες, id est plenum. nec τὸ ἐχόμενον καὶ κατακρατηθέν, id est, quod hæret, tenetur, & uictum est.

D

Pueros ingenuos, ingenuísque moribus præditos, τῶν νέων τοὺς ἐλευθερίους καὶ ἦθος τι εὐγενές.

A At lex non est inuisa, ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐπαχθής.) ἐπαχθὴς inuisus à Cicerone dicitur in præfatione 2. lib. Tusc. Est enim philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consultò ipsa fugiens, eiq; ipsa & suspecta & inuisa.

Vt enim in Rep. ius legitimum & consuetudo, sic domi priuatim rationes paterniq; mores & instituta ualent, ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐνισχύει τὰ νόμιμα καὶ τὰ ἤθη, οὕτω καὶ ἐν οἰκίαις οἱ πατρικοὶ λόγοι καὶ τὰ ἤθη.) Hoc loco in animo est, quibus modis & uerbis argumentũ quod à simili ducitur, à Græcis & Latinis tractetur, ostẽdere. In hoc sumus pares illis, quod οὕτω ipsi dicũt in secundo loco semper, Cicero semper illud uertit sic, nũquam ita. Et in primo loco illi ὥσπερ, uel ὡς semper dicũt. Cicero uerbũ è uerbo, ut ferè usurpat. Dicũt quidem & ὥσπερ & καθάπερ, sed quando nõ sequitur οὕτω. Aristote. in 2. huius B operis lib. cap. 4. εἰ γὰρ πράττουσι τὰ δίκαια καὶ τὰ σώφρονα, ἤδη εἰσὶ δίκαιοι καὶ σώφρονες, ὥσπερ οἱ τὰ γραμματικὰ καὶ μουσικά, γραμματικοὶ καὶ μουσικοί. In cap. quod exponimus positũ est, καθάπερ. καθάπερ καὶ ἰατροί ἔνιοι δοκοῦσιν ἑαυτοῖς ἄριστοι εἶναι, ἑτέρῳ οὐδὲν ἂν δυνάμενοι ἐπαρκέσαι. Cum autẽ sequitur, aut ponitur οὕτω, nunquã legi illud καθάπερ, sed ὡς & ὥσπερ. Isocrates ad Dæmonicum, πρέπει γὰρ τοὺς παῖδας ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν. i. Debet enĩ ad liberos ut patrimonij, sic amicitiæ & necessitudinis patriæ hæreditas peruenire. Cice. interdũ his utitur uocibus cum ad eas idem uerbum pertineat. 1. de offic. Nam ut aduersas res, sic secundas immoderatè ferre, leuitatis est. Sæpe duo uerba adhibet. Ibidem, Vt enim C pueris non omnem licentiam ludendi damus, sed eam quæ ab honestis actionibus non sit aliena, sic in ipso ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat. In ijs libris eadẽ pagina sex inuenire licet locos, in quibus, Vt, primo loco positũ sit, sic in secundo, ut facile eas duas dictiones studiosè ab eo usurpatas esse intelligere possimus. Interdũ priore loco dicit, Quemadmodũ, & quomodo. Tanquã etiam idq; semel usurpat. In lib. de senect. Pugnãdum tanq̃ cõtra morbũ est, sic contra senectutem. Quomodo dicit in 4. Academ. Vt enim necesse est lancẽ in libra põderibus impositis deprimi, sic animũ perspicuis cedere. Nã quomodo non potest animal ullum nõ appetere id quod accõmodatum ad naturam appareat: Græci id οἰκεῖον appellant: sic non potest obiectam rẽ perspicuam nõ approbare. Quẽamodum in hoc genere nõ solet D dicere omnino in principio orationis, sed in medio, neq; id facit nisi coactus, cum propter rationem orationis utitur ut in aliam sentẽtiam, & cõtinenter ducit argumentum à simili. In lib. de Vniuersit. Sed cum soliditas mũdo quæreretur, solida autem omnia uno medio nunquã, duobus semper copulẽtur: ita cõtigit, ut inter ignem & terram, aquam Deus aërémq; poneret, eáq; inter se cõpararet, proportionéq; cõiungeret, ut queãdmodum igni aëri, sic aër aquæ: quódq; aër aquæ, id aqua terræ proportione redderet. Sic tractatur argumentum in lib. de offic. Ex his igitur

tot locos perspici potest, Ciceronem in secundo loco nũquam ita in primo, Vt ferè E
solitum dicere. Quãquam locum unum inueni in 3. de legib. lib. in quo illud ita est
secundo membro. Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus. Vt
autem Cicero ut fere semper, quomodo & quemadmodũ raro, sic Græci ὥσπερ
interdũ καθάπερ solẽt dicere. Infinitos locos ad illud superius cõfirmandũ pro-
ferre possũ, sed duos satis esse decreui. In extremo 3. huius op. ὥσπερ γὰρ τὸν παῖδα
δεῖ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ ζῆν, οὕτω καὶ ἐπιθυμητικὸν κατὰ τὸν λό-
γον. i. Vt enim puer ex pædagogi, sic pars ea animi in qua sita est cupiditas, ex le
gis debet præscriptione uiuere. In secundo cap. 4. ὥσπερ οὖν οὐδ᾽ ἐκεῖνοι εὖ ἕξουσι
τὸ σῶμα, οὕτω θεραπευόμενοι, οὐδ᾽ οὗτοι τὴν ψυχὴν οὕτω φιλοσοφοῦντες,
.i. Vt igitur illis nunquã bene habiturũ est corpus qui sic curantur, sic nec his ani-
mus qui isto modo philosophantur. In hoc posteriore exemplo non ponitur οὕτω in F
secunda parte, quod frequens & usitatum est apud Platonem. De illo καθάπερ
illud unum afferam Platonis ex Timæo, καθάπερ οὖν αὐτὸ τυγχάνει ζῶον ἀΐ-
διον καὶ τόδε πᾶν οὕτως εἰς δύναμιν ἐπεχείρησε τοιοῦτον ἀποτελεῖν, id est,
Quemadmodum igitur id animans æternũ est, atq; hæc uniuersitas, sic eiusmodi cũ
suis omnibus partibus quoad fieri potuit conatus est absoluere. Aristoteles etiam
interdum καθάπερ dicit eodem modo. Dicit etiam ὡς solum, ueluti in 7. huius
operis cap. 12. ὡς γὰρ τὰ ἡδέα πρὸς ἄλληλα συνέστηκεν, οὕτω καὶ αἱ ἡδοναὶ
αἱ ἀπὸ τούτων.

Nam generatim omni homini qui æstu febrique iactatur, prodest inedia, καθ-
όλου μὲν γὰρ τῷ πυρέττοντι συμφέρει ἀσιτία.) καθόλου hoc loco aduer-
bij partes optinet, de quo multa alio loco dixi. Hoc loco id etiam dicã, à Cicerone G
uerti generatim in 4. Academicarum, pro quo alij dicunt uniuersaliter, alij uniuer
sim. Verba eius adieci, Exponam igitur generatim argumenta eorum. Nisi forte
illud generatim eo loco ualet id quod uulgo dici solet, de puncto ad pũctum. Expo-
nere generatim argumẽta. i. per capita. quod tamẽ idem ualet. Nã exponere gene
ratim argumẽta, nihil aliud est, q̃ summas & capita argumentorũ narrare. Ita hoc
loco prodesse generatim omnib⁹ qui febri iactantur inediã, nõ aliud efficit q̃ pro-
desse ei generi omniũ hominũ qui febri affictantur. κεφαλαιωδῶς δηλῶσαι mi
hi uidetur id dici, quod Cic. dixit, generatim exponere. Aristot. sic loquitur in ter-
tio extremo Rhetor. ἐκεῖ μὲν οὖν δεῖ τὸ πρᾶγμα εἰπεῖν ἵνα μὴ λανθάνῃ περὶ
οὗ ἡ κρίσις, ἐνταῦθα δέ, δι᾽ ὧν δέδεικται κεφαλαιωδῶς. πυρέττειν Cicero ex- H
ponit, in Catilinam, æstu febriq; iactari, quoniam ἀπὸ τοῦ πυρὸς πυρέττειν, dicitur.

Qui sit ille quidẽ inscius, sed tamen omnia notarit & obseruarit, quæ quãq; rẽ
consequãtur, ἀνεπιστήμονα ὄντα, τεθεαμένον δὲ ἀκριβῶς τὰ συμβαίνοντα
ἐφ᾽ ἑκάστῳ.) θεᾶσθαι spectare ferè dicitur, hinc θέατρον spectaculum. & quia qui
spectant ludos, diligenter & attentè quæ fiunt & dicuntur aduertunt, fit, ut obser

A uare & notare dicatur, præsertim in re medica & astrologica. τὰ συμβαίνοντα ἐφ' ἑκάστῳ est quod Cicero solet dicere, Quæ quámq; rem res cōsequitur. In lib. de fato, Qui autem ex eo cogi putat ne ut sedeamus quidem aut ambulemus, uolū tatis esse, is non uidet quæ quamq; rem res consequatur.

Id quod in medicina uidere licet, reliquísq; rebus omnibus, quarum est disciplina, ὥσπερ ἐπ' ἰατρικῆς & τῶν λοιπῶν, ὧν ἐστιν ἐπιμέλειά τις καὶ φρόνησις.) Non est mihi dubium, quin μάθησις dicatur disciplina. Etiam illud nō ignoro, ἐπιμέλειαν dici curam & diligentiam. Sed tamen hoc intelligendum est, aliter accipi disciplinam, cum dicimus rectè uiuendi disciplinam, quam illa sit quæ μαθήσεως nomine declaretur, Itémq; illud ἐπιμέλειαν hoc capite non rectè dici posse diligētiam & curā multis locis. Quocirca Ciceronis loco admonitus sum eo qui positus

B est in 2. de Diuinatione, ut hic quoq; ἐπιμέλειαν uerterem disciplinā. Hunc enim locum expreßit ijsdē prope uerbis. Eadem in literis ratio est, reliquisq; rebus, quarum est disciplina. Neq; enim dubium est quin idē hæc duo ualeant, ἐπ' ἰατρικῆς καὶ τῶν λοιπῶν, ὧν ἐστιν ἐπιμέλεια, & quod ait Cicero, In literis reliquisq; rebus quarum est disciplina, si pro literis medicinā dixisset. Quod autem ait, Eadē est ratio, id Aristoteles dicit, οὕτως ἔχει, quemadmodum alio loco ostendimus.

Etsi præstātius sit profectò, καὶ τοιουτον ἂν ἴσως.) ἴσως hic & multis alijs locis nō idem ualet quod nostrū forte aut fortaßis, sed certè, profectò. Nec id admonuissem, nisi semper sine delectu ab alijs sic expositū animaduertissem. Hoc loco nō erit incōmodum de græcis & latinis uocabulis, quæ aduersatiua dicūtur, déq; eo=

C rum usu disputare. Nostri his omnibus utūtur, Quāquam, Etsi, Tametsi, Etiamsi, Quāuis, Licet. Atq; hæc duo quidem Quāquam & Etsi, Cicero initijs præponit librorum, orationū, & epistolarum, eisq; tum uerba semper indicatiui modi adiūgit. In media autem oratione nūc eas iungit cum indicatiuo, nūc cum subiectiuo, idq; rarius. Secundum etiam uocabulum totius orationis interdum ponit illud quanquam aliàs attribuit indicatiuum aliàs subiunctiuum. Illa autem duo, Quanuis & Licet idem semper & subiunctiuis coniungit, & in media oratione collocat. Tametsi raro utitur, & principiū ei totius orationis nunquam dat, sentētiæ interdū, tuncq; indicatiuo iungitur ferè. De eo quod primū proposui, nō est id quidē dubiū, quin cū indicādi uerba iungantur duo illa tum cū primum locum tenent uel in libris, uel in

D orationibus, uel in epistolis. Itaq; non est opus hoc exemplis, quoniam perspicuum est, facere longius. Illud autē alterum, ea cum in media oratione collocata sunt, iungi interdum cū indicandi, interdum cum subiungendi uerbo copulari, forte sit obscurius. Id autem nō intelligendum sic est, quasi in media oratione aut in cursu orationis cū in principio sunt sentētiæ, interdū coniungi ea subiunctiuo dicam (neq; enim solent, quodsi quādo reperiantur, culpam in librarios cōferendam puto, ut in præfatione secūdi de officijs uitiosè legitur, excitauerint, pro excitauerūt) sed ita intel-

A *tum, deinde quatenus illis uideatur exponit.* Sic est illud Ciceronis, quod supra protuli, *Cupidis enim rerum talium odiosum fortasse & molestum est carere: satiatis uero & expletis iucundius. Quanquam non caret is, qui non desiderat.* Corrigit hoc quanquam, id quod dixerat satiatis & expletis molestum nõ esse carere. Nã qui expletus est aliquo cibo, cum non desyderat. Ita ne eo quidem caret. Carere enim in eo dicitur, qui desyderat. Eodem modo iudicandum est de illo loco qui tractatur in 10. huius operis cap. ἡ δόξα δ' αὕτη δοκεῖ γεγενῆσθαι ἐκ τῶν περὶ τὴν τροφὴν λυπῶν καὶ ἡδονῶν, ἐνδεεῖς γὰρ γενομένους καὶ προλυπηθέντας, ἥδεσθαι τῇ ἀναπληρώσει. τοῦτο δ' οὐ περὶ πάσας συμβαίνει τὰς ἡδονάς. Qui locus ferè Ciceronis proximo respondet. Sic ego, *Ac mihi quidem certe manasse hæc sententia uidetur ex ijs uoluptatibus & doloribus, qui ex cibo alimen-*
B *toq; capiuntur. Cum enim homines aliquid dolentes desyderant, post eius satietate capiuntur. Quanquam non omnibus id uoluptatibus contingit.* Corrigit etiam hic quod dixerat. Multos præterea locos proferre possum, sed satis est rem intelligi. Idem καίτοι ualet eodem in genere correctionis. Vnum tantũmodo locum proferam. In 7. huius operis, τὸ δὲ, τέχνης μὴ εἶναι ἔργον μηδεμίαν ἡδονὴν, εὐλόγως συμβέβηκεν. οὔτε γὰρ ἄλλης ἐνεργείας οὐδεμιᾶς τέχνη ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς δυνάμεως. καίτοι ἡ μυρεψικὴ τέχνη, καὶ ἡ ὀψοποιητικὴ δοκεῖ ἡδονῆς εἶναι. id est, *Quod autem afferũt arti nulli uoluptatẽ quasi materiam quã tractet propositam, præclare cecidit. Neque enim ullius alterius actionis ars est, sed potius*
C *facultatis. Quanquã uoluptatis uidentur esse unguẽtaria & culinaria.* Græci his etiam tribus utuntur, καίπερ, ὡς εἰ, & κἂν, quod ualet καὶ ἂν uel ἐάν. Neque ferè in ullo nisi in secundo membro, duntaxat apud ueteres, reperiuntur. Ita nunquam iunctas has particulas cum ὅμως uidere possis. Harum apud nos locũ tenent, quãquam, & si, etiamsi. Itaq; nonnunquam iunctæ reperiuntur ut apud illos, sic apud nos cum subiunctiuo, sed apud nos sæpius. Cicero in secundo de finib. lib. *Quid est autem amare, è quo amicitiæ nomen ductum est, nisi uelle bonis aliquem affici quàm maximis, etiamsi ad se ex his nihil redeat?* Aristotelis locum his uerbis adumbrauit eum qui positus est in nono huius operis libro, φασὶ γὰρ δεῖν φιλεῖν μάλιστα τὸν μάλιστα φίλον. φίλος δὲ μάλιστα, ὁ βουλόμενος, ᾧ μάλιστα βούλεται, ἀγαθὰ, καὶ εἰ μηδεὶς εἴσεται. Alio loco mihi uideri dixi, pro μηδεὶς εἴσεται legendum esse μηδὲν οἴσει, uel οἴσεται, propter Cic. locum, qui huic uide-
D tur finitimus. κἂν in octauo, cap. 8. Aristoteles subiunctiuum adhibet, loquẽs de matrum amore erga liberos, καὶ αὐταὶ φιλοῦσιν αὐτοὺς, κἂν ἐκεῖνοι μὴ δύνωνται τῇ μητρὶ ἃ προσήκει ἀπονέμειν διὰ τὴν ἄγνοιαν. Illud etiam notandum est, illud καίπερ interdum sine uerbo, dũtaxat sequente participio inueniri. Plato in Timæo, ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν καίπερ ἄνευ τε εἰκότων

τῶν ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν. Est enim λέγουσι datiuus participij λέγων, E
quod ad nomen πᾶσι pertinet. Ac ne quis me id temporis causa dicere ac fingere existimet, proferam locũ Aristotelis, in quo participium est eiusmodi, ut uerbum etiam esse non possit. Scribit enim in 2. huius operis lib. cap. 2. his ferè uerbis, ἀλλὰ καὶ πρὸ ὄντος τοιούτου τοῦ προόντος λόγου, πειρατέον βοηθεῖν. In illis duobus, καὶ εἰ & κἂν, non idem contingit, quòd εἰ & ἂν, seu ἐὰν exigant uerbum necessario. καὶ εἰ, non legi iunctum cũ subiunctiuo. κἂν etiam subiunctiuo datur. Aristoteles hoc cap. 1. ultimo decimi loquens de prauis hominibus, τῶν μὲν ἀνθρώπων ἐχθραίνουσι τοὺς ἐναντιουμένους ταῖς ὁρμαῖς, κἂν ὀρθῶς αὐτὸ δρῶσι. Sed quia illud δρῶσι potest esse etiam indicatiui modi, proferam locum ex oratione AEschinis in Ctesiph. τηλικαύτην αὐτὸς αὑτῷ δυναστείαν κατεσκεύασεν, ὥστ' ἤδη προσιὼν πρὸς τὸ βῆμα πρεσβεύσειν μὲν ἔφη, ὅπη ἂν αὐτῷ δοκεῖ, κἂν μὴ F
ὑμεῖς ἐκπέμψητε &c. i. Tantam etiam ipse sibi potentiam cõparauit, ut cũ modo in locũ superiorem ascenderet, ausus sit dicere, se quocũq; ipsi uideatur, etiã si non mittatis, legationem esse obiturum. καίτοι subiunctiuo uel optatiuo etiã iungitur. Demosth. in prima oratione quæ ad epistolam Philippi respondet, καίτοι τί γένοιτ' ἂν νεώτερον, ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ καταφρονῶν Ἀθηναίων καὶ τολμῶν ἐπιστολὰς πέμπειν τοιαύτας, οἵας ἠκούσατε μικρῷ πρότερον; i. Quãquam quid tam nouum esse potest, quàm Macedonem quẽdam esse, qui Athenienses despiciat, ausitq; epistolas eiusmodi mittere quales paulo ante recitatæ sunt? Illud καίτοι usitatum est apud Demosth. in interrogatione, præsertim si quid sit aut reprehendẽdum, aut corrigendum, uel augendum. Cicero in 1. Tusc. pro eo quanquã in hoc G
genere dicit, eiq; dat subiunctiuũ, nisi error sit. Quanq̃ quid opus sit in hoc philosophari &c. Etiã si iungi cum subiunctiuo & perspicuũ est, & ex loco Ciceronis quem paulo antè protuli, intelligitur. Dat eidem etiam indicatiuũ, quod est multo rarius. In lib. de senectute, Eundẽ igitur esse creditote, etiãsi nullum uidebitis. Licet & quãuis aperta sunt, & nota. Cicero interdum, Cum, dicit pro quanuis, eiq; dat semper subiunctiuũ, & in posteriore membro tamen collocat. In 5. de finib. loquens de Philoctete, Qui cum cruciaretur nõ ferendis doloribus, propagabat tamen uitã aucupio sagittarum. Græci hoc exprimunt per participium. Neq; enim habent uocabulum quod huic nostro respõdeat. Demosth. in Aristogit. oratione, ἀλλ' ὅμως ταῦτα ποιῶν καὶ τοιοῦτος ὤν, ἐν ἁπάσαις ἀεὶ βοᾷ ταῖς ἐκκλησίαις. ἐγὼ H
μόνος εἰμὶ λοιπὸς ὑμῖν. Salustius in Ciceronem sic hũc tractauit locum, Atq; is cum eiusmodi sit, tamen audet dicere, O fortunatam natam me Consule Romam. Illud autem à nemine puto animaduersum, id genus nos mutuatos à Græcis, in quo non ponitur illud quanquã, nec consimilis dictio in priore membro uel inciso, & in posteriore tamẽ dicitur. Id sæpe notaui à Græcis genitiuo absoluto, & à Cic. ablatiuo absoluto exprimi solitũ. In secundo de finib. Vt A. Varus qui est habitus iudex

A durior dicere cõfessori solebat, cum datis testibus, alij tamẽ citarentur &c. Græci in hoc genere præponunt ὅμως. Vt etiam apud Ciceronem reperio in hac significatione, iunctum semper cũ subiũctiuo, interdúmq; in 2. membro ei respõdet certè, interdum tamen, interdum nulla dictio. In 1. Tusc. Nihil est enim profecto hominis prudentia dulcius, quam ut cætera auferãt, affert certe senectus. Ibidem, Vt enim rationem nullam Plato afferret (uide quid homini tribuam) ipsa auctoritate me frangeret. In primo de finib. Vt enim æquè doleamus animo, cũ corpore dolemus, fieri tamen permagna accessio potest. Græci hoc genus non exprimunt: nec suo ἵνα, nec ὡς, nec ὥστε. sed modo imperandi, ut apud Aristotelem hoc 10. lib. cap. 8. τῶν μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀμφοῖν χρεία καὶ ἐξ ἴσου ἔστω, εἰ καὶ μᾶλλον διαπονεῖ περὶ τὸ σῶμα ὁ πολιτικὸς καὶ ὅσα τοιαῦτα (μικρὸν γὰρ ἄν τι διαφέροι) πρὸς

B δὲ τὰς ἐνεργείας, πολὺ διοίσει. Nam si sic uertas hunc locum, Sit enim utrisq; opus idq; ex æquo rebus necessarijs, etiamsi magis occupatus sit is qui in Rep. uersatur, in corpore tuendo alijsq; eius generis (nam parua est distinctio) ad alias autẽ actiones permultum intererit: obscura erit, nec satis latina oratio. Dicamus igitur, Nam ut, uel quemadmodum Cicero, Vt enim rerũ ad uitam necessariarum &c. ad alias certe actiones &c. Sed hæ omnes Græcorum particulæ nunquã initijs adhibentur librorum, epistolarũ, nec orationum, ne in cursu quidem orationis, duntaxat cum sequitur tamen. Itaq; cum quærerẽ quæ particulæ his locis apud eos tritæ essent, nullam reperire potui quæ idẽ ualeret quod hæ nostræ, Quãquam, Etsi,

C & aliæ eiusdem generis, sed tum cõuertendis græcis eis locum esse cõperi, cum duæ sententiæ aduersariæ duabus orationibus cõtinerentur, ac tum in posterioris principio semper legi positum οὐ μὴν ἀλλά, aut simile aliquid quod tamen efficit. Id quoniam nullo proposito exẽplo, uix intelligi potest, illustrandum putaui. Isocratis orationis de pace hoc principium est. Ἅπαντες μὲν εἰώθασιν οἱ παριόντες ἐνθάδε, ταῦτα μέγιστα φάσκειν εἶναι, καὶ μάλιστα σπουδῆς ἄξια τῇ πόλει, περὶ ὧν ἂν αὐτοὶ μέλλωσι συμβουλεύειν. οὐ μὴν ἀλλ', εἰ καὶ περὶ ἄλλων τινῶν πραγμάτων ἥρμοζε τοιαῦτα προειπεῖν, δοκεῖ μοι πρέπειν καὶ περὶ τῶν νυνὶ παρόντων πραγμάτων ἐντεῦθεν ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. Duo hic proponit, consuetudinẽ dicendi, & quod ei cõsuetudini uidetur cõtrarium. Itaq; sic cõuerti rectè posse arbitror, Quãq̃ oẽs qui huc uiri Athen. ad dicendã sententiã ueniũt, eas res de quibus ipsi cõsulunt esse & maximas & grauissimas soliti sunt dicere,

D atq; eiusmodi de quib⁹ tota ciuitas maximè laborare debeat: tñ si de alijs nõnullis rebus idẽ recte dici possit, hinc initium dicẽdi de ijs quæ nunc aguntur, fieri decere iudico. Eodem modo iudicandũ est de illo loco Aristotelis qui in hoc ipso cap. positus est, ἀλλ' ἐπιμεληθείη μὲν ἄριστα τοῦ καθ' ἓν καὶ ἰατρὸς καὶ γυμναστὴς καὶ πᾶς ἄλλος, ὁ τὸ καθόλου εἰδώς, ὅτι πᾶσιν, ἢ τοῖς τοιοῖσδε. τοῦ κοινοῦ γὰρ αἱ ἐπιστῆμαι λέγονταί τε καὶ εἰσίν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἑνός τινος οὐδὲν ἴσως κω-

λύει καλῶς ἐπιμεληθῆναι ὃ ἀνεπιστήμονα ὄντα, τεθεαμένον δὲ ἀκριβῶς E
τὰ συμβαίνοντα ἐφ' ἑκάστῳ δι' ἐμπειρίαν, id est, Et quanquam optime res singulas tractat & medicus & gymnastes, & quiuis alius, qui genus totum omnibus prodesse, uel certe his talibus intelligat (Scientiæ enim ut dicuntur, sic sunt rerum uniuersarum) tamen nihil fortè prohibet rectè curare aliquid eum qui scit ille quidem inscius, sed tamen longo usu & exercitatione notarit & obseruarit quæ quamque rem res consequatur. Ex his duobus locis perspicuum est, quando huic generi conuertendis Græcis sit locus futurus. In priore enim oratione ponitur μὲν, in posteriore οὐ μὴν ἀλλά. Etsi nostro in media oratione par est, ὃ εἰ, εἰ καὶ, & κἂν. Interdum iungitur cum indicatiuo, ut illa græca, interdum cum subiunctiuo. Cicero in quinto Tusculanarum quæstionum, Facile patior te isto modo agere, & si iniquum est præscribere mihi te, quemadmodum à me disputari uelis. F
Tametsi iunctum cũ indicatiuo reperio & cum sequitur tamen, & cum nõ sequitur. Cicero in oratione pro Roscio Amerino, Tametsi miserum est, tamen ei qui hũc accuset, possim aliquo modo ignoscere. In eadẽ, Si id actum est, fateor me errasse, qui hoc maluerim: fateor insanisse, qui cum illis senserim. tametsi inermis iudices sensi. In ea oratione sæpe hoc uocabulo utitur, quod in alijs scriptis non facit. Est enim genus dicendi eius orationis ualde remotum à cæterarum. Nec hoc dico propter illud tametsi solum (est enim alijs etiam in locis ab eo usurpatum) sed propter alia uocabula quæ in alijs libris nunquam usurpat. In act. in Verrem in media oratione tametsi iunctum est cum infinitiuo, Quod ubi est Philodamo nunciatum, tametsi erat ignarus &c. In quarta accusatione dat ei subiunctiuum in media oratione, Sic mihi persuadeo iudices, tametsi omnia in istum hominẽ conuenire putetis, G
tamen hoc uobis falsum uideri. Initio etiam orationis & periodi iunctum cum eodem modo reperitur. In tertio accusationum, Tametsi positæ essent ex testamento, putabat tamen &c.

Quasi delectus non sit prudentiæ, ὥσπερ οὐδὲ τὴν ἐκλογὴν οὖσαν συνέσεως.) Cicero in hoc genere aliàs quasi solum dicit, aliàs quasi uero. In primo Tusculanarum quæstionum, Quasi uero intelligant, qualis sit in ipso corpore, quæ cõformatio, quæ magnitudo, qui locus &c. In quarto de finibus, Quasi uero conceditur in omnibus stultis æquè magna esse uitia, & eadem imbecillitate & inconstantia L. Tabullum fuisse qua illum, cuius is rogatu est condemnatus, P. Scæuolam: & quasi nihil inter res quoque ipsas in quibus peccatur, intersit. Alia est H
ratio & natura nostri quasi, cum uocabulo uni propter similitudinem, non proprietatem coniungitur. Ei apud Græcos par esse reperi δὴ, & ὡς. Quod quo magis intelligatur, coniungam locos Platonis atque Ciceronis. Plato in Timæo, ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας, μέσην πρὸς

A μέσην ἐναντίαν ἀλλήλαις, οἷον χῖ προσβαλὼν, κατέκαμψεν εἰς κύκλον &c. Sic Cic. conuertit hunc locum in lib. de Vniuersitate, Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæq; accõmodans mediam quasi decussauit. deinde in orbẽ torsit. Quidam uir & græcè & latinè doctißimus quid sit decussare in libro quẽ edidit, ex hoc loco Ciceronis intelligi sic cõfirmat, ut decussare idem dicat, quod per medium secare. Rectè ille quidem, sed parum dixit. Neque enim si perticam in duas partes diuidã, decussare dicar perticam. Quanquam, ut uerè dicam, non sit secare illud decussare, sed committere & copulare duo aliqua sic, ut figuram X efficiant. Nam id significat προσβάλλειν οἷον. Nã προσβολὴν paulo infrà Cicero uertit commissuram. Eodem libro Plato ὡς pro eodem dicit, ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις,
B ἔνειμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα &c. Sic Cicero, Toto igitur omnino constituto, syderibus parem numerum distribuit animorum, & singulos adiunxit ad singula, atque ita quasi in currum imposuit. Genera dicendi hæc præclara elicere licet, ἐμβιβάζειν εἰς ὄχημα, imponere in currum. διαιρεῖν ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, Distribuere, id est, diuidere parem numerum animorum syderibus. Sic & ex hoc libro quem conuertit Cicero, & ex locis innumerabilibus quos etiam trãstulit, copiam magnam trahere possumus. Hanc igitur locutionem à Græcis etiam mutuatus est Cicero, quam toties repetit, ut hinc apparere poßit, quàm eius studiosus fuisse uideatur. Atq; hinc etiam intelligi idem potest, quòd illud ipsum quasi in conuertendo Timæo
C nonnullis locis usurpauit, in quibus nec ὡς, nec οἷον Plato dixit. Hoc declarat ille locus, Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid requirunt, & quasi nodum uinculúmque desyderant. Plato sic, δύο δὲ μόνω ξυνίστασθαι τρίτου χωρὶς, οὐ δυνατόν. δεσμὸν γὰρ ἐν μέσῳ δεῖ τινὰ ἀμφοῖν ξυναγωγὸν γίγνεσθαι. Tam autem usitatum est & tritum in eius libris omnibus hoc uocabulum, ut omnibus pene paginis sese legentibus ostendat & offerat. Nonnunquam pro eo dicit, tanquam. In libro qui inscribitur Lælius, Nouitates autem si spem afferunt, ut tanquam in herbis fallacibus fructus appareat, non sunt, illæ quidem repudiandæ, uetustas tamen suo loco conseruanda est. In primo de officijs, Panætius quidem Aphricanum auditorem & familiarem suum,
D solitum ait dicere, Vt equos propter crebras contentiones præliorum, ferocitate exultantes domitoribus tradere solent, ut his facilioribus poßint uti: sic homines secundis rebus effrenatos sibique præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem. Idem in libro de Senectute, ὥσπερ, dixit, sicut,

uertens locum Platonis qui positus est in primo de Rep. Νῦν δ' ἐγὼ ἤδη ἐντετύχηκα οὐχ οὕτως ἐχόντων καὶ ἄλλοις, καὶ δὴ καὶ Σοφοκλεῖ ποτε τῷ ποιητῇ παραγενόμην, ἐρωτωμένῳ ὑπό τινος, πῶς ἔφη, ὦ Σοφόκλεις ἔχεις πρὸς τ' ἀφροδίσια; ἔτι οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίγνεσθαι; καὶ ὅς, εὐφήμει, ἔφη, ὦ ἄνθρωπε, ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. *Cicero sic, Bene Sophocles respondit, cum ex eo quidam iã effoeto ætate quæreret, uteretúrne rebus uenereis: Dij, inquit, meliora. Libenter uero istinc, sicut à domino agresti ac furioso profugi.* ἔχειν πρὸς τ' ἀφροδίσια, *dixit, uti rebus uenereis.* εὐφήμει *disertißimè interpretatus est, Dij meliora. Quod Dauus Terentianus mihi uidetur dicere, Bona uerba. Alij inepte dicunt, Bene ominare.* ὡς *quemadmodum intelligi potuit, multis nostris uerbis respõdet. Nam & ut & quasi, & tanquam ualet. Alio loco etiam docui efficere* q̃*, in quo sumus pares Græcis, Nam ut illi suo* ὡς*, sic nos nostro quàm damus gradũ superlatiuum. Idem ualet* ὅτι *iunctum cũ superlatiuo. Platonis sunt hæc duo, sed* ὅτι *est apud eum usitatius. Contra fit apud Aristotelem. Locum Platonis proferam ex Timæo, in quo uno hæc duo collocauit, & si eum Cicero cõuertens, neutrum uerbum expresserit,* τὰς δὲ πέντε κινήσεις ἀκίνητον καὶ ἑστὼς, ἵν' ὅτι μάλιστα αὐτῶν ἕκαστον γένοιτο ὡς ἄριστον. *Cicero hoc modo, Quinq; autem reliquis motibus orbem eũ esse uoluit immobilem, & stantem. Reliqua enim uel non conuertit, uel quod magis credo, interciderunt. Nisi forte eo uertere noluit, q̃ genera dicendi nobis non concessa contineret. Neq; enim sic recte quod prætermisit, uertere licet, ut quàmmaximè unusquisq; eorum quàm optimus fieret. Est autem illud* ὅτι *in hoc genere apud Platonem, ut dixi, usitatißimum. Itaq; nõ semper illud uertit Cicero. Satis erunt duo eorum loci ad rem intelligendam. Cic. in lib. de Vniuersitate, Atq; ut esset mensura quædam euidens, quæ in istis octo cursibus celeritates tarditatésq; declararet, Deus ipse solem quasi lumen accẽdit ad secundum supra terram ambitum, ut quàmmaximè cælum omnibus colluceret. Plato sic,* ἵνα δὲ εἴη μέτρον ἐναργές τι πρὸς ἄλληλα βραδυτῆτι καὶ τάχει, καὶ τὰ περὶ τὰς ὀκτὼ φορὰς πορεύοιτο, φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν ἥλιον. ἵνα ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανόν. *In hoc genere illud* ὡς *uertit interdum Cicero ut, cui dat superlatiuum, ac tum ut apud Græcos sequitur* δύναμαι, οἷός τε, *uel alia eiusdẽ naturæ dictio, sic apud nos possum. Aristot. 1. lib. huius operis cap. 9.* εἴπερ τὰ κατὰ φύσιν ὡς οἷόν τε κάλλιστα ἔχειν, οὕτω πέφυκε. *Cicero 5. de finib. lib. hunc locum, ut dixi aliàs, expreßit, Omne animal seipsum diligit, & simul ac ortum est, id agit, se ut cõseruet, atque ita sit affectum, ut optime secundum naturam affectum esse poßit.* ὡς *etiam idem ualet, quod id quod eleganter dicimus, quòd & quia, in hoc genere, non quòd, sed quia, uel q̃. Itaque etiam Græci præponunt negationem in primo mẽbro, & in secundo* ἀλλά. *Aristot. lib. 4. huius*

A operis loquens de liberali, ὅθεν δὲ δεῖ λήψεται, οἷον ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων, οὐχ ὡς καλόν, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον, ὅπως ἔχῃ διδόναι. i. Vnde autem æquum erit accipiet, tanquam de ſuis facultatibus, nõ quòd honeſtum ſit, ſed quia neceſſe, ut ei ad largiendum ſuppetant copiæ. Sed ut interim aliud genus tradam, ex locis ſuperioribus & Platonis & Ariſtotelis intelligi licet, quæ particulæ apud Græcos noſtro, ut, reſpondeant, cum finẽ indicat. Has enim duas ὅπως & ἵνα, idq; iunctas cũ ſubiunctiuo reperimus. Quod idem de noſtro, ut, iudicandum eſt. Idem ualet apud Ciceronem quo, quod quidẽ ſine comparatiuo nũquam reperitur. Idq; ei adeo placet, ut ſæpe cacophoniam uitare negligat. Dicit enim ſæpe, Quod quo magis. Atque quo facilius. Idq; quo facilius intelligi, & alia generis eiuſdẽ. In lib. de ſeneɛt. Quod quo magis intelligi poſſet, fingere aliquẽ animo iubebat, tanta incitatum uoluptatẽ,
B quanta percipi poſſet maxima. Nullum habent Græci uerbum quod huic propriè reſpondeat. Atque etiã alijs modis Græci finem ſignificant, de quibus alio loco forte erit proprius diſſerendi locus. Nunc ad propoſitũ reuertamur. Illud ὡς non ſolum cum ſuperlatiuo pro quàm, ſed etiam cũ poſitiuo iungitur. Sed hoc intereſt, q̃ cum iungitur poſitiuis, ei par eſt noſtrum q̃ pro quantum: cum uero ſuperlatiuo, noſtrum quàm pro ualde. Nam quæ dicimus tantum, tantũdem, & quantũ, Græci dicunt τόσον & τοσοῦτον & ὅσον. Poëtæ uerſus cauſa, σ, ingeminãt. Aratus in phænomenis, loquens de finiente circulo, id eſt, horizonte,

τοῦ δ' ὅσσον κοίλοιο κατ' ὠκεανοῖο δύωνται,
τόσσον ὑπὲρ γαίης φέρεται. Cicero hos conuertit hoc modo,

C Hic quantum terris conuexis pellitur orbis,
Tantundem patens ſupra mortalibus extat.

In uulgatis exemplaribus, ut ſunt in his duobus uerſibus duo errores, ſic in cæteris prope innumerabiles. Quod ij intelligent, qui Aratum quem edimus cum his commentarijs, cum alio contulerint. Ariſtophanis Pluti hoc initium eſt,

ὡς ἀργάλεον πρᾶγμ' ἐστίν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί,
δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου.

Quàm dura & moleſta eſt res ô Dijq; & Iuppiter,
Seruum eſſe eius qui ſanæ mentis non eſt heri.

ὡς autem & οἷον pro ut & ſi idẽ ualent, tamẽ diuerſus eorum uſus eſt. Nã ſemper
D apud Græcos ſi quod exẽplum profertur declarandæ rei cauſa, nunquã ὡς dicunt, ſed οἷον, quod Cicero interdum uelut, interdum ueluti, nõnunquam dicit ut. Atq; idẽ cum ſunt plura exẽpli cauſa proferenda, ſemper ut dicit, idq; interdum ſemel tãtum, interdum iterum, interdũ tertio, & eo ſæpius repetit quod nunquã apud Græcos animaduerti. De his omnibus exẽpla proferam. Cicero primo de officijs, loquẽs de quatuor uirtutibus, Quæ quatuor quanquam inter ſe colligata atque implicata ſunt, tamen ex ſingulis certa officiorum genera naſcuntur. Velut ex ea parte quæ

primo descripta est, in qua sapientiam & prudētiam ponimus, inest indagatio atq; inuentio ueri, eiusq; uirtutis hoc munus est propriū. Ibidē paulo infrà, Sunt autem priuata natura nulla, sed aut ueteri occupatione, ut qui quōdam in uacua uenerūt: aut uictoria, ut qui bello potiti sunt. In 2. Quæ ergo ad uitā hominū tuēdam pertinēt, partim sunt inanima, ut aurum ut argentū, ut ea quæ gignuntur è terra, ut alia eiusdē generis. In 1. Principio generi animantiū omni est à natura tributū, ut se, uitam, corpúsq; tueatur, declinétq; ea quæ ei nocitura uideātur, quæq; sint ad uiuendū necessaria inquirat & paret, ut pastū, ut latibula, ut alia eiusdē generis. Aristot. in 5. huius operis cap. 2. τῶν γὰρ συναλλαγμάτων, τὰ μὲν ἑκούσιά ἐστι, τὰ δὲ ἀκούσια. ἑκούσια μὲν γὰρ τὰ τοιάδε, οἷον πρᾶσις, ὠνή, δανεισμός, ἐγγύη, χρῆσις, παρακαταθήκη, μίσθωσις. Enumerat deinceps τὰ ἀκούσια, quorū facit duo genera, in quibus semel οἷον dicit. καθάπερ idē mihi uidetur efficere. Idem in 1. cap. primi lib. huius operis, ὅσαι δ' εἰσὶ τῶν τοιούτων ὑπὸ μίαν τινὰ ἀρετὴν, καθάπερ ὑπὸ τὴν ἱππικὴν, χαλινοποιικὴ &c. καθάπερ quando nos aliquid prius dixisse, aut docuisse cōmemoramus, dicitur à Cicerone, quēadmodum, & ὡς & ὥσπερ ut. In 1. de offic. Vt enim sunt, quēadmodum supra dixi, qui urbanis rebus bellicas anteponāt: sic reperies multos quib⁹ periculosa & callida cōsilia quietis cogitationibus splendidiora & maiora uideātur. Aristot. in 1. huius operis cap. 8. φαίνεται δ' ὅμως καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεομένη, καθάπερ εἴπομεν. Paulo supra, κεῖται δ' ὡς εἴπομεν. Ibidē 12. cap. τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους δι' ἀναφορᾶς, ὥσπερ εἴπομεν. In 2. cap. 3. ἔτι δὲ χαλεπώτερον ἡδονῇ μάχεσθαι, ἢ θυμῷ, καθάπερ φησὶν Ἡράκλειτος. Cic. in 1. de offic. Formam quidē ipsam, Marce fili, & tanq̄ faciē honesti uides, quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores, ut ait Plato, excitaret sapiētiæ. Hūc locū apud Platonem in Phædro inueni, quē non erit alienū hic proferre. Sed quia eum magis ad uerbum uertit idē in 2. de finibus, anteq̄ græca, eius addā interpretationem. Oculorum, inquit Plato, est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiā non cernimus. q̄ illa ardentes amores excitaret sui, si uideretur. Sic Plato, ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων. ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται. δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν. Cicero certe hoc expreßit ut breuius, sic ornatius. Et simplex genus commodius ad interrogationem transtulit. παρέχειν ergo δεινοὺς ἔρωτας, dicit, excitare ardentes & mirabiles amores. Sed ad propositū reuertamur. In 2. huius operis, ut ait Plato, Aristoteles ad uerbū dicit, ὡς ὁ Πλάτων φησί. Et illud, quēadmodum supra dixi, ὡς πρότερον εἴπομεν. Plurali enim semper numero utitur, idq; cap. 3. διὸ δεῖ ἦχθαί πως εὐθὺς ἐκ νέων, ὡς ὁ Πλάτων φησί. Paulo infrà. ἔτι, ὡς καὶ πρότερον εἴπομεν, πᾶσα ψυχῆς ἕξις, ὑφ' οἵων πέφυκε γίνεσθαι χείρων &c. Ex his tot locis, facile intelligi potest, Græcos has ferè locutiones in fine collo-

A care ambitus orationis, Latinos autem interpretes cōmodè interijcere solere. ὥς
ualet ut nostrū in alia significatione, sed adiecto τε, aliàs præposito οὕτω, aliàs præ-
termisso. quod idē facere solet Cicero. Ac illud οὕτω Cicero uel ita uel sic dicit. In
proœmio de senectute, Mihi quidē ita iucunda huius libri cōfectio fuit, ut nō modo
omnes absterserit senectutis molestias, sed effecerit mollē etiam & iucūdam senectu
tem. In principio lib. Quæ plerisq; senibus sic odiosa est, ut onus se Aetna grauius
dicant sustinere. In 1. huius operis cap. 2. πρόεισι γὰρ οὕτως εἰς ἄπειρον, ὥστ᾽ εἶναι
κενὴν καὶ ματαίαν τὴν ὄρεξιν. prætermissū est οὕτω in loco qui sequitur, διὸ δεῖ
ἦχθαί πως εὐθὺς ἐκ νέων, ὡς ὁ Πλάτων φησίν, ὥστε χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι
οἷς δεῖ. In his duobus locis iūgitur illud ὥστε cū infinitiuo. Cū indicatiuo iunctum
est sæpe etiam solū sine illo οὕτω. AEsch. in Ctesiph. ἐκεῖνο γὰρ πεπόνθατε πρὸς
B Δημοσθένη. συνείθισθε ἤδη τὰ ἀδικήματα αὐτοῦ ἀκούειν, ὥστε οὐ θαυμάζετε.
.i. illo enim animo in Demosthenē estis. Calēt aures uestræ eius criminibus, ut nihil
nobis nouū esse uideatur. Sic enim Cic. hūc locū imitatus est, in inuectiua in Salust.
Scio me, P. C. in respondēdo nō habere magnam expectationē, q nullam uos sciatis
nouū crimē in Salustiū audituros, sed omnia uetera recognituros, queis & meæ &
uestræ iam & ipsius aures calent. Interdum nō οὕτως præponitur, sed alia dictio
quæ idē ualet, ut εἰς τοῦτο, cū genitiuo. In oratione περὶ στεφάνου, ἀλλ᾽ ὅμως τοῦ-
των τῶν τοιούτων ὄντων, καὶ ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀληθείας οὕτω δεικνυμένων, εἰς
τοῦθ᾽ ἥκει ἀναιδείας, ὥστε τολμᾷ λέγειν ὡς ἄρα ἐγὼ πρὸς ταῖς τῆς εἰρήνης
αἴτιος γεγένηται, &c. i. Quæ cū ita sint, cúmq; ita sint apertè demōstrata, is tamē
eo impudentiæ prorupit, ut me pacis auctorē audeat dicere. Hoc genus Cicero non
C est mutuatus à Græcis, nisi semel, idq; admodū adolescens. Ita enim legi in oratione
pro Sext. Roscio Amerino, eo prorūpere hominū audaciā: Petimus abs te, M. Fan
ni, à uobísq; iudices, ut q acerrimè maleficia uindicetis, ut q fortißimè hominibus
audacißimis resistatis, ut hoc cogitetis, nisi in hac causa qui uester animus sit, osten-
detis, eo prorumpere hominum cupiditatē & scelus & audaciā, ut nō modo clàm,
uerum etiam hic in foro &c. In Quintiana dicit, Vsq; eo feruet ferturq; auaritia.
Nūc institui dicere, quæ uocabula Græcorū his nostris duobus cum & tum respon-
deāt. Quod eo facio libētius, quia à nemine id adhuc, quod quidē legerim, obser-
uatum aut traditū puto. Apud Græcos nec ὅταν illi cū nostro, quod quiddā mi-
nus indicat, par est, nec τότε illi tum respōdet: sed μὲν illi cū, & δὲ tum, præsertim
D quoties quiddā generale antecedit, & speciale sequitur. At tum in posteriore mem
bro ferè inuenio cum illo δὲ, πολὺ iunctum superlatiuo. Quod quo magis intelliga-
tur, duos locos proferā. Plato in Critone, ἀλλὰ καὶ σοῦ πάλαι θαυμάζω, αἰσθα-
νόμενος, ὡς ἡδέως καθεύδεις, καὶ ἐπιτηδές σε οὐκ ἤγειρον, ἵνα ὡς ἥδιστα διάγῃς,
καὶ πολλάκις μὲν δή σε καὶ πρότερον ἐν παντὶ τῷ βίῳ εὐδαιμόνησα τοῦ τρόπου,
πολὺ δὲ μάλιστα ἐν τῇ νῦν παρεστώσῃ ξυμφορᾷ, ὡς ῥαδίως αὐτὴν καὶ πράως φέ-
ρεις. Cic. in principio lib. de senect. hūc locū, ut alio loco docui, imitatus est. Sæpenu-

mero mirari soleo cũ hoc C. Lælio, cũ cæterarum rerũ tuam excellentẽ M. Cato E
perfectamq; sapiẽtiam, tũ uel maximè, ꝙ senectutẽ tuam nunq̃ tibi grauẽ esse senserim. pro calamitate. i. συμφορᾷ, siue aduersis rebus, dixit senectutẽ. Dixit θαυμάζω σε τῦ τρόπου, mirari soleo tuã sapiẽtiam. πολὺ δὲ μάλιστα, tum uel maximè. Illud autẽ αἰσθανόμενος uertit in aoristum, & illud ad secũdum membrum trãstulit. Non est igitur audiẽdus Valla qui in 2. lib. proferẽs hunc locũ Cic. primum iocatur cũ P. Scipione, deinde ostendit hanc locutionẽ esse nouã, Miror quod senectutẽ tuam nunq̃ tibi grauem esse senserim. Nam & illud senserim pro perceperim & intellexerim dictum est: & illud totũ dicitur græcè, πολὺ δὲ μάλιστα αἰσθανόμενος, ὡς ῥαδίως αἰεὶ τὸ γῆρας φέρεις. In quo quid nouum esse dicas? Nam quod ait Plato, θαυμάζω αἰσθανόμενος, dicere possumus, miror quòd sentiam &c. Alterum exẽplum est apud Isocratẽ initio adhortationis πρὸς Δημόνικον. Ἐν πολλοῖς μὲν ὦ Δημόνικε πολὺ διεστώσας εὑρήσομεν τάς τε τῶν σπουδαίων γνώμας, καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας. πολὺ δὲ μέγιστην διαφορὰν εἰλήφασιν ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνηθείαις. Itaq; sic conuertendum putaui, F
Cũ multis locis Demonice, quantũ intersit inter sapiẽtum & stultorũ opinionẽ & uoluntates reperire possumus, tum uel eorũ maxima dissimilitudo in ea quæ inter ipsos est uitæ cõiunctione perspicitur. Tum enim sequitur ratio. Hi enim amicos qui adsint modo quiq; præsentes sunt, colũt: illi eos etiam à quibus magnis interuallis disiuncti sunt, diligunt. Atq; in hoc quidem genere apud nos illud cum, semper cũ indicatiuo iungendum est, duntaxat in principio orationis. Itaq; emendandi sunt libri Latinorum, præsertim Ciceronis, in quibus initio, ut dixi, orationis illi, cũ, subiunctiuus datur. Nã in media oratione si natura dictionis alicuius desyderet, subiunctiuus dãdus est, nõ illi cum quidẽ, sed ei dictioni quæ sit eiusmodi, ut illũ modũ efflagitet. Quocirca Valla iterum errauit, qui in his generibus illis, cum & tum, & si rarò subiunctiuũ uult adhiberi. Quale dicit illud esse Ciceronis in Verrem, Factum est uti cum summũ in ueteribus patronis multis, tum nõnullum etiam in me præsidium suis fortunis cõstitutum esse arbitrarentur. Quis enim nõ uidet illud arbitrarẽtur ad particulam ut, nõ ad cum pertinere? Nunc quibus uerbis & nos & Græci utamur, interrogantes dubitãtésq; uideamus. Latini hæc habẽt, utrum, num, an, ne: hæc autẽ duo, utrum, & an interdũ ne sibi adiungunt, utrúmne, ánne. Si ambitus orationis duas partes habeat, uel utrũ primum locũ tenere potest, uel ne, antecedente tamen alio uocabulo, uel num: secũdum autem & tertiũ & ita deinceps, an. Si oratio in mẽbra aut incisa nulla diuisa sit, num, & an, & ve possunt dici, nũquam aut rarò, utrũ. Quòd si oratio una sit perse illa quidẽ & simplex, uim autẽ habeat duarum, quarum posterior sit cõtraria superiori: tum hæc duo dici possunt, an nõ, & nec ne. Græci hac parte nos uincunt. Nam & pro illo nostro uno utrũ, dicunt πότερον & πότερα & εἰ, quod si ualet, Gallis cõcessum est uti, non Latinis, in hoc dúntaxat genere. μῶν mihi uidetur nostro num respondere. Nostro an G H

A duo habent paria natura, collocatione differentia, ἀλλὰ & ἤ. Nam ἀλλὰ initijs orationis cōuenit, cum simplex est interrogatio, nunq̃ in media oratione collocatur. Cōtrà ἤ nūquam primū mēbrum recipit, sed semper uel secūdum uel tertiū. Quod ad nostrum, ne, in primo loco situm attinet, Græcos nullū uerbum ei par habere arbitror. Illis autē duobus nostris, an nō, & nec ne, hæc duo græca respondēt, ἢ οὔ, & ἢ μή. Hæc sunt illustranda exēplis. Demosth. περὶ στεφάν. πότερον ταῦτα πάντα ποιῶν ἠδίκει καὶ παρεσπόνδει καὶ ἔλυε τὴν εἰρήνην, ἢ οὔ; καὶ πότερον φανῆναί τινα τῶν Ἑλλήνων τὸν ταῦτα κωλύσοντα ποιεῖν αὐτὸν ἐχρῆν, ἢ μή; Hunc locū Cic. in 4. Rhetor. ad Heren. cōuertit his uerbis, Cū igitur hæc omnia faceret, diceret, administraret, utrū animos sociorū ab Rep. remouebat & alienabat, an non? Et utrum aliquē exoriri oportuit, qui ista prohiberet, ac fieri nō sineret, an non? Cæteri codices emēdandi sunt, in quibus exornari legitur, pro exoriri.
B Est enim φανῆναι exoriri, existere, à φαίνω. Quanquā mihi uidetur Cicero hunc locū expressum latinè, à Latino auctore aliquo esse mutuatus. Cuius generis est hic qui sequitur. Sæpe iudices animaduerti, multos aliqua ex honesta re, quam ne inimici quidē criminari poßint, sibi præsidium petere: quorū nihil potest aduersarius facere. Nā utrum ad patris uirtutē confugiet? At eum uos iurati capite damnastis: An ad suam reuertetur antiquam uitā alicubi honeste traductam? At hic quidem ante oculos uestros quomodo uixerit, scitis omnes. An cognatos suos enumerabit, quibus uos conueniat cōmoueri? At hi quidē nulli sunt. Amicos proferet? at
C nemo est, qui sibi non putet turpe, istius amicum nominari. His enim uerbis Latinus auctor quispiam uidetur Demosth. in Aristogit. ex priore oratione locum qui sequitur contraxisse, ἤδη τοίνυν τινὰς εἶδον τῶν ἀγωνιζομένων, οἳ τοῖς πράγμασιν αὐτοῖς ἁλισκόμενοι, καὶ οὐκ ἔχοντες, ὡς οὐκ ἀδικοῦσι δεῖξαι, οἱ μὲν εἰς τὴν τοῦ βίου μετριότητα καὶ σωφροσύνην κατέφυγον, οἱ δ' εἰς τὰ τῶν προγόνων ἔργα καὶ λειτουργίας, οἱ δ' εἰς ἕτερα τοιαῦτα δι' ὧν εἰς ἔλεον καὶ φιλανθρωπίαν τοὺς δικάζοντας ἤγαγον, τούτῳ δ' οὐδὲν ὁρῶ τῶν τόπων τούτων βάσιμον ὄντα, ἀλλὰ πάντα ἀπόκρημνα, φάραγγας, βάραθρα. τί γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐρεῖ; ὧν ὁ πατὴρ αὐτοῦ τι πεποίηκε νὴ Δία. ἀλλὰ κατεγνώκαθ' ὑμεῖς ἐν τούτοις τοῖς δικαστηρίοις αὐτοῦ θάνατον ὡς πονηροῦ δηλονότι καὶ ἀξίου τεθνάναι. ἀλλὰ νὴ Δία, εἰ τοῦτ' ἐστὶν αὐτῷ δυσχερῆ τὰ περὶ τοῦ πατρός, εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίον καταφεύξεται σώφρονα καὶ μέτριον. ποῖον; ὃν ποῦ
D βεβίωκεν; ὃν μὲν γὰρ πάντες ὑμεῖς ἑωράκατε, οὐκ ἔστι τοιοῦτος; ἀλλ' ὦ τᾶν εἰς τὰς λειτουργίας ἀποχωρήσει; τὰς ποτέ, ἢ ποῦ γεγονυίας; τὰς τοῦ πατρός, ἀλλ' οὐκ εἰσίν, ἀλλὰ τὰς ἑαυτοῦ; φάσεις, ἀπαγωγάς, ἐνδείξεις, οὐχὶ λειτουργίας εὑρήσεται. ἀλλὰ νὴ Δία καὶ χωρὶς τούτου συγγενεῖς πολλοὶ κἀγαθοὶ παρέσονται αὐτῷ ἐξαιτήσονται. ἀλλ' οὔτ' εἰσίν, οὔτ' ἐγένοντο πώποτε. πῶς γὰρ τῷ γε μηδ' ἐλευθέρῳ; Hæc multa uerba illis paucis rectè expressa iudico. in quibus ἀλλὰ in interrogatione an dictum est, & in responsione, at. Tra=

ctatur enim hic locus subiectione. καταφεύγειν uertit petere præsidium, quod E
alio loco ad uerbum expressum docui à Tucydide δεῖσθαι ἐπικουρίας. In alijs
libris est honeste tractatã, ego posui traductam. Est enim usitata apud Cicer. locu-
tio, uitam traducere, nõ tractare. Illud autẽ ἢ οὔ, & ἢ μὴ quod dixit an non, nus-
quam alibi usurpat, sed, necne, idq; duobus modis. Nam aut uerbũ repetit prioris
membri, aut illud necne solum dicit. In 5. de finibus. Vtrum enim sit uoluptas in ijs
rebus, quas primas secundũ naturã diximus, necne sit, ad id quod agimus nihil in-
terest. Cũ sunt duo aut etiã plura mẽbra, Cicero utrũ & ne primo loco dicit, alijs
autem an tantũmodo. Paradoxo 6. Si cẽsenda nobis atq; æstimãda res sit, utrum
tandẽ pluris æstimabimus pecuniam Pyrrhi quã Fabritio dabat, an cõtinentiam Fa
britij qui illã pecuniam repudiabat? Hoc unũ est membrũ. Sequitur etiam eodẽ mo
do tractatũ alterum. utrũ aurum Samnitũ, an respõsum M. Curij. In lib. de Vniuer F
sitate, Recténe igitur unum mundum dixerimus, an sint plures, an innumerabiles,
dictu uerius & melius? Græci in hoc genere priore loco dicunt, πότερον & πό-
τερα & εἰ, posteriore ἤ. Latini aũt priore loco, ut dixi, & utrũ & ne, posteriore
an solũ. Atq; ut intelligatur πότερον dici ne, proferã locum Platonis ex Timæo,
quem Cic. superioribus uerbis cõuertit, etiãsi à me alio loco prolatus sit, πότερον
οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθό-
τερον. Eadẽ est ratio eorũ locorũ, qui nude simpliciterq; tractantur. Hoc autẽ in-
telligendũ est, interdũ illud utrum & ne omitti primo loco, & tũ secũdo loco, illud
an à Cicerone dici. Paradoxo 6. Vter igitur est ditior, cui deest, an cui superat?
qui eget, an qui abundat? cuius possessio quo est maior eo plus requirit ad se tuen- G
dam, an quæ suis se uiribus sustinet? Idẽ fit in uerbo interest. Paradoxo 3. Nihil ne
igitur interest (nam hoc dicet aliquis) patrem quis necet, an seruum? Quod interdũ
Græci mihi uidentur facere. Aristot. 1. cap. lib. 1. διαφέρει δ' οὐδὲν τὰς ἐνεργείας
αὐτὰς εἶναι τέλη τῶν πράξεων, ἢ παρὰ ταύτας ἄλλο τι. Illud etiam Aristote.
in 9. huius operis cap. 2. ἀπορίαν δ' ἔχει καὶ τὰ τοιάδε, οἷον πότερα δεῖ πάν-
τα τῷ πατρὶ ἀπονέμειν καὶ πείθεσθαι, ἢ κάμνοντα μὲν ἰατρῷ πειστέον, στρα-
τηγὸν δὲ χειροτονητέον τὸν πολεμικόν. ὁμοίως δὲ καὶ φίλῳ μᾶλλον, ἢ σπου-
δαίῳ ὑπηρετητέον. καὶ εὐεργέτῃ ἀνταποδοτέον χάριν μᾶλλον ἢ ἑταίρῳ δο-
τέον. Nam ab illo loco ὁμοίως δὲ καὶ solum ponitur ἢ, quod quidem an, non quàm
interpretor, ut sic dicam: Itémq; dubium est, utri potius subueniendũ sit amico, an H
sodali. Primum etiam locũ dant ἆρα. Aristoteles postremo cap. decimi. ἆρ' εἰ πε-
ρί τε τούτων καὶ τῶν ἀρετῶν, ἔτι δὲ καὶ φιλίας καὶ ἡδονῆς ἱκανῶς εἴρηται τοῖς
τύποις τέλος ἔχειν οἰητέον τὴν προαίρεσιν, ἢ καθάπερ λέγεται οὐκ ἔστιν ἐν
τοῖς πρακτοῖς τέλος τὸ θεωρῆσαι ἕκαστον καὶ γνῶναι. An apud nos nunquã
ponitur initio orationis, nisi in interrogatione simplici, nec reperitur ferè sine non:
quæ quidẽ uox sæpius cũ illa cõiuncta est, rarius separata. Paradoxo 4. An cũ o-
mnes leges te exulẽ esse iubeant, nõ eris tu exul? In 5. Tusc. An ad cætera quæ ma
la putantur, nõ & Epicurus & reliqui philosophi satis parati uidẽtur? Sæpius, ut

A dixi, cõiungitur. Paradoxo 5. An nõ est omnis metus seruitus? In lib. de senectu. An nõ in omnibus his studiorũ agitatio uitæ æqualis fuit? Huius nõ est usus, nisi cũ interrogãtes affirmari uolumus, quod quærimus. Cuius generis est nõne. quod tñ nunq̃ primũ in oratione dicitur, nisi in cursu. Quinta Tusc. Quid bestiæ? nõne frigus, nõ famẽ, nõ montiuagos atq; syluestres cursus lustrationésq; patiũtur? nonne pro suo partu ita propugnãt, ut uulnera excipiãt, nullos impetus, nullos ictus reformident? Nũ ferè affirmationẽ postulat in respondẽdo, idq; interrogationi uni solũ adhibetur. In 2. de finib. Nũ prope idẽ uoluptas est, quod, ut ita dicã, indolentia? Recipit etiã negationẽ in respondẽdo. In lib. de senect. Nũ igitur hũc, nũ Hesiodũ, nũ Simonidẽ &c. coẽgit in suis studijs obmutescere senectus? Paulo supra, Num igitur, si ad centesimũ annũ uixisset, senectutis eũ suæ pœniteret? Ne interdum solũ

B ponitur, Nullæ'ne igitur res seniles sunt, quæ uel infirmis corporib⁹, animo tñ administrãtur? In 2. de finib. Est'ne quæso, inquã, sitiẽti in bibẽdo uoluptas? Hoc usitatissimũ est. Vtrũ uix ponitur solũ, Græci ꝓ his nostris an nõ, & nõne & nũ, dicũt οὐκ. Demosth. τῷ στεφάνῳ, τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, τί προσῆκον, ἢ τί δίκαιον ἦν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ πεπεισμένοις ψηφίσασθαι τὸν κτησιφῶντα ὄνομα; οὐχ ὁ τὸν δῆμον ἑώρα πειθόμενον; οὐχ ὁ τοὺς ὀμωμοκότας δικαστάς; οὐχ ὁ τὴν ἀλήθειαν παρὰ πᾶσι βεβαιοῦσαν. Nam pro illo οὐ, quod toties repetitur, possumus dicere, uel nõne, uel an nõ, uel nũ, uel primo loco nõne, & in alijs non, ut intelligi potest ex ijs locis quos supra protuli. Eadem oratione sic legitur sæpe repetitum. Semel tantũ ponitur in loco qui sequitur, εἰ δὲ μήτ' ἔστι, μήτε ἦν, μήτ' εἰπεῖν ἔχοι

C μηδεὶς μηδέπω καὶ τήμερον τί τὸν σύμβουλον ἐχρῆν ποιεῖν; οὐ τὸ φαινομένων καὶ ἐνόντων τὰ κράτιστα ἑλέσθαι; In hoc οὐ potest dici, an nõ, uel nõne. Nũ enim nõ cõueniret. At in sequẽti cõmodè dici potest, καὶ τότε εἰ τὴν ἐποίησα, τοῦ κήρυκος ἐρωτῶντος Αἰσχίνη, τίς ἀγορεύειν βούλεται; οὐ τίς αἰτιάσασθαι περὶ τῶν παρεληλυθότων; οὐ τίς enim, nũ quis dicitur. In eo qui sequitur οὐ nõne, uel an non dici debet, καίτοι τίς ὁ τὴν πόλιν ἀδικῶν; οὐχ ὁ μὴ λέγων ἃ φρονεῖ; τῷ δ' ὁ κῆρυξ καταρᾶται δικαίως; οὐ τῷ τοιούτῳ; Locos alios infinitos & ex eadẽ oratione & ex alijs eiusdẽ in eandẽ sententiam ꝓferrẽ, nisi hi satis multi essent, quos tñ oẽs nõ protulissem, nisi hic locus uisus esset dignissimus. His ergo locis intelligitur apud Græcos illud unũ οὐ par esse illis nostris nõne, ac nõ, num, & nõ. Nã μὴ

D non legi, dúntaxat apud ueteres, nec nũquid apud ueteres Latinos. Plato ἆρ' οὐκ dicit, An nõ, in Phædone, ἆρ' οὖν οὐκ ἐν τῷ λογίζεσθαι, εἴπερ που ἄλλοθι κατάδηλον αὐτῇ γίνεταί τι τῶν ὄντων; i. An nõ cogitãdo, ut si qua alia re, aliquid eorum intelligit, quæ semper sunt eadem? οὐκοῦν etiam apud eũ sæpe scriptum est pro nũ. & ἦ cum accẽtu acuto pro an, uel ne. In eodem lib. ἦ σοὶ οὐ δοκοῦσι; i. An non, uel nonne tibi uidentur? εἰ Græci dicunt primo loco, & sequitur ἢ, pro quo non dicimus si, sed an, utrum, ne, uel si quid aliud eiusdem generis. Sophocles in Trachinijs, Herculem facit loquentem cum filio his uerbis.

ὦ παῖ, γενοῦ μοι παῖς ἐτήτυμος γεγώς. E
καὶ μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβεύσεις πλέον.
δός μοι χεροῖν σαῖν αὐτὸς ἐξ οἴκου λαβὼν
εἰς χεῖρα τὴν τεκοῦσαν, ὡς εἰδῶ σαφὰ
εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον, ἢ κείνης ὁρῶν
λωβητὸν εἶδος ἐν δίκῃ κακούμενον. Hos uers. in 2. Tusc. cõuertit his uerbis,
O nate uere hoc nomẽ usurpa patri.
Ne me occidentem matris superet charitas,
Huc arripe ad me manibus abstractam pijs:
Iam cernam, mé ne, an illam potiorem putes. His enim quatuor, sex illius carmina conclusit. uitiosè legitur in alijs usurpas, pro usurpa.

F

Sed quoniam multo plures Cicero Sophoclis eodem loco uersus transtulit, libet & Græcos & Latinos hic coniungere.

ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγῳ κακά,	O multa dictu grauia perpessu aspera,
καὶ χερσὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ·	Quæ corpore exãclato atq; aĩo ptuli.
κοὔπω τοιοῦτον οὔτ᾽ ἄκοιτις ἡ Διὸς	Nec mihi Iunonis terror implacabilis,
προὔθηκεν, οὔθ᾽ ὁ στυγνὸς Εὐρυσθεὺς ἐμοί	Nec tãtũ iuexit tristis Euristheus mali
οἷον τόδ᾽ ἡ δολῶπις Οἰνέως κόρη	Quantũ una uecors Oenei partu edita
καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς, Ἐρινύων	Hæc me irretiuit ueste furiali inscium,
ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυμαι.	Quæ lateri inhærens morsu lacerat
πλευραῖσι γὰρ προσμαχθὲν ἐκ μὲν	uiscera. [spiritus.
ἐσχάτας	Vrgénsq; grauiter plumonum haurit G
βέβρωκε σάρκας, πλεύμονάς τ᾽ ἀρ-	Iam decolorẽ sanguinẽ omnẽ exorbuit.
τηρίας	Sic corpus clade horribili absumptum
ῥοφεῖ ξυνοικοῦν. ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου	extabuit
πέπωκεν ἤδη, καὶ διέφθαρμαι δέμας	Ipse illigatus peste interimor textili
τὸ πᾶν, ἀφάντῳ τῇδε χειρωθεὶς πέδῃ	Hos nõ hostilis dextra, non terra edita
κοὐ ταῦτα λόγχη πεδιὰς οὔθ᾽ ὁ γη-	Moles gigantum, non biformato impetu
γενὴς	Centaurus ictus corpori infixit meo
στρατὸς γιγάντων, οὔτε θήρειος βία	Non Graia uis, non barbara ulla im-
οὔθ᾽ Ἑλλάς, οὔτ᾽ ἄγλωσσος, οὔθ᾽ ὅσην ἐγὼ	manitas,
γαῖαν καθαίρων ἱκόμην, ἔδρασέ πω	Non sæua terris gens relegata ultimis H
γυνὴ δέ, θῆλυς οὖσα, κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν	Quas peragrans undique omnem hinc
μόνη με δὴ καθεῖλε φασγάνου δίχα	feritatem expuli [manu.
ὦ παῖ, γενοῦ μοι παῖς ἐτήτυμος γεγώς	Sed fœminea ui, fœminea interimor
καὶ μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβεύσεις	O nate, uere hoc nomen usurpa patri,
πλέον.	Ne me occidentẽ matris superet cha-
	ritas

A Δός μοι χεροῖν σαῖν αὐτὸς ἐξ οἴκου λαβὼν
ἐς χεῖρα τὴν τεκοῦσαν, ὡς εἰδῶ σάφα
εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον, ἢ κείνης ὁρῶν
λωβητὸν εἶδος ἐν δίκῃ κακούμενον.
ἴθ' ὦ τέκνον, τόλμησον, οἴκτειρόν τέ με
πολλοῖσιν οἰκτρὸν, ὅστις ὥστε παρθένος
βέβρυχα κλαίων, καὶ τόδ' οὐδ' ἂν εἷς ποτε
τόνδ' ἄνδρα φαίη πρόσθ' ἰδεῖν δεδρακότα
ἀλλ' ἀστένακτος αἰὲν εἱπόμην κακοῖς.
Νῦν δ' ἐκ τοιούτου θῆλυς εὕρημαι τάλας
καὶ νῦν προσελθὼν, στῆθι πλησίον πατρὸς
B σκέψαι δ' ὁποίας ταῦτα συμφορᾶς ὕπο,
πέπονθα, δείξω γὰρ τάδ' ἐκ καλυμμάτων.
ἰδοὺ, θεᾶσθε πάντες ἄθλιον δέμας.
ὁρᾶτε τὸν δύστηνον ὡς οἰκτρῶς ἔχω
Αἲ, αἲ, ὦ τάλας, ἒ, ἒ.
ἔθαλψεν ἄτης σπασμὸς ἀρτίως. ὅδ' αὖ
διῇξε πλευρῶν, οὐδ' ἀγύμναστόν μ' ἐᾶν
ἔοικεν ἡ τάλαινα διαβόρος νόσος
ὦ 'ναξ ἀΐδη, δέξαι με
ὦ διὸς ἀκτὶς, παῖσον
C ἔνσεισον ὦ 'ναξ, ἐγκατάσκηψον βέλος
πάτερ κεραυνοῦ, δαίνυται γὰρ αὖ πάλιν
ἤνθηκεν, ἐξώρμηκεν. ὦ χέρες, χέρες
ὦ νῶτα καὶ στέρν' ὦ φίλοι βραχίονες.
ὑμεῖς ἐκεῖνοι δὴ καθέσταθ', οἵ ποτε
Νεμέας ἔνοικον βουκόλων ἀλάστορα
λέοντ' ἄπλατον θρέμμα, κἀπροσήγορον
βίᾳ κατειργάσασθε, λερναίαν θ' ὕδραν,
διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν
θηρῶν. ὑβριστὴν, ἄνομον, ὑπέροχον βίαν
D Ἐρυμάνθιόν τε θῆρα. τόνδ' ὑπὸ χθονὸς
ᾍδου τρίκρανον σκύλακ' ἀπρόσμαχον τέρας
δεινῆς Ἐχίδνης θρέμμα, τόν τε χρυσέων
δράκοντα μήλων φύλακ' ἐπ' ἐσχάτοις τόποις.
ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην
κοὐδεὶς τρόπαιον ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν.

Huc arripe ad me manibus abstractam pijs
Iam cernam, me ne an illam potiores putes

Perge, aude nate, illachryma patris pestibus,
Miserere, gentes nostras flebunt miserias
Heu uirginalem me ore ploratum edere
Quem uidit nemo ulli ingemiscentem malo

Effœminata uirtus afflictu occidit.
Accede nate, aßiste, miserandum aspice
Euisceratum corpus lacerati patris
Videte cuncti

tuq; cœlestum sator
Iace obsecro in me uim coruscam fulminis
Nūc nunc dolorū anxiferi torquent uertices
Nunc serpit ardor, ô ante uictrices manus
O pectora, ô terga, ô laceratorum tori
Vestróne pressu quondam Nemeæus leo
Frendens efflauit grauiter extremum halitū?

Hæc dextra Lernam tetram mactata excetra
Placauit, hæc bicorporem afflixit manum.

Erymanthiam hæc uastificam abiecit belluam
Hæc & tartarea tenebrica abstractum plaga
Tricipitem eduxit Hydra generatum canem.
Hæc interemit tortu multiplicabili
Draconem auriferā obtutu asseruantē arborē.
Multa alia uictrix nostra lustrauit manus
Nec quisquam è nostris spolia cepit laudibus.

Ex his ita coniunctis & collatis carminibus maxima quædam & uoluptas & utilitas percipi potest. Quæ propria sunt Græcorum, quales sunt interiectiones, doloris indices, F aliaq; permulta, quoniam non potuissent cõmode uerti in nostrum sermonem, ea omnino neglexit. Quod & faciendum & imitandum est omnibus. Quoniam autem uitiosè legebatur, Nostróne pressu: restitui, Vestróne presßu, Auertit enim ad lacertos ut Sophocleus Hercules, sic Cicero orationẽ. Sed hæc satis multa sunt, pro tempore & ocio, præsertim cùm philosophiam moralem dúntaxat hoc tempore illustrandam susceperim. In quo ita elaborauimus, ut ad omne scriptorum genus pleraq; transferri accõmodariq; posßint. Nec sum tamen eam copiam exemplorum quam potui consecutus. Paucos enim locos nec nisi necessario ex orationibus Demosthenis, & Ciceronis protuli, cũ interim potuerim quàm plurimos & tractatos à Cicerone et conuersos. Nunc reliquum est, ut libros duos à Cicerone de Græcis conuersos cum Græcis ipsis in lucem proferamus. De Vniuersitate Ciceronis liber cum Timæi parte prior edetur, tum Phænómena Arati. G

FINIS.

PARISIIS

EXCVDEBAT IOANNES LODOICVS TILETANVS,

M. D. XL.





